A N N A L I

B O L O G N E S I

VOL. I. PART. II.

C H E   C O M P R E N D E

L' APPENDICE DE' MONUMENTI.

B A S S A N O

M D C C L X X X I V.

ELENCO

DE' MONUMENTI.

An.

An.

An.

An.

An.

An.

An.

An.

An.

APPENDICE DE' MONUMENTI.

APPENDICE
DE' MONUMENTI.

NUM. I.

Dall' Archivio Nonantolano

An. 751. 10. Febbrajo.

Orso Chierico figlio di Giovanni Duca Ravenndte dona al Monastero Nonantoldno parecchi beni nei distretti di Ravenna, Bologna, Modena, Imola, Faenza, e Classe.

IN nomine Christi regnante Domino nostro Aistulfo uiro excellentissimo anno pietatis ejus in Dei nomine anno III Die x mense Februario. per indictionem IV. Monasterio sanctorum omnium Apostolorum sito in castro Nonantula territorio Motinensi ubi domnus Anselmus Abbas precsse uidetur. ideoque me ego Urso clerico ciuitatis Rauenne dono offero in ipso sacro cenouio omnibus rebus meas que mihi legibus pertinent in comitatu motinensi. idest in primis corte mea & fundo suriatec tota & integra cum Ecclesia S. Petri Apostoli Christi cum omnia sibi pertinentia quod est de & racione facta massaricias xx. seu quod mihi depertinet in fundo codonedo atque quod pertinet in fundo arsecium. seu quod depertinet in fundo Salionitec. seu & in fundo persicido. & in boldenigo. seu curte mea cardeto. atque in fundo cento. & in fundo caldaerio seo in auertudico. atque in fundo pustimano usque in corte mea casteniolo. & ducentula atque autuntula seu & in testado. atque in samore. atque etiam in fundo gabolino & tatialo atque rastelioro. seu domoro. atque in melidolo & callecaria. atque in fundo manciolini seu duliolo & in prado bonini atque in plagiano. & corte nostra funiano & uesolo. & corte mea castellione. & tortiliano seu corte mea splegano. & fundo bodena. & aquauiua quod est pro numero in prenominatas cortes & fundora in comitatu motinensi uel bononiensi finibus pago montebellio. & finibus castro feroniano. & finibus corte crespeliano massaricii CCLXXX. similiterque in omnia que depertinent in ciuitate Rauenne & finibus ejus. idest medietas de hereditate quondam genitoris mei Johanne Duce ciu. rau. omnia que depertinent in finibus classiensis. omnia que depertinent in finibus faense. atque que depertinent in finibus cornialensis. seo quod depertinent in fini-

finibus bononiensis quod sunt pro numero massaricias DCCC tos. & si amplio fuerit quod de ad ipse rebus pertineat in cartula permaneat. seu in ipso nominato comitatu motinensi inter massaricios. & donico sunt mansios CCCXXV per cortes nostras seu fundoras & casalias ubi inuenta fuerint a nome meo legibus pertinet. cum aiacentia & pertinentia sua seu cum supra se & infra se habent in integrum sint data tradata alienada obnosiada emancipada in jure ipso sacro cenouio ubi sancta regula sancti benedecti regulariter uiuere promitto. & si minime contra hanc cartulam fecero uel contra paginam istam ire presumpsero daturo me repromitto una cum hereditas & pro heredita mea dare & componere pena compositura mancosos L auri optimi isibro. & insuper cartula quam repromisi inuiolada & inconuulsa permaneat cum enisa stipulacione. Ego Urso clerico subscripsi. Signum man. ✠✠ de testibus bernerius, & aldoinus. atque stabilis. seu cotobertus. & addoneis qui de a testibus rogatis scripta cartula per manus Eldeuerto notario.

NUM. II.

Dall' Archivio Estense

Ao. 752. 28 Settembre.

Aistolfo Re de' Longobardi, e Giseltrude Regina donano al Monastero, Nonantolano Chiese, e terre nei distretti di Bologna, Modena, e Reggio.

IN nomine Dei eterni. Regnante Dno nro Aystulpho Viro excellentissimo magno Imperatore Augusto anno regni ejus tertio die mensis octauodecimo dedie & mense septembris per Indict. sextam. ideoqoe ego supradictus D. Aystulphus fil. qu. Pemmonne duco & Giseltruda jugales damus tradimus offerimus & confirmare confirmamus in sacro autem uenerabili uero cenobio sito in siluas de Gena in territorio Mutinensi ubi Dominus noster excellent. Anselmus duco monachus & Abbas consecratus esse uidetur presente domino Sergio Archiep. Sancte Rauennatis eccl. atque Romano episcopo Sancte Bonon. eccl. seu & Geminiano episcopo S. Mutin. Eccl. atque Geminiano episcopo S. Regiensis eccl. tradimus & offerimus supradicto sancto Cenobio religiosa ueneratione per suprascriptos Episcopos simul nobiscum dationem offertionem collaudationem & confirmationem decimarum frugibus rebus possessionibus. omnia que pertinent ad decimas de rebus possessionibus omni bus quantumcumque depertinent & detinentur uel detinebuntur per cartulas nostras ab ipso cenobio uel ab eadem ecclesia que est sita in corte nostra per ipsos sacros episcopos & comitatus nostros. que esse ecclesia Sancti Salua toris & Sancti Siluestri. & Sancte Marie de curte cutraria seu ecclesia San cte Marie de curte nostra uecla. atque ecclesiam Sancti Saluatoris

ris de Sylua de Gena. seu Ecclesiam Sancti Marci de Sorbario atque ecclesiam Sancti Galli de curte Viredeo Duco. & ecclesiam Sancti Stephani Martiris de curte caulatina seu ecclesiam Sancte Marie de Uilla leouolini. atque ecclesiam S. Johannis de massa ecnoso seu ecclesiam Sci Georgii de curte Siconia & ecclesiam Sancti Nicholai de curte Sabiniana. seu & ecclesiam Sancte Marie sitam in Castro nostro qui pelagus uocatur cum castro & tota curte crepacorio. uel que sunt alie Ecclesie aut in futurum juste euenerint ipsas omnes ecclesia sitas in suprascripto cenobio tradita mancipata obnoxiata alienata. & sint in jure spirituali & temporali dominiorum suprascripto cenobio & cunta congregatione ipsius fidelium ueneratione & simul cum omnia decima seu rebus que ad ipsas ecclesias pertinent seu pertinebunt uel per sacrum cenobium detinebuntur cum adjacentia & pertinentia sua ac dominio .... illorum agrorum in integro. & si quis de suprascriptis episcopis & omnibus dantium uel donautium cum suo clero consentientium uel de successoribus eorum contra nostra presentia precepta ire presumpserit sint sibi pena compositurum maocusos auri optimi .... centum & pondera argenti centum. & cartula de precepto nostro ualitura sit ad omnia & per omnia.

✠✠ Signa manuum de ipsa supranominatis Aystulpho & Giseltruda jugalibus qui cartulam compromisere & confirmauere.

✠ Ego Sergius Sancte Rauennatis eccle. Archiepiscopus manu mea confirmaui.

✠ Ego Romaous Sancte Bonon. eccl. Episcopus manu mea confirmaui.

✠ Ego Geminianus Sancte Mutin. eccle. Episcopus manu mea confirmaui.

✠ Ego Geminianus Sancte Regiensis Eccl. Episcopus manu mea confirmaui.

✠✠✠✠✠ Signa de testibus Iuredo Duco. & Warnis Duco. seu Boderagus. atque Rothari & medico germanis quidem & testibus rogatis.

Scripta per manum Ello notarii & Scauini qui scribere jussi compleui. & dedi.

NUM. III.

Dal Codice Carolino. Lettera VIII.

An. 756 circa

Lettera di Stéfano Papa a Pipino Re de' Franchi. Annunzia l'elezione di Desidério a Re de' Longobardi, ed il giuramento per lui prestato di rendere a S. Pietro Bologna, Ferrára, Imola, Faenza, Ancóna, Osimo, ed Umána.

Domno excellentissimo filio & nostro spiritali compatri Pippino Regi Francorum & Patricio Romanorum Stephanus Papa. Explere lingua excellen-

cellentissime fili non ualemus quantum tuo opere tua uita delectamur. Facta quippe diebus nostris uirtute diuina miracula uidimus quod per Excellentiam tuam Sancta omnium Ecclesiarum Dei mater & caput fundamentum Fidei Christiane Romana Ecclesia que ualde ab hostium impugnatione periculorum impugnationibus lamentabatur magna nunc gaudii soliditate nimirum est translata atque confirmata & merentes Christianorum Anime tuo fortissimo presidio maxime sunt releuate letitia. Pro quo in uestro opere & nostra exultatione libet cum Angelis exclamare Gloria in excelsis Deo & in terra pax hominibus bone uoluntatis. Et quia elapso Anno isto in tempore ualde ab hostium depopulosa impugnatione sauciati & ultra citraque circundati affligebamur nunc autem tuo potentissimo auxilio erepti ab imminentibus periculis immenso exultamus gaudio & benedicentes nomen Domini cum Psalmographo consona dicimus uoce. Hec est immutatio dextere Altissimi. Et rursum. Ad uesperum demorabitur fletus & ad matutinum letitia. Cujus enim uel saxeum pectus tam benigno opere a tua preclara bonitate peracto cognitoque non statim in omnipotentis Dei laudibus atque in tue Excellentie amorem mollescat? Hec me fateor Excellentissime fili & spiritalis Compater que per te mirabiliter facta sunt sepe conuenientibus ex uniuerso Orbe terrarum nationibus dicere. sepe cum eis pariter admirare delectat & extensa uoce mellifiue tue Excellentie laudes persoluere indeficienter. Hec me plerumque etiam in momento horarum excitant indeflexibili oculo pro immensa bonitatis tue & uniuerse Gentis Francorum sospitate omnipotenti Deo fundere preces. Denique amantissime & a Deo inspirate uictor felix & Diuina Prouidentia fortissime Rex qualiter Beatus Petrus Apostolorum Princeps tue Deuotionis affectum quem pro ejus causa decertans adhibuisti susceperit ipsa cunctis liquido uita uestra testatur. scriptum quippe uota justorum placabilia. Libet quippe omnino excellentissime fili tue bonitati magnas gratiarum persoluere laudes & nomen Domini pro tam benignitate maxima glorificantes exhilarata uoce canere. Benedictus Dominus Deus Israel quia uisitans plebem suam & redemptionem facere cupiens Populo suo suscitauit te nobis Christianissime uictor nostris diebus fortissimum liberatorem. Quid enim aliud quam nouum te dixerim Moysen & prefulgidum asseram Dauid Regem? Quoniam quemadmodum illi ab oppressionibus allophylorum Populum Dei liberauerunt ita quoque tu benedicte a Deo uictor fortissime Rex Ecclesiam Dei & ejus afflictum Populum ab hostium impugnatione eruere studuisti. Benedictus es eximie fili a Deo excelso qui fecit Celum & Terram. Et benedictus Deus quo protegente hostes in manibus tuis sunt. Benedicat tibi Dominus pulchritudo justitie & tuos amantissimos natos meosque spiritales filios Domnum Carolum & Carolomannum a Deo institutos Reges Francorum & Patricios Romanorum cum Christianissima eorum Matre excellentissima Regina dulcissimaque conju-

conjuge fidele Dei spiritali nostra commatre tueatur & in omnibus protegat. Dilatet Deus semen uestrum & benedicat in eternum atque solium Regni fruendum perenniter concedat & uniuersam gentem Francorum sub uestra ditione permanentem illesam custodiat.

Vale in Domino Rex benignissime quia per te Sancte Dei Ecclesie inimici humiliati sunt & magna letitia ipsa sancta Dei Ecclesia est releuata & ejus peculiaris Populus jocundatur & per te benedictus dicitur pro quo & ejus benedictio super te plenius est effusa. Gaudium enim uberrimum in uniuersum orbem terrarum intulisti. Magna sunt hec & omnipotentis Dei laudibus tribuenda. sed inter hec misericordissimi Dei nostri clementiam indesinenter petimus ut celestis sui regni gaudia uobis tribuat uicissitudine.

Qua propter cum magna fiducia tamquam presentialiter coram tuo mellifluo consistens aspectu flexis genibus petens peto te & omnino coram Deo uiuo deprecor ut jubeas firmiter in hoc bono opere sicuti certe confidimus usque in finem permanere pro Sancte Dei Ecclesie perfecta exultatione & ejus Populi deliberatione & integra securitate & plenariam justitiam eidem Dei Ecclesie tribuere digneris atque optimum & uelocem finem in causa fautoris tui Beati Petri adhiberi jubeas ut Ciuitates reliquas qui sub unius Dominii ditione erant connexe atque constitutos fines territoria etiam loca & saltora in integro Matri tue spiritali Sancte Ecclesie restituere precipiatis. ut Populus Dei quem a manibus inimicorum redemisti in magna securitate & delectatione tuo auxilio adjutus uiuere ualeat. quoniam & filius noster Deo amabilis Folradus fidelis uester omnia conspiciens satis testatus est quod nequaquam ipse Populus uiuere possit extra eorum fines & territoria atque possessiones absque Ciuitatibus illis que semper cum eis sub unius Dominii ditione erant connexe. Peto te fili coram Deo uiuo peto te & fortiter conjuro spiritalis compater ut in hoc bono opere perfectius maneas & non hominum blandimentis aut suasionibus uel promissionibus quod absit faueas & aliam declines partem. sed magis uere timens Deum omnia que Beato Petro sub jurejurando promisisti adimplere jubeas & sicut cepisti plenariam justitiam illi impertire.

Etenim tyrannus ille sequax Diaboli Haistulfus deuorator sanguinum Christianorum Ecclesiarum Dei destructor diuino ictu percussus est & in inferni uoraginem demersus. In ipsis quippe diebus quibus hanc Romanam Urbem deuastandam profectus est post annui spatii circulum ita diuino mucrone percussus est ut profecto in eo tempore quo fidem suam temerans diuersa piaculi scelera perpetratus est in eo & suam impiam finiret uitam. Nunc autem Dei prouidentia per manus sui Principis Apostolorum Beati Petri simul & per tuum fortissimum brachium precurrente industria Deo amabilis uiri Folradi tui fidelis nostri dilecti filii ordinatus est Rex super Gentem Langobardorum Desiderius uir mitissimus & in presentia ipsius Folradi sub jurejurando

do pollicitus est restituendum Beato Petro Ciuitates reliquas Fauentiam Imulas & Ferrariam cum eorum finibus simul etiam & Saltora & omnia territoria. nec non & Ausimum Anconam & Humanam Ciuitates cum eorum territoriis. Et postmodum per Garinodum Ducem & Grimoaldum nobis reddendum spopondit Bononiam cum finibus ejus. Et in pacis quiete cum eadem Dei Ecclesia & nostro populo semper mansurum professus est atque fidelem erga a Deo protectum Regnum uestrum esse testatus est. Et petiit nos quatenus bonitatem tuam deprecaremur ut cum eo & cuncta Gente Langobardorum magnam pacis concordiam confirmare jubeas.

Nam & Spoletini Ducatus generalitas per manus Beati Petri & tuum fortissimum brachium constituerunt sibi ducem. & tam ipsi Spoletani quamque etiam Beneuentani omnes se commendare per nos a Deo seruate Excellentie tue cupiunt & imminent anhelantius in hoc deprecando bonitatem tuam. Unde petimus te excellentissime fili & spiritalis compater ut si praedictus Desiderius quemadmodum spopondit justitiam Sancte Dei Ecclesie sue Reipublice Romanorum & Beato Petro protectori tuo plenius restituere & in pacis quiete cum Ecclesia Dei & nostro Populo sicut in pactis a tua bonitate confirmatis continetur permanserit cum uniuersa sua Gente jubeas in id quod petiit tuas a Deo inspiratas aures inclinare. Hoc interea anhelantes ut nimis uelociter eidem Desiderio Regi obtestando admonendo etiam & precipiendo dirigere jubeas ut reliquas Ciuitates loca fines & territoria atque patrimonia & Saltora in integro sancte Ecclesie reddere debeat & tale fundamentum optimum finem in causa ejus imponere jubeas ut auxiliante Domino ipsa Sancta Dei Ecclesia secura maneat usque in finem Seculi. ut plenaria justitia a justo Judice Domino Deo nostro & memoriale nomen tibi in secula maneat uel etiam cuncte Christo protecte Genti uestre Francorum.

Inspiratus autem a Deo nimis festinanter causam Sancte Ecclesie perficies quia sunt alie canonice cause quas perficere debeamus pertinentes ad magnam Regni tui laudem & magnam anime tue uel cuncte Genti Francorum immensam mercedem. Et hoc obnixe postulamus precelsam bonitatem tuam ut inspiratus a Deo & ejus Principe Apostolorum Beato Petro ita disponere jubeas de parte Grecorum ut fides Sancta Catholica & Apostolica per te integra & inconcussa permaneat in eternum & Sancta Dei Ecclesia sicut ab aliis & ab eorum pestifera malitia liberetur & secura reddatur atque omnia proprietatis sue percipiat. Unde pro Anime uestre salute indefessa luminariorum concinnatio Dei Ecclesiis permaneat & esuries pauperum egenorum uel peregrinorum nihilominus refectetur & ad ueram saturitatem perueniat.

Qualiter autem cum Silentiario locuti fueritis uel quomodo eum tua bonitas absoluerit una cum exemplari Literarum quas ei dederitis nos certiores

tiores reddite, ut sciamus qualiter in communi concordia agamus sicut inter nos & Folradum Deo amabilem constitit. Ipse uero dilectus Filius noster Folradus in omnibus causis juxta tuam preceptionem peregit & maximas gratias illi egimus pro suo certamine. Qui uidelicet ad uos reuertens omnia qualiter acta sunt bonitati uestre intimabit. Presentes uero fidelissimos nostros Georgium reuerentissimum ac sanctissimum Fratrem & Coepiscopum nostrum atque Johannem Regionlarium nostrumque Sacellarium petimus ut hilariori suscipientes uultu in omnibus credere digneris atque cum effectu cause & letabundis nuntiis ad nos remeandos absoluere lubeas. Nam & hoc obsecramus bonitatem tuam ut nimis celeriter ad nos commigrandum absoluere precipias reuerendissimum fratrem Coepiscopum nostrum Wilharium.

Omnipotens autem Deus in cunctis actibus suis excellentissime uictor Rex sue dextere extensione te protegat tibique & presentis uite prospera & post multorum annorum curricula gaudia eterna concedat faciatque cum tua dulcissima conjuge excellentissima Regina spiritali nostra commatre & uestris meisque dulcissimis filiis maximo gaudio jocundari & Regni uestri gubernacula a Deo uobis concessa perfrui & qui in presenti uita Regni potestatem tenetis etiam futuro in seculo cum Christo in eternum regnetis promerentes illam Dominicam promissionem audire. Uenite benedicti patris mei pro eo quod certamen bonum certati estis cursum consummastis fidem seruastis. Sumite positas uobis coronas & accipite Regnum uobis ab origine Mundi preparatum. Nam & hoc precelse & a Deo custodite Excellentie uestre innotescimus quia petiit a nobis Optatus religiosus Abbas Monasterii Sancti Benedicti pro Monachis suis qui cum tuo germano profecti sunt ut eos absoluere jubeas. Sed qualiter tua fuerit uoluntas ita de eis exponere jubeas. Incolumem Excellentiam tuam Gratia superna custodiat.

NUM. IV.

Dal Codice Carolino. Lettera XV.

An. 758.

Lettera di Paolo Papa a Pipino Re de' Franchi. Domanda, che forzi Desiderio Re de' Longobardi a rendere a S. Pietro Bologna, Imola, Ancóna, ed Osimo.

DOMNO excellentissimo filio & nostro spiritali compatri Pippino Regi Francorum & Patricio Romanorum Paulus Papa.

Quotiens perspicua eximietatis uestre merita mystica consideratione cernens cordis oculis confero oppido me admirari conuenit intemeratam super-

fuamque Excellentie tue mentis constantiam & feruentissimum affectum quem circa Dei amorem & ejus Principis Apostolorum incessanter gestas quoniam Deo magis quam hominibus fauere niteris. Unde perspicuum est uos pre omnibus Regibus & potentibus piis pollere operationibus quia adsumpto celesti triumpho ultro te excellentissime fili & spiritalis compater ad liberandam Dei Ecclesiam adhibuisti. Et ideo ut ipsum pie operationis uestre certamen effectui mancipetur crebro nos congruit sicut liberatori ipsius Sancte Dei Ecclesie & ejus peculiaris Populi Apostolicos dirigere apices.

Primum omnium ut nobis super omnia nectarea dulcia existunt & desiderabilia prosperitatis uestre gaudia addjicere. Deinde uero que Sancte Ecclesie Dei & nobis consistunt necessaria quantocius intimare. At uero excellentissime fili & noster spiritalis compater agnoscas non pridem per Apostolicas Literas eximietati tue innotuisse que in his partibus a Desiderio Langobardorum Rege impie peracta sunt atque crudeliter perpetrata. Igitur dum tam perniciosam ejus operationem cerneremus aptum prospeximus presentem fidelissimum uestrum Missum Robertum hic apud nos detinere quatenus quid cepta jam fati Desiderii Regis uel Langobardorum Populi malitiam pareret presentialiter agnoscens atque conspiciens uestram certiorem reddidisset eximiam precellentiam. Etenim sicut pridem ecce & nunc innotescimus a Deo seruate Excellentie uestre quod prefatus Langobardorum Rex Pentapolensium per Ciuitates transiens quas Beato Petro pro magna anime uestre mercede contulistis ferro & igne omnia sata & uniuersa que ad sumtus hominum pertinent consumsit sicque Spoletinum & Beneuentanum qui se sub uestra a Deo seruata potestate contulerunt ad magnum spretum Regni uestri desolauit atque ferro & igne eorumdem Ducatum loca & Ciuitates deuastauit & comprehensum Alboinum Ducem Spoletinum cum suis satrapis qui in fide Beati Petri & uestra Sacramentum prebuerunt infixis in eis pessimis uulneribus in uinculis detinet.

Appropinquante autem eo Beneuento illico Dux Beneuentanus fugam arripuit in Otorantinam Civitatem. Et dum diu immineret ut ex ipsa sua Ciuitate exire eumdem Ducem suaderet & nequaquam in eo suam adimplens uoluntatem constituit Ducem alium in eodem Beneuentano Ducato nomine Argisem. Et confestim dirigens Neapolim idem Desiderius Rex accersiuit Georgium Imperialem Missum qui ad uos Franciam directus fuerat cum quo nefarie clam locutus est iniens cum eo consilium atque suas Imperatori dirigens Litteras adhortans eum ut suos Imperiales dirigat exercitus in hanc Italiam prouinciam. Et ipse Desiderius cum uniuerso Langobardorum Populo professus est Deo sibi contrario auxilium prefatis Imperialibus exercitibus impertire: quatenus ex una parte Imperatoris exercitus & ex alia idem Desiderius cum uniuerso Langobardorum Populo utrique dimicantes Rauennatium Ciuitatem comprehendere queant suamque Imperator

quod

quod Dominus non permittat adimplere ualeat in quocumque uoluerit uoluntatem. Nam & hoc cum eodem Georgio Imperiali Misso constituit ut dromonum Sicilie istorum in Otorantiua Ciuitate dirigatur ut tam Greci quam Langobardi ipsam obsidentes comprehendere oaleant Ciuitatem eamque concedat Imperatori cum hominibus & facultatibus que in ea consistunt & tantummodo Ducem illum atque ejus nutritorem Johannem predicto Regi restituar.

Post uero dissolutionem eorumdem Ducatuum conjunxit hic ad nos Rome isdem Langobardorum Rex. Et cum eo loquentes nimis eum adhortati sumus & per sacratissimum Corpus Beati Petri atque etiam per tuam a Deo protectam Excellentiam fortiter illum conjurauimus ut Ciuitates illas idest Immulas Bononiam Ausimum & Anconam quas nobis presentialiter simul per uestros Missos idest Folradum Deo amabilem Abbatem & Presbyterum atque Rodbertum excellentissime Christianitati tue & per te etiam Beato Petro Apostolorum Principi pollicitus est reddíturum restituere deberet. Quod minime adquiescere inclinatus est sed simulans ot certe Strofarius uarias occasiones adhibuit inquiens ut si suos quos illic Francia habere uidetur obsides reciperet tunc in pacis concordia nobiscum conuersaretur.

Unde petimus te excellentissime fili & spiritalis compater & obnixe deprecamur a Deo inspiratam eximietatem tuam ut jubeas perfectam liberationem Sancte Dei Ecclesie & ejus peculiaris Populi exercere & ita id qood magna anime tue mercede Beato Petro pollicitus es firmiter permanere ipsumque Desiderium Langobardorum Regem fortiter constringere digneris ut prolatam a Deo promissionem Beato Petro protectori uestro restituere debeat atque in omnibus adimplere tuique studii sit bone potentissimus Rex sicut cepisti perfectius hanc Sanctam Dei Ecclesiam & ejus peculiarem Populum de hostium incursione eruere ut annuente Deo certamen benigne operationis tue uberrime fecundetur. quatenus in die aduentus Domini Dei & Saluatoris nostri Jesu Christi luceas sicut radiatissimus Sol inter uniuersos Reges & Potentes atque merearis ipsam Sanctam Dei Ecclesiam & ejus Populum tuo adminiculo ereptum diuine majestati absque ulla lesionis seuitia offerre. & tunc centuplum remunerationis ab eodem Domino Deo nostro justo judice percipere & uitam eternam possidere merearis.

Conjuro te fili excellentissime per omnipotentem Deum & ejus Principem Apostolorum Beatum Petrum ut benigno intuito & libentissimo animo nostras preces audire lubeas ut Deus tibi omnipotens in his que ejus potentiam deprecatus fueris sue diuinitatis aures inclinet & uictorem te super omnes barbaras nationes faciat. Omnes enim omnino gentes que super faciem uniuerse terre consistunt compertum habent tuum certamen quod ad defensionem Sancte Dei Ecclesie adhibuisti & magnum te ac precipuum Regem laudabiliter asserunt. Sed & nos bonam tuam famam longe lateque prote-

late atque dilatare non desistimus in eo quod certe post Deum sicut murum inexpugnabilem tuam firmissimam fidem in nostro pectore conferimus. magnam in te post Dei presidium possidentes spei fiduciam. Quod & plerumque ob tam tue immaculate promissionis fideique meritum consecuti sumus. Etenim magnopere presentes notros Missos idest reuerendissimum & Sanctissimum Fratrem Coepiscopum nosstrum Georgium atque dilectum filium nostrum Stephanum Presbyterum ad uestram a Deo custoditam Excellentiam misimus. dumque nestris Deo amicabilibus uestigiis fuerint una cum Radberto fidelissimo uestro Misso presentati cuncta uiua uoce Christianissime Excellentie uestre que acta sunt & rei exigit meritum nobisque necessaria intimabunt. Maximo namque desiderio nostro anhelabat animus Apostolicas Excellentie nestre dirigere Literas salutationis ac uisitationis ob causam & rerum euentus significandum & minime ualuimus imminentibus circumquaque Langobardorum Regis insidiis.

Attamen ecce jam duas Apostolicarum Literarum adsertiones Excellentie uestre clam per maximam industriam misimus. Et ignoramus si ad uos ipse peruenerint Litere. Unde ambigimus ne a Langobardis comprehendantur. Pro quo & nunc per prenominatos nostros Missos alias uobis Literas misimus quasi obtemperantes prefati Desiderii Regis uoluntati ad suos hospites absoluendum & pacem confirmandum. Sed bone excellentissime fili & spiritalis compater ideo istas Literas tali modo exarauimus ut ipsi nostri Missi ad uos Franciam ualerent transire. quoniam si hoc non egissemus nulla penitus ratione per Langobardorum fines transire ualuissent. Sed susceptis ipsis Literis earum seriem nullo modo perficiatis neque prelatos hospites permittatis parti Langobardorum restituere. Potius autem conjuramus te excellentissime fili & spiritalis compater per Deum uiuum & Corpus Beati Petri ut fortiter ipsum Desiderium uel ejus Langobardorum gentem constringere jubeas quatenus prelatas quas pollicitus est Ciuitates tue mellislue Excellentie & per te Beato Petro fautori tuo restituat. quoniam nullam ut prefatum est de his que primitus pollicitus est cum eo firmam ualuimus stabilire conuenientiam.

Oramus autem omnipotentem Deum ut pio intuitu de throno majestatis sue super uos uestrumque Regnum respiciat & sua dextera Excellentiam uestram circumtegat atque in omnibus muniat & presentis uite cursum salubriter exequi & Regni potentiam gubernare permittat per plures annorum metas una cum excellentissima & a Deo seruata filia & spiritali nostra commatre atque amantissimis uestris meisque filiis & gaudeatis de eorum florifero germine & permittat omnipotens Deus ut semen uestrum splendidissimum usque in finem Mundi idem Regni fruatur culmen. Etiam uenturo in seculo infinita gaudia cum Sanctis & electis suis uobis concedat quatenus sicut in presenti uita & in futura beatitudine adepti promissam uobis mercedis coronam

ronam cum Christo regnate mereamini. Incolumem Excellentiam uesttam gratia superna custodiat.

NUM. V.

Dal Muratori Antiquit. med. ævi T. I. Dissertaz. V.

Ao. 772. 1. Luglio.

Giovanni Duca vende al Monastero di S. Salvatore in Brescia alcuni terreni nel distretto di Modena.

In nomine Domini Dei Saluatoris nostri Jesu Christi. Regnantibus Domno Desiderio & Adelchis excellentissimis Regibus anno pietatis Regni eorum in Dei nomine sexto decimo & tertio decimo primo mense Julio Indictione x feliciter. Scripsi ego Stephanus Notarius rogatus & petitus ab Johanne in Dei nomine Duce ipso presente adstante michique dictante quique fatetur se inite bone fidei uiro optimo & legibus sub dupl. . . . bone condicionibus. Set & regi quoque infrascripte meliorate que tu ex tatione habitu disttaxisse & distraxi uendisse & uendidit. Ego suprascriptus Johannes in Dei nomine Dux a presenti die uobis Domne Anselperge in Dei nomine Abbatisse uel cuncta congregationis in Monasterio Domini Saluatoris sito infra muros Ciuitatis Brixie idest in funderas seu Casalias qui tejace trans Mucia que nobis pro dono & precepto a Regia potestate concessa sunt ad pertica legitima de pedes duodecim plenarios usque ad mensura completa ad tationem facta juges duodecentos infra Redducto in Territotio Motinense. ubi inter adfines ab uno latere da Oriente Mutia percutrente. & ab alio latere da Meridie Monasterium Domini Saluatoris sito in Leonis habente. atque a quarto latere ab Oceasu Lin. . . . polito qui nunc sunt. Et si quis alii adfines sunt uel ab origine fuerunt quotquot ex poblicis finibus terminibus campis pratis paseuis siluis salectis racionalibus uiis fontibus aquis perhennis uel omnibus infra se habente & infra suprasctipta coerentia uendimus uobis suprascriptos ducentos juges. precio autem placitum & definitum sicut inter nos conuenit in auro Solidorum duodecentos. Et repromitto me ego suprascriptus Johannes Dux una cum filiis & heredibus uobis Domne Anselperge Abbatisse uel cuncta congregatione Monasterii Domini Saluatoris sito infra Ciuitate Brixia infra easdem coerentias suprascriptos duocentos juges ab omni quemque homine defensare: Et si defendere minime potuero promitto me uobis componere suprascriptos duodecentos juges talis & alios talis una quoque inibi a uobis edificauit aut melioratione fuerit in duplo.

Acto in Curte mea in Aquario Monte Bellio Territorio Bononiense sub die Regum & Indictione suprascripta feliciter.

 Jo-

✠ Johannes in Dei nomine Dux in hanc cartula manu mea propria subscripsi.

Signa manus Autelmoni germano Theoderoni Castaldius testis.

Stephanus Notarius scriptor istius Cartule uendicionis post roborata testibus tradita ea compleui & dedi.

NUM. VI.

Dal Muratori Antiquit. med. ævi Dissertaz. XXI.

An. 776. 6. Marzo.

Giovanni Duca, ed Orsa figli d' Orso Duca donano al Monastero Nonantolano parecchi beni nei distretti di Bologna, e di Módena.

In nomine Domini Dei Saluatoris nostri Jesu Christi regnante Domno nostro Karolo Serenissimo Rege anno secundo die sexto Mensis Marcii Indictione Q. .... decima. Domino Sancto & uenerabili Monasterio Sanctorum Apostolorum & Christi Confessoris Siluestri situ Nonantola Pago Persiceta territorio Motinense & . . . . , tegente uir beatissimus Anselmus Abbas preesse uidetur. Nos quidem Johannes illustris Dux & Ursa sorore mea Ancilla Christi filius ac filia Ursoni bone memorie presentes presentibus salutem. Nichil esse credimus nichilque illustrius humanum possit genus boni aliquid promereri quam ut primitus promissa uota soluere. Quia nam fragilitatis nostre memores incommoda per quot totus pene patitur Mundus de repentinis casibus fortasse preueniamus ea que nos ipsi Deo . . . . offerimus oraculo. Qua de re nos qui supra Johannes Dux & Ursa Soror mea humilis Ancilla Christi prouidentia Dei prono animo & spontanea nostra bona uoluntate nullo penitus cogente aut suadente nel uim inferente sed nostra proprie deliberacione ad luminaria uel usu seruiencium predicti Monasterii seu stipendia pauperum debeant ministrare a presenti die donamus tradimus mancipamus ac cedimus & in jura suprascripti Monasterii transcribimus possidendum aliquid ex rebus nostris. Idest in Casale Sociolo Pago Montebelio oliueto circumdato quod nobis pro dono & precepto . . . . ad proprietate nostra. Et donamus Curtem nostram Peritulo in integrum & Curtem nostram Lolustra omnia in integrum & Casas massaricias ad eandem Curtem pertinentes . . . . . & terra nostra simul tenentibus scilicet campo Vitali & Grazonitica & . . . . usque Silua Majora que uocatur Barajolam quam deuicimus ego & Genitor meus pro Placito Papia. cujus lateribus sunt a Leuante Rio qui currit sub Ponte Floriani usque Silua Majorem exinde strata publica. A Tramuntante Rio Russò usque Silua Majore de subto eadem Silua & sexta porcione de eadem Brajola. Et Corte una de Lignano & massaricias quinque prope Castro Gissaro quod dicitur Britu.

Britu. Donamus etiam Curtem nostram in Meliti & Casas Massaricias ad eadem Curtem pertinentes cum terris uineis & Siluis omnia in integrum. Et Curtem nostram in Petroni cum sua pertinencia omnia In integrum. Seu & Curtem nostram que est posita in Totiliano cum casas massaricias cum terris & uineis & siluis ad eam Curtem pertinentes omnia in integrum.

Similiter donamus Curtem nostram que est posita in Casale in loco Castilioni qui alio nomine Uerdeta uocatur eo quod Uiridarium Regis ibi resideat pro ideo appellata est Uerdeta cum casas massaricias & aldiaritias cum terris uineis & siluis & omnia & ex omnibus ad eadem Curtem pertinentes in integrum quem bone memorie genitori nostro Ursoni Duci obuenit per donum Serenissimi Aistulfi Regis. Tradimus atque donamus uobis Curtem nostram que est posita in Aquario cum casas massaricias & addiaricias cum terris & uineis & siluis ad eamdem Curtem pertinente omnia in integrum. A presenti die hec omnia suprascripta sicut superius legitur donamus confirmamus atque offerimus in predicto Monasterio beatissimorum omnium Apostolorum & Christi Confessoris Siluestri seu tibi Domno Anselmo Abbati uestrisque successoribus possidendum in perpetuum uel disponendum seu ordinandum sicut uobis melius uisum fuerit. Hec omnia suprascripta damus & offerimus pro remedio anime genitore nostro Domno Ursoni Duci & Domna Ariflada genitrice nostra seu pro remedio animarum nostrarum uel patentum nostrorum tradimus & offerimus omnia suprascripta a presenti die sicut superius legitur cum casis terris uineis & campis pratis pascuis siluis salectis racionalibus seu asallariis riuis fontibus ruplnis aquis aquarum decursibus limitibus omnia & ex omnibus quantascumque ad ipsas supradictas Curtes pertinent mobiles & immobiles se seque mouentibus omnia & ex omnibus a presenti die sint in suprascripto Monasterio sicut superius legitur usque in perpetuum. Anteponimus res illas que jam pro anima nostra donauimus in Monastetio Sancti Benedicti quem in .... Domnus & genitor noster bone memorie Ursus Dux a fundamento construxit. Nam alias omnia suprascriptas res & Curtes cum omnibus pertinenciis sicut superius legitur a presenti die in prefato Monasterio uestto uel eisdem seruientibus tradimus potestati possidendi uel ordinandi qualiter uobis uel successoribus uestris placuerit que prona & bona uoluntate conscripsimus ad jus dominiumque prefati Monasterii libere permaneat. Nec a nobis seu a quemquam heredum nostrorum aut subposita ficticia procurantisue persona alterius contra uenturi esse promittimus per omnipotentem Deum & inseparabilem Sanctam Trinitatem. Quod si quis heredum &c. Quam oblacionis nostre paginam a presenti die omnem uim metum & circumscriptione cessante Stephano Notario totum rogatorioque nostro scribere rogauimus in qua & manus nostre proprie conscripsimus testibusque a nobis rogatis obtulimus roborandam eorumque presentia eam in manibus Domni

mni Anselmi Abbatis tradauimus sub die Mensis Marcii & Indictione suprascripta feliciter.

Ego Johannes in Dei nomine Dux in hac Donatione a me facta in Monasterio tradita postulata pro remedio anime mee & sicut supra legitur manu mea subscripsi.

Ego Ancilla Christi Ursa indigna in hac Donatione a me facta in suprascripto Monasterio sicut supra legitur manu mea subscripsi.

Maurus filius Benenati de Panicale in hac donacione facta a Johanne Duce & ab Ursa germana ejus in suprascripto Monasterio sicut supra legitur ad eosdem testes subscripsit.

Signo manus Caroso de Postumiano teste.

Signo manus Dominico Cetioni teste.

Stephanus Notarius Scriptor hujus Cartule donacionis seu offersionis post roborata a testibus compleui & dedi.

NUM. VII.

Dal Codice Carolino. Lettera LII.

An. 777. circa.

Lettera d' Adriano Papa a Carlo Re de' Franchi, e de' Longobardi. Duolsi, che Leone Arcivescovo di Ravenna siasi tolto dall' obbedienza alla Sede Apostolica, e si usurpi il dominio dell' Essarcato, e principalmente di Bologna, e d' Imola.

DOMNO Excellentissimo filio Carolo Regi Francorum & Langobardorum atque Patricio Romanorum Adrianus Papa. Dum tanta amoris dilectio & firma caritatis integritas inter nos Deo auspice corroborata existit magnum nobis imminet fervoris desiderium de uestra prosperitatis letitia certos effici. Quapropter paterno sinceritatis affectu uestram a Deo protectam Excellentiam ter & in Domino plurimum osculantes quesumus ut nos celerius de uestra sospitatis integritate atque precellentissime filie nostre a Deo illustrate magne Regine dulcissime filie nostre nec non & Excellentissimorum filiorum uestrorum nos letos quantocius effici studeatis in eo quod expectabiles usque fuimus uestros suscipiendum missos sed nondum ad nos peruenerunt. Et ob hoc maxima nos dilectionis affectio cogit sinceram cordis nostri puritatem uestro regali culmini enucleanter proferre. dum nimirum uestra salus nostra & letitia & prosperitatis uestre commoditas nostra est exultatio. Itaque innotescimus Excellentie oestre suscepisse nos Epistolam directam nobis a Johanne Patriarcha Gradense. Vicesima septima enim die Octobris mensis ispa ad nos peruenerit Epistola & protinus nec potum nec cibum sumsimus

neque

neque nos neque hujus scriptor nostre Apostolice relationes sed eadem hora eodemque momento ipsam ante fati Patriarche Epistolam cum his nostris Apostolicis syllabis uobis transmissimus. Itaque ualde tristes effecti sumus quoniam siphoniatas bullas ejusdem Epistole reperimus a Leone Archiepiscopo que primitus relecta nobis directa est & in hoc comprobare potest Excellentissima Christianitas uestra qualis est fraudolenta fides ipsius Leonis Archiepiscopi. Quia non pro alio presumpsit eamdem Epistolam reserare ac relegere nisi ut omnia que adscripta sunt ut certe omnibus manifestum est adnuntiaret tum Arghiso Duci Beneuentano quam reliquis nostris utrisque inimicis. Et dubium non est cuncta jam prefatis emulis ab eodem Archiepiscopo esse adnuntiata. Nos quidem ueritate testante coram Deo dicimus puriter & fideliter sin uestro permanentes amore juxta quod inter nos presentialiter in Aula Apostolica confirmatum est ea que ad nos perueniunt de presenti cum magna cautela uobis studemus denunciare quia post Deum & Beatum Petrum alibi nostra spes & fiducia non est nisi in nostra a Deo protecta Excellentia. Tu enim dulcissime magne a Deo illustrate Rex noster cum Deo defensor & protector existis quia per te Sancta Dei Ecclesia spiritalis mater tua exaltata magno exultat gaudio confidentes cuncta a uobis Beato Petro promissa uelociter effectui mancipanda.

Sed Deus omnipotens in cujus manu omnia Mundi Regna consistunt sua uos multipliciter foueat gratia & Beatorum Apostolorum Principum Petri & Pauli intercessionibus longo ac prospero senio Regni gubernacula possidere & pariter cum Excellentissima filia nostra Regina & amantissimis natis gaudere & celestia premiorum cum Sanctis perenniter uos faciat adipisci regna. Incolumem Excellentiam uestram gratia superna custodiat.

Embolum

Etenim innotescimus excellentissime Christianitati uestre eo quod a quando a uestro regali uestigio reuersus est Leo antefatus Archiepiscopus in magnam superbiam & tyrannicam elationem peruenit & nullo modo sicut antea nostris Apostolicis obtemperare inclinatus est mandatis & nullum ex Rauinianis uel Emilia pro accipiendis Preceptis de diuersis actionibus ad nos uenire permisit: ita eis indignatus comminatus est dicens: Quod si quis ex eis ad nos uenire presumsisset non potuisset uenire. Nam Pentapolenses omnes obedientes existentes in nostro Apostolico Seruitio ad nos proni sicut tempore predecessoris nostri Domini Stephani Pape properauerunt & Precepta de singulis eorum Ciuitatibus more solito acceperunt. De reliquis uero Ciuitatibus Emilie simulque & Gabello hi qui a nobis ibidem ordinati sunt ab eo exinde projecti sunt & alios ex eis in uinculis detinet. At uero de Ciuitatibus Imulensi seu Bononiensi ita profanizat dicens: Quod uestra Excellentia ipsas Ciuitates minime Beato Petro & nobis concessit sed sibi ipse

 Archie-

Archiepiscopus a uobis fuisse concessas ac traditas asserit sub sua potestate permanendas. Unde nullum hominem ex eisdem Ciuitatibus ad nos uenire permisit sed ipse ibidem actores quos uoluit sine nostra auctoritate ordinauit & in sua eas detinet potestate. Et non tibi placeat excellentissime fili ut tanto despectui hanc Apostolicam habeat sedem non reputans de sua promissione quam Beato Petro & ejus Vicariis jurejurando adhibuit sed sicut transgressor mandatorum Dei in perjurii reatus incidit. Etenim nos firmiter credimus & magnam habemus fiduciam quod omnia que Beato Petro per uestram donationem offerenda promisistis adimplere pro magni Regni uestri stabilitate & eterna uobis conferenda retributione studeatis.

NUM. VIII.

Dal Codice Carolino. Lettera LIV.

an. 777. circa.

Lettera d' Adriano Papa a Carlo Re de' Franchi, e de' Longobardi. Proseguisce a dolersi di Leóne Arcivescovo di Ravenna, che ritenga le Città occupate, fralle quali Bologna, e domanda, che la Chiesa si redintegri ne' suoi diritti.

Domno excellentissimo filio Carolo Regi Francorum & Longobardorum atque Patricio Romanorum Adrianus Papa. Peruenit ad nos eo quod proteruus & nimis arrogans Leo Archiepiscopus Rauennatium Ciuitatis suos ad uestram excellentissimam benignitatem ad contrarietatem nostram falsa suggerendo direxit Missos. Etenim precellentissime magne Rex postquam uestra Excellentia a Ciuitate Papia in partes Francie remeauit & tunc tyrannico atque procacissimo intuitu rebellis Beato Petro & nobis extitit & in sua potestate diuersas Ciuitates Emilie detinere uidetur scilicet Fauentiam Forum Populi Forum Liuii Cesinas Bobium Comiaclum Ducatum Ferrarie seu Imolas atque Bononiam asserens quod a uestra Excellentia ipse Ciuitates una cum uniuersa Pentapoli illi fuissent concesse. Et continuo direxit Theophylactum Missum suum per uniuersam Pentapolim hoc ipsum denuntians cupiens eosdem Pentapolenses a nostro seruitio separare. Sed ipsi nullo modo se illi humiliare inclinati sunt nec a seruitio Beati Petri & nostro recedere maluerunt magis autem firmi in nostris Apostolicis mandatis quemadmodum extiterunt sub nostro predecessore Domno Stephano Papa cui Sancte recordationis Genitor tuus simulque & preclara Excellentia tua ipsum Exarchatum sub jure Beati Petri permanendum tradidit in omnibus firmiter permanere noscuntur.

Nam prenominatas Ciuitates ut dictum est Emilie ipse nefarius Archiepiscopus in sua potestate detinens ibidem Actores quos uoluit constituit & nostros

nostros quos ibidem ordinauimus projicere uisus est. Sed & cunctas actiones infra Ciuitatem Rauennatium ipse ordinauit & ecce quod numquam sperauimus in magnam humilitatem sancta spiritalis mater tua Romana Ecclesia euenisse dignoscitur & nos etiam in nimiam deminorationem atque despectum esse uidemur dum ea que potestatiue temporibus Langobardorum detinentes ordinare ac disponere uidebamur nunc temporibus uestris a nostra potestate impii atque peruersi qui uestri nostrique esistunt emuli auferre conantur. Et ecce improperatur nobis a plurimis nostris inimicis exprobrantes nos & dicentes. Quid nobis profuit quod Langobardorum Gens est oblita & Regno Francorum subjugata? Et ecce jam nihil de his que promissa sunt adimpletum est. Insuper & ea que antea Beato Petro concessa sunt a Sancte recordationis Domno Pippino Rege nunc ablata esse noscuntur. Etenim illud quod antefatus nefandissimus Archiepiscopus asserit proponens occasionem in ea potestate sibi Esarchatum Rauennatium quam Sergius Archiepiscopus habuit tribui nos excellentissime fili quemadmodum tempore Domni Stephani Pape qui illuc Franciam profectus est cui & ipse Exarchatus traditus est ita & nostris temporibus eum sub nostra potestate disponere atque ordinare uolumus & omnes in hoc cognoscere possunt qualem potestatem ejus terbeatitudo in eamdem Rauennatium Urbem & cunctum Esarchatum habuit qui etiam Archiepiscopum Sergium exinde abstulit dum contra ejus uoluntatem agere spiritu superbie nitebatur.

Etenim ipse noster predecessor cunctas actiones ejusdem Exarchatus ad peragendum distribuebat & omnes actores ab hac Romana Urbe Precepta earumdem actionem accipiebant. Nam & Judices ad faciendas justitias omnibus uim patientibus in eadem Rauennatium Urbe residendum ab hac Romana Urbe diresit Philippum uidelicet illo in tempore Presbyterum simulque & Eustachium quondam Ducem. & ut plenius de hoc satisfacere Christianissima Excellentiam uestram potest dignetur aduocare predictum Philippum Episcopum. Eoque de hujusmodi re inquisito certissime ueritatem agnoscere potestis quia omnia ita sunt quemadmodum innotuimus. Et non tibi placeat bone excellentissime fili ut in tantum despectum atque humilitatis deminorationem Sancta Dei Ecclesia Romana spiritalis mater tua que capur est omnium Ecclesiarum Dei ueniat. sed magis peto te coram Deo omnipotente ut ita disponere jubeas eumdemque Archiepiscopum sub nostra potestate contradere digneris ut a nobis cunctus Esarchatus disponatur sicut sepe fatus Domnus Stephanus beatissimus Papa temporibus Sancte memorie Genitoris uestri Domni Pippini disponere uisus est. quatenus uestris felicissimis temporibus ipsa Sancta uniuersalis Dei Ecclesia exaltata permaneat & ex hoc in presenti uita sufragiis Apostolorum Beati Petri & Pauli Regni gubernacula longo senio cum immensis uictoriis possidere etiam & in futura beatitudine celestia regna adipisci mereamini. Ecce enim magnopere direxi-

direximus ad uestra regalia uestigia presentem Anastasium fidelissimum nostrum Cubicularium cui & in ore posuimus que nostra uice uestre Excellentie enarare debeat quem in omnibus uobis commendantes cuncta illi credere & ad nos cum prospero nuntio & effectu cause absoluere jubeatis. Incolumem Excellentiam uestram gratia superna custodiat.

NUM. IX.

Dall' Archivio Nonantolano

An. 789. 30. Settembre.

Orso Duca, e Chierico figlio di Giovanni Duca di Persicèta conferma per testamento al Monastero Nonantolano la donazione di Giovanni suo Padre.

In nomine domini. regnante Domino Karolo & Pipino Regibus in Italia anno sextodecimo & nono. die uero tricesimo mensis Decembris inditione tertia decima. Monasterio beatissimorum Sanctorum omnium Apostolorum & Christi Confessoris Siluestri situm nonantula in territorio mutinense ubi nunc reuerendus & uenerabilis Anselmus Abbas preesse uidetur. ego Ursus Dux filius bone mem. Johannis Dncis de perseceta donatus uester presens presentibus dixi. Manifestum est multis quoniam bone mem. Johannes genitor meus per cartulam institutionis & judicati sui aliqu... de rebus suis designantur in supradicto contulit Monasterio pro remedio anime sue que est in casale sociolo pago monteuelio oliuetum unum & curtem unam in peritulo & in solustra omnia in integrum cum casis massaritiis terris uineis syluis ad easdem curtes pertinentibus. & curtem unam in.... utulo cum casis massariciis terris uineis & syluis omnia in integrum ad eamdem cortem pertinentibus. & cortem unam in petronis cum suis pertinentiis in integrum. & aliam curtem in faniano cum suis pertinentiis in integrum. & aliam curtem in tortiliano cum casis massariciis terris uineis syluis in integrum ad eamdem cortem pertinentibus. & aliam cortem que est posita in casale in loco Castalione que uocatur uerdeta cum casis massariciis aldiariciis terris uineis syluis in integrum omnia & ex omnibus in integro ad eamdem cortem pertinentibus. & aliam cortem in aquario cum casis massariciis aldiariciis terris uineis syluis in integrum omnia & ex omnibus ad eamdem cortem pertinentibus atque aliam partem per designata loca mihi Ursoni concesserat. seu & omnibus rebus ejus juris pertinentia que io eo cognominata reliquerat. & hoc statuerat ut ego in jam fato monasterio nutritus fieri deberem & monachus ejusdem esse monasterii cunctis diebus uite mee & omnibus rebus mobilibus & immobilibus per qualiacumque loca meo jure pertinentibus. Sed ipse Abbas sicut uerus Dei cultor uoluntatem mei genitoris adim-

adimplens me ab obitu patris mei in Sancto suscepit monasterio nutritus & doctus in Dei seruitio usque ad annos etatis mee quos nunc abeo. & quia sancta & justa fuit mei patris dispositio ut ejus me seruitio mancepatum relinqueret cujus regnum eternum est & gloria sempiterna ut si ejus fuero beneficiis glorificatus ero omnia eternaliter possessurus. Ideoque per hanc cartulam bona & spontanea uoluntate mea me ipsum sicut meus instituerat genitor cum omnibus rebus meis scilicet in primis corte que uocatur uerabliani & alia que uocatur carpenetulo & alia que uocatur uecleto & alia que uocatur terra Sancti Stephani cum capella in ipsius honore constructa & braida que uocatur albaretulo & alia que uocatur treppolini omnia in integrum cum casis massariciis aldiariciis terris uineis & syluis piscariis pratis frascariis paludibus omnia & ex omnibus ad easdem curtes pertinentibus. & alia loca in fundo cento. & in rouitulo & in suriateco in macarzatica in libomatico. Finis uero locorum istorum limite alto & limite qui currit de cutonito recta curte ursoni. deinde fine limito qui descendit juxta . . . . johannis petri in suriatico. deinde fine limite aquario usque in rosalese omnia in integrum & aliam cortem in obbiola cum omnibus suis pertinentiis in integrum in casale cento juge centum de sorte ferrariense cum omnibus suis pertinentiis in integrum fine strata & portionem nostram in fundo plagadiano cum omnibus pertinenciis suis in integrum & portionem nostram in casale rubiani fine otuntula cum omnibus suis pertinentiis in integrum in casale litilioro júgera uigintiduo cum omnibus pertinentiis in integrum & aliam portionem nostram in fundo perseceta in integrum cum omnibus pertinenciis suis & aliam nostram curtem que uocatur splezano omnia in integrum. & portionem nostram in casale cento finis limite qui currit subtus braida nostra in aquario & finis limite qui descendit de ipsa braida recto per casas uderini in strata. & deinde finis illo limite de sancto quirico cum suis pertinenciis in integrum & porcionem nostram in sarturiano cum omnibus suis pertinenciis in integro. Hec omnia in jam fato monasterio beatorum Apostolorum & beati Siluestri in Dei omnipotentis contracto seruitio hoc ordine ut ipse sanctus locus & Abbas qui nunc est aut pro tempore fuerit regulariter ordinatus in omnibus rebus meis mobilibus & immobilibus ut supra legitur que per qualiacumque loca meo juri pertinent aut quouis ingenio peruenire potuerint a presenti die. & omnia illa sic stabilia permaneant que genitor meus de mea persona meisque rebus statuerat ut a nullo quolibet homine uiolata nec fracta esse non debeat. Sed inconuulsa esse ego statuo sicut ipse Johannes meus pater & dominus tibi domino inspirante constituit quia utilius esse mihi uidetur eterno militare regno quam terreno. De propinquis uero parentibus meis si talis fuerit cui de inofficioso facultas tribuatur agendi testamento ne eum incognominatum pretercam uolo ut accipiat ab Abbate supradicti monasterii juge unum ubi ei datum

fuerit

fuerit ab ipso Abbate. reliqua uero omnes homines Deum timentes tam principes quamque & judices adjuro per eternum Deum & tremendum ejus judicium ut nullus audeat contra statuta patris mei & meam confirmationem agere. neque si ego ipse uoluero adjutorium prebere. & si quis hoc timoris dei immemor ausus fuerit facere cum beatis Apostolis dei & confessore Christi Siluestro in conspectu Dei judicium habeat quorum me in seruitio meus tradidir genitor & ego me ipsum obtuli & ejus factum confirmavi. & nec mihi liceat ullo tempore nolle quod semel uolui sed quod a me semel factum uel subscriptum est inuiolabiliter observare promitto. quam igitur cartulam institutionis & confirmationis mee a presenti die Stephanum notarium scribere rogaui in qua subter confirmans testibusque obtuli roborandum eorumque presentia super Sancto altario tradidi. acta in supradicto monasterio sub die regis mensis & inditione supradicta.

Ego Ursus Clericus in hac cartula a me facta subscripsi & testibus optuli roborandam.

Ego Johannes Diaconus in ac cartula rogatus ab Urso Clerico subscripsi in qua me presente ipse subscripsit.

Ego Adeodatus de perseceta in ac cartula rogatus ab Urso Clerico subscripsi qui me presente subscripsit.

Ego perideo forojulanus in hac cartula rogatus ab Urso Clerico subscripsi qui me presente subscripsir.

Ego Johannes filius uitaliani notarii de solaria rogatus ab Urso Clerico subscripsi qui me presente subscripsir.

Ego Giselbertus in hac cartula rogatus ab Urso Clerico subscripsi qui me presente subscripsit.

Ego benedictus filius qu. Meliorini rogatus ab Urso Clerico subscripsi qui me presente subscripsit.

Ego trematus filius qu. Stephani de Sorbaria rogatus ab Urso Clerico subscripsi qui me presente subscripsit.

Scripta per manus Stephani Notarii quam postea tradita compleuit & dedit feliciter.

NUM. X.

Dall' Archivio Nonantolano

An. 801.

Carlo Imperadore assolve il Monastero Nonantolano dalle pretese di Vitale Vescovo di Bologna intorno alla Chiesa di S. Mammante di Lizano.

In nomine Patris & filii ejus Ihesu Christi. Karolus Serenissimus augustus a Deo coronatus pacificus imperator Romanorum gubernans imperium. qui

qui & per misericordiam Dei rex francorum atque Langobardorum. Cum nos in Dei nomine territorium Bononiense a Roma redeundum peruenissemus. ibique super fluuium renum una cum episcopis abbatibus ducibus comitibus seu reliquis . . . . fidelibus nostris ad uniuersorum causas audiendas uel certa judicia terminanda resideremus. uitalis sancte bononiensium urbis & ecclesie episcopus interpellauit Anselmum uenerabilem Abbatem Monasterii quod est in honore domini & Saluatoris nostri Ihesu Christi & Sanctorum Apostolorum atque Sancti Siluestri Pontificis in loco nuncupante nonantula constructum dicens quod de una ecclesia baptismali que est constructa in onore Sancti Mamme in loco nuncupante uico liciano pertinentem ad suum episcopatum presbiterum suum nomine ursum foras expulisset indebite & omnia quidquid ipse presbiter ad ipsam Ecclesiam contulerat & habuerat . . . . quemque . . . . & inde contra justitiam abstrauissent atque nullam potestatem ei aut suo presbitero de ipsa ecclesia inde remisissent. Predictus uero Anselmus uenerabilis abba in presentia aditans taliter dedit in responsis quod haistulfus quondam rex Langobardorum predictum uicum licianum una cum hominibus sibi pertinentibus liberos per liberis seruos pro seruis cum omni integritate per suum preceptum ei ad partem antedicti monasterii delegauisset & postea ipse cum habitatoribus loci illius ipsam ecclesiam una cum consensu Romani quondam episcopi suprascripte Ciuitatis bononiensium edificasset & antedictus Romanus episcopus ad ejus deprecationem consecrasset . . . . monasterio maxime uertebatur altercacio. Adduxit in medio . . . Anselmus Abbas preceptum jam fari regis haistulfi ubi continebatur qualiter suprascriptum uicum cum aliis rebus ad se pertinentibus ad partem sepe dicti monasterii delegauerunt uel confirmauerunt. Ad hoc iterum uitalis episcopus cum suis sacerdotibus dixit quia ipsa ecclesia de sua . . . . antea juris fuisset & legibus ad suum pertinere deberet... Cui . . . Anselmus Abba dixit. Consecrationem & confirmationem atque predicationem quam . . . . in ipsa Sancta Dei Ecclesia secundum .... fuit nos non contradicimus nec contradicere uolumus neque suprascriptum Ursonem presbiterum de ipsa ecclesia foris misimus sed ipse fuga lapsus eamdem Ecclesiam dimisit & si ipse presbiter suum ministerium cannonice peregisset nos ... ipsam ecclesiam habere ... Ideoque uisum est nobis una cum fidelibus nostris & justum esse judicauimus ut memoratus uir uenerabilis uitalis sancte bononiensium urbis & ecclesie episcopus secundum canonicam ... cionem peragere absque ullius inlicita contrarietate & presbiterum canonice ex suo ministerio inquirere & corrigere debeat atque ... memoratus presbiter urso de ipsa ecclesia . . . . foras fieret . . . . uir Venerabilis Anselmus Abba suique successores per donacionem quam haistulfus quondam rex ex sue largitatis munere ad partem monasterii sui delegauit uel confirmauit . . . . detinere atque possidere . . . . cum omnia ibidem justa & rationabiliter pertinentia & ne

& ne in posterum . . . inter eos cogita . . . diffinita causatio . . . & ut hoc precept. . . . . diffinitio firmior habeatur & per tempora melius obseruetur de anulo nostro subter sigillauimus.

Signum anulum

Guarnerius ad uicem Erembaldi scripsi.

III Kal. Jun. anno primo Christi propitii imperii nostri & xxxiii. regni nostri in Francia & xxviii in Italia iterum in suprascripto territorio Bononiense super fluuium Renum in Dei nomine feliciter. amen.

NUM. XI.

Dagli Annali Camaldolesi §. I. in Append. pag. 13.

An. 855.

Donazione di Gisolfo figlio di Romoaldo Duca a Giovanni Arcivescovo Ravenndte e suoi successori di alcuni beni ne' distretti di Bologna, e d' Imola.

.... domno Lodoiucus ite imperator ejus filio anno vi die vii Mensis Marcii indictione tertia. aput ecclesia beati Apolenaris adque pontificis sita non longue ab urbe dudum Clase. atque sancte ac uenerabile Rauennaris ecclesie in qua Deo proregente domnus Johannes sanctissimus atque beatissimus umiliumque uirtutum gratia Dei sublimatus Johannes Archiepiscopus pontifex esse uidetur. Ego Gisulfus filius quondam Romualdi ducis commanente in territorio Corneliense donatore presens presentes salute sanctarum scripturarum nos racio premonet illa semper considerare ac disponere que pro anime meritum celestem retribucionem merear promereri sine dubitacione credentes in euangelica subsequi lecione pro in oc Seculo centuplum & in futuro eterne uite esse participes. Qua de re ego qui superius Gisulfus filius quondam Romualdus duci donatore nullus penitus prouocantes neque compellentes aut suadentes uel uim ferentes set meis propriis deliberacionis arbitrio do dono tibi jam dictus domnus Johannes sanctissimus & coangelicus Archiepiscopus predicte Sancte Rauennatis ecclesie in jus & dominiumque tuum & per te in suprascripte Sancte Rauennatis Ecclesie tuisque successoribus in perpetuum do dono cedo trado & mancipo a presente die pro oblacionem & remuneracionem & remedium anime mee profuturo possidendum. Idest curtem meam integram que est posita in Balnearea cum fundis & casalibus & appendicibus suis. Simulque & alia curtem meam integram posita in Massa Metaciano uocatur sita territorio Bononiense adque integra massa que uocatur Medicina cum fundis & Casalibus & Appendicibus suis simulque & alia massa integra que uocatut Boetas cum fundis & Casalibus & Appendicibus suis & omnibus rebus in integris quantascumque abere uisu sum ohc est in territorio Bononiense & Corneliense & Fauentino in colibet

libet fundis qualibet noncupatur tam ex successione quondam parentorum meorum & paterna uel ex materna quamque & pro qualecumque uismodi uel titulum adquisitum uel abere uisus sum in prediɛtis territoriis. Hec omnia prediɛtarum locarum cum terris & uineis pascuis siluis sāleɛtis sacionalibus cum edificiabus cum tiuis fontis aquis perhennis limitis limitibusque suis cultum uel incultum domnicatum uel colonicatum uel omnibus ad earum de prediɛtis locis generaliter & specialiter integriter pertinentibus seu adjacentibus sibique subjunɛtis omnisque nostris proprietatis meis cum suorum justis & certis in tetra finibus. quamque in te decreuit uoluntas ut ab odierna die licentiam abeatis uos uestrisque successoribus per anc carthulam donacionis mee presenti die in uobis faɛtam introire & ingredi seu & inocupare in suprascriptis omnibus rebus sicut superius legitur tamquam per legitimam & corporalem tradicionem sine ullo meo meorumque filiorum heredum uel alicujus obstaculum aut impedimentum potestatiue & quiete juris abeatis teneatis possideatis ordinandi & disponendi & qualiter uobis bonum uel reɛtum fuerit exinde faciendi jure dominiumque tuum & per te in prediɛte Sanɛte Rauennatis Ecclesie tuisque successoribus in perpetuum uindecetis adque defendatis plenum dominium delegibus sociaris effeɛtum. Contra quam eciam donacionis mee a presenti die paginam sicut superius legitur polliceor numquam me in posterum filiis aut heredibus ac successoribus meis aduersus uos uetrisque successoribus prediɛte Sanɛte Rauennatis ecclesie per quemlibet modum uel titulum non per aliquacumque opositas faticias procuratorisue personas non adeumdum judicium non supplicandum principibus neque per ecclesiasticam interpellacionem pro prediɛta curte mea integra posita in Balnearia & pro alia curte mea integra posita in Massa Metaciano. adque integra massa mea que uocatur Medicina simulque & alia massa integra que uocatur Boetas. item & omnibus rebus meis integris quanrascumque abere uisus sum per quemlibet modum uel titulum in prediɛtis territoriis Bononiense & Corneliensis seu & Fauentino in qualibet fundis quolibet nuncupatur tam ex paterna uel ex materna quamque & per qualemcumque uis modis uel titulum adquisiui uel abere uisus sum in suprascripris territoriis & cum omnibus ad earumdem generaliter ac specialiter integriter pertinentibus seu adjacentibus sicut superius legitur ullo modo ullamque racionem contraire quod absit & afferre uoluntatem quia legibus cautum est ut quod semel donatum uel quoquo modo colatum uel cessum fuerit nullo modo reuocetur. Unde pro majoris firmitatis ujus donacionis mee a presenti die paginam sicut superius legitur pro quibus omnibus juratam dico per Deum omnipotentem sedemque Sanɛtam Apostolicam & uitam superscriptorum dominorum nostrorum attestacione confirmo contra presentem donacionem quam proprietate spontanea uoluntate feci nunquam sum uenturo sed perpetuis temporibus illesa adque immaculata consetuare & adimplere

re promitto. Quod si quod apsit & auertas dinina potencia & in aliqua controuersia testus fuero per qualecunque ingenium & omnia non obseruauero cunctaque superius legitur quia daturo promitto superscriptus Gisulfus filio quondam Romualdi Duci cum meisque filiis & heredibus ac successoribus a uobis multociens dictus domnus Johannes Sanctissimus Archiepiscopus Sancte Rauennatis ecclesie tuisque successoribus ante omne litis inicium uel interpellacionem pene nomine auri ebrizo libras decem a partis sancte uestre Rauennatis Ecclesie & post pene solucionem manead hec cartulam donacionis a presenti die in sue firmitate excluso circa me meosque omnium omnis legis beneficium juris effectus ignorancie forisque locis prescriptionem quia ab largitate mea ut superius fassus sum & uic abeat deliberacionem meam uim nullus quogentis consilium uel admonentis impulsus. Quam uero inreuocabilem donacionem meam a presenti die sicut superius legitur quam absque ullo dolo malo ingenium & circumscriptionem cessante Moise tabelio ciuitate Rauenne scribendum rogaui & subtus manus meas proprias suscripcionem feci testibus a me rogatis obtulis suscribendum eorum qui per eam pro uestra presentia ad Georgium per Domini misericordia humilimus diaconus sancte uestre Rauennatis Ecclesie tradidimus ex indictione suprascripta tercia.

✠ Ego Gisulfus filius quondam Romualdi Duci huic cartulam donacionis de suprascriptis curtis integris positis in Balnearea Metaciano Medicina Boeta & omnibus rebus sicut soperius legitur a me facta in domno Johanne archiepiscopo sancte Rauennatis ecclesie suisque successoribus ad omnia suprascripta relegi consensi & subscripsi & testibus a me rogatis obtuli subscribendam.

✠ Romanus Ducx hujus cartulam donacionis de suprascriptis curtis integris positis in predictis locis & omnibus rebus sicut superius legitur facta in domno Johanne Archiepiscopo Rauennatis Ecclesie suisque successoribus a Gisulfo filio quondam Romualdi duci Donatore qui me presente subscripsit & in ei relege rogatus ab eodem teste subscripsi.

✠ Johannes filius Gregori datini huic cartulam donacionis de predictis curtis integris positis in predictis locis cum omnibus rebus sicut superius legitur facta in Domno Johanne Archiepiscopo Sancte Rauennatis ecclesie suisque successoribus a Gisulfo filio quondam Romualdi duci Donatore qui me presente subscripsit & ei relegi rogatus ab eodem teste subscripsi.

✠ Vitalianus Consul huic cartulam donacionis de predictis curtis integris positis in predictis locis cum omnibus sicut superius legitur facta in domno Johanne Archiepiscopo Sancte Rauennatis ecclesie suisque successoribus in perpetuum a Gisulfo filio quondam Romualdi Duci donatore qui me presente subscripsit & ei relectum est rogatus ab eodem teste subscripsi.

✠ Vi-

✠ Vitali filio Spereindeo huic cartulam donacionis de prediĉtis curtis integris positis in prediĉtis locis cum omnibus sicut superius legitur facta in domno Johanne Archiepiscopo sanĉte Rauennatis ecclesie suisque successoribus a Gisulfo filio quondam Romualdi Duci donatore qui me presente subscripsit & ei releĉtum est rogatus ab eodem teste subscripsi.

Moyses tabellio Ciuitatis Rauenne scriptor huic cartulam donacionis de prediĉtis curtis positis in prediĉtis locis Balnearia Metaciano Boeta cum omnibus rebus suis integris sicut superius legitur post roborationem testium atque tradita compleui & absolui.

Notitiam testium idest
Romanus in Dei nomine Dux
Atilingus humilis filius quondam Atilianus
Et Johannis filio Gregori Datiuus
Et Vitalianus inlustris Consul
Et Vitalis umilis filius Speraindeo.

NUM. XII.

Dalla Biblioteca Vaticana. Regest. Johannis Papæ VIII. Epist. CCLIII.

An. 881. 29. Settembre.

Lettera di Giovanni VIII. Papa a Romano Arcivescovo di Ravenna. Lo esorta ad intervenire in Roma al Concilio, ed a presentargli Maimberto Diacono Bolognese sospettato d'omicidio.

Romano Archiepiscopo Ravennati.

QUIA bellica immo saracena impediente angustia juxta sacros canones IV. scil. Id. Oĉt. Synodum sicut uolueramus celebrare nequiuimus opportune ualdeque necessario sane prouidimus ut hanc eamdem VI. Id. nou. istius XIV. Ind. adjuuante Domino conuocemus. quapropter sanĉtimoniam tuam hortamur ut ad idem tempus sine omni mora imo omni occasione postposita Romaui occurras quatenus ea que ad honorem siue utilitatem Sanĉte Dei Ecclesie pertinent nobiscum ordines & deffinias & Sanĉti Spiritus gratia reuelante uoto communi discernas. interea negotium uiri Ill. Deusdedit gloriosi ducis qui uostrum pontificium adiit dicens se a tua solertia pro conjugio sue uxoris quam illius consanguineum fateris existere communione priuatum est procul dubio uentilandum ut quicquid rei ueritas hiuc demonstrauerit omnimodis exequamur. qui pro eo quod tamdiu apud nos est immoratus & de sua parte qui rationem redderet non est inuentus rationabiliter erat a nobis interim absoluendus. tamen quia in proximo sicut diximus

mus Synodum quia hoc cum unanimitate aliorum consacerdotuum fratrumque nostrorum & tua est inter alia pertractandum celebrare debemus dignius judicauimus (quod & ipse res expetunt) tuum prestolari aduentum ut hoc Synodali discutiamus collegio & alterna uisione congratulantes pari sententia decernamus in qua etiam quidquid supra generum suum habueris similiter deffiniri jubeamus. Preterea jam dicti uiri conjunx Maria nomine libellum sue reclamationis per Paulum Legatum suum nostro presulatui dirigere procurauit asserens tuam sanctitatem in nuptiis per consensum Patris de ea habitis consciam extitisse & tam uirum suum quam se postquam unum caro effecti sunt tam ad spiritalem siue dominicam quam etiam ad communiorem mensam sepe non solum admisisse sed etiam inuitasse. Sed & hoc per eumdem suum libellum reclamando innotuit quod Majoranus qui & Manginpertus diaconus dicitur in necem sui patris consenserit petens a nobis ex hoc conuenientem justitiam & obnixe postulans hoc indescussum non derelinqui quem uidelicet sepissime Bononiensis episcopus sue ecclesie famulum querere studuit. hujus rei gratia precipimus ipsum Diaconum tuum nobis omnimodis exhiberi ut quidquid rationis ordo poposcerit adjuuante Domino canonice uentilemus & Synodice statuamus. Dat. III. Kal. Oct. XIV. Ind.

NUM. XIII.

Dalla Biblioteca Vaticana. Regest. Johannis Papæ VIII. Epist. CCLXXVII.

An. 882. 4. Marzo.

Lettera di Giovanni VIII. Papa ai Vescovi Giovanni di Bologna, Egilulfo di Mantova, Eicardo di Vicenza, e Viatore di Ferrara. Commette ad essi la diffinizione delle liti insorte fra i due Vescovi Adelchisio di Trento, e Adelardo di Verona.

Joanni Bononiensi Egilulfo Mantuano & Eicardo Vicentino & Viatori Ferrariensi Episcopis.

SANCTITATEM uestram nolumus ignorare quod olim inter Sanctam Veronensem Ecclesiam & Tridentinam de quibusdam rebus Asiane uille exortum fuisse litigium quas Veronensi Ecclesie pertinuisse probauimus sicut a legatis nostris qui tempore illo in Italia partibus legationis nostre fungebantur officio ueraci relatione comperimus quorum & judicii definitionem uidimus & eorum supscriptiones manuum lectione percurrimus. quo manifestius declaratur easdem res ad Sanctam Veronensem Ecclesiam juste pertinuisse & eas in perpetuum possidendas definitum fuisse. Sed quia sepe contentio solet generare discordiam nunc sicut dicitur Adelchisius Venerab. Tridentinus Episc.

Episc. contra definicionem ipsam peragens atque contra professionem manusque soe supscriptionem mouere presumpsit reuerentie uestre super hoc negotio uicem nostram committimus ut ad illas partes accedentes cum Adelardo & eodem Adelchisio Venerab. Episcopis hoc litigium licet hoc quia cum legatis nostris deliberatum est superfluum judicemus rursum audientes deliberetis & ad legitimum finem perducere modis omnibus satagatis. quo rite & secundum seriem scripturarum suarum peracto quidquid illud fuerit nostro Apostolatui scriptis uestris uolumus intimari ut nos & libenter accipiamus & nostra auctoritate stabilire non omittamus. quia & primum coram Apostolicis missis aliisque Episcopis in Synodo Ticinensi & post in Tridentina Ecclesia nihilominus coram nostris legatis & aliis imperialibus judicibus de hoc judicatum fuit & legaliter diffinitum. Dat. IV. non. Mart. XIV. Ind.

NUM. XIV.

Dalla Biblioteca Vaticana. Regest. Johannis Papæ VIII. Epist. CCLXXXVIII.

. Ann. 882. 14. Marzo.

Lettera di Giovanni VIII. Papa ad Adelchisio Vescovo di Trento. Gli partecipa d'aver commesso a' Vescovi Giovanni di Bologna, Egilulfo di Mántova, Eicardo di Vicenza, e Viatóre di Ferrára, che deffiniscano le liti insorte fra esso, e Adelardo Vescovo di Veróna.

Adelchisio Episcopo Tridentino.

Suggerente coepiscopo nostro Adelardo Veronensi episcopo didicimus Sanctitatem tuam aliter egisse quam se canonica imo Christiana obseruantia habere uidetur. Quia scilicet contempto precedentium patrum judicio cui ipse interfuisse dignosceris res quasdam ad Sanctam Veronensem Ecclesiam pertinentes inuasisse diceris. & contra manus tue subscriptionem te egisse quodammodo suspicaris. in quarum deffinitione si Sedis Apostolice legati non interessent speraremus adhuc posse nos aliorum certificari super hoc attestationibus. Sed quia hoc non esse oportunum preuidimus Joanni Bononiensi Egilulfo Mantuano Eicardo Vicentino & Viatori Ferrariensi Venerabilibus episcopis ad hoc secundum Deum prouidendum & quantum ad contemptum inobedientium pertinet rursum deffiniendum uicem nostram super hac questione commisimus ut in idipsum conuenientes hoc litigium cum Sanctitate tua determinent & irreprensibiliter Deo pre oculis habito diffinire procurent. Quapropter fraterno te amore monemus ut in hoc ita peragas quatenus a nobis merito reprehendi non possis & canonicam sententiam non excipias. ueruntamen ad locum quem predicti uenerabiles episcopi tibi signi-

gnificauerint occurrere non ommittas. Et de eisdem rebus Asiane uille respondeas ut ex hoc jam nulla questio prorsus remaneat uel renascatur. Data pridie Idus Martii indictione xiv.

NUM. XV.

Dalla Biblioteca Vaticana. Regest. Johan. Papæ VIII. Epist. CCCI.

An. 882. 28. Agosto.

Lettera di Giovanni Papa VIII. al Clero Ravenndte. Impone, che Maimberto chierico Bolognése sia arrestato, e trasmesso alla Santa Sede.

Omnibus uenerabilibus Sacerdotibus Subdiaconibus & uniuerso Clero Sancte Rauennatis Ecclesie.

Audita sepe afflictione atque miseria uestra quam per Maimbertum bononiensem Clericum incessanter patimini jampridem nostram Apostolicam misimus uobis auctoritatem per Johannem diaconum & Cartularium precipientes ut omnes uero animo constantique deuotione predictum Maimbertum manifestissimum zizaniorum seminatorem ab Archiepiscopo & a uestra sancta Ecclesia tamquam ouem morbidam expelleretis. Sed miramur quare hactenus a uobis hoc pretermissum sit. unde nunc uestra iterum petitione moti & diuino amore succensi. per hanc nostram Apostolicam auctoritatem uobis omnibus precipimus ut relecta priori epistola unanimiter juncti & cum presenti misso nostro fideliter conglobati eumdem Maimbertum aduersatorem uestrum si sponte ad nos uenire contempserit uel in partem aliquam ire uoluerit audacter comprehendere studeatis & huic misso nostro seu & Johanni duci fideli nostro ad exigendum ab eo secundum nostram jussionem nobis ad deducendum contradite sicut gratiam Dei omnipotentis Sanctorumque Apostolorum & nostram uultis habere. nam si quis uestrum in hoc se quomodo subtrahens pro cujuslibet rei gratia hanc nostram jussionem pro statu & pace Sancte Rauennatis Ecclesie directam gratanter ad effectum perducere contempserit ut ex Dei omnipotentis Sanctorumque Apostolorum Petri & Pauli & ex nostra Apostolica auctoritate a uino & cocto etiam & a proprio ministerio suspensus maneat usque ad nostram presentiam. Dat. v. Kal. Septembris xv. Ind.

NUM.

NUM. XVI.

Dalla Biblioteca Vaticana. Regest. Johan. Papæ VIII. Epi st. CCCII.

An. 882. 28. Agosto.

Lettera di Giovanni VIII. Papa a Martino, Giovanni Demétrio, e Romàno duchi. Impone che Maimberto chierico Bolognése sia arrestato, e consegnato a Giovanni duca suo messo.

Martino Joanne seu Demetrio atque Romano gloriosis ducibus nec non & aliis fidelibus nostris.

OMNIUM uestrum noscat fidelitas qnia sepissime Romanum Archiepiscopum tam per uenerabiles episcopos quamque etiam nostris apostolicis literis admonuimus ut Maimbertum Bononiensem Clericum a sua superstitiosissima familiaritate separasset & ad propriam Ecclesiam nt canonicum est remisisset. & ipse Maimbertus multoties ut recederet a nobis est protestatus sed minime acquiescere nostre uoluerunt apostolice jussioni. Idcirco precipientes precipimus & jubentes expresse jubemus ut nnanimes juncti simul cum isto fideli misso nostro omni occasione postposita & dilatione remota predictum Maimbertum comprehendatis & ui coactum ab Archiepiscopo separetis & huic nostro misso simul & Johanni duci ad exigendum secundum nostram Apostolicam autoritatem ualidissime contradatis. quod si in hoc neligentes uos quorum nomina suprascripta sunt fueritis & ipse quoquomodo effugerit a uobis scitote per unumquemque uestrum centum aureos dabitis nostre parti. Insuper ex Dei omnipotentis Sanctorumque Apostolorum Petri & Pauli & nostra apostolica auctoritate a nino & cocto suspensi manete usque ad nostram presentiam. Ceteri uero si hoc quod jubemus asseri noluerint aut subtrahendo quoquomodo se huc illuc diuerterint & usque ad effectum rei non perseuerauerint superiori excomunicationi subjaceant. Dat. v. Kal. Sept. xv. Ind.

NUM. XVII.

Dalla Biblioteca Vaticana. Regest. Johan. Papa VIII. Epist. CCCIII.

An. 882. 28. Agosto.

Lettera di Giovanni VIII. Papa a Giovanni Duca suo messo. Impone che s' impossessi de' beni di Maimberto Chierico Bolognése, e il trasmetta alla Santa Sede.

Joanni Duci delicioso fideli sui & misso nostro.

GRATULATOS nos non modice credas eo quod fidelitas tua erga Sanctam Romanam Ecclesiam nostrumque Apostolatum constanter reperimus nigilare. & ideo

& ideo per hos nostros apostolicos apices tue fidelitati jubemus ut de Maimberto modis omnibus sicut misisti pariter cum isto misso nostro expellere decertes ut nullo modo effugere possit sed separatum ab Archiepiscopo ui coactum postquam ab eo omnia sua constanter exegeritis ad nostram presentiam districtum deducere studetote. etiam illas mulieres quas nunc in sua mansione collectas detinet in nostro rectorio retinere jubemus usque ad nostram notitiam. epistolam uero quam Romano Archiepiscopo mittimus ut res aut monasteria que ab isto Romano Diacono fideli commendato nostro quoquomodo occupauit restituere & inuestire eum in omnibus studeas & que de rebus ejus sui famuli abstulerant reddere huic per omnia faciat ipsi Archiepiscopo deportate & coram Sacerdotibus & judicibus ipsam legere facite. Similiter autem & monasterium Sancti Martini secundum nostram jussionem Johanni Diacono & cartulario pro nostro reddat amore. Nam & mansionem quam Maimbertus ab ipso Diacono per suam fraudolentiam abstulit simili modo cum Petro nepote suo inuestire studete. Dat. v. Kal. Sept. xv. Ind.

NUM. XVIII.

Dal Muratori Antiqu. Medii ævi T. I. pag. 922.

An. 887. . . . .

Carlo il Crasso Imperadore conferma a Wicbodo Vescovo di Parma, e a Vulgunda Monaca i beni, che acquistarono nella Romagna, e nella Pentapoli dagli Arcivescovi di Ravenna e da' Vescovi di Bologna.

In nomine Sancte & indiuidue Trinitatis. Karolus diuina fauente clementia Imperator Augustus. Ad hoc nos ad Imperii fastigium sublimatos non ambigimus ut omnium maxime Romane Ecclesie utilitatibus consulamus atque ea que illa statuerit per creditam sibi dispensationem uiolari postmodum non permittamus per nostram Imperialem auctoritatem. Qua propter omnium fidelium sancte Dei nostrumque presentium scilicet ac futurorum nouerit uniuersitas quod uir uenerabilis Sancte Parmensis Ecclesie Episcopus Wicbodus adiit excellentiam nostram per dilectum fidelem & Sanctissimum Archiepiscopum Luitbertum ut nostre Imperialis auctoritatis edicto confirmaremus illi omnes res mobiles & immobiles omnium in integrum quascunque per Pontifices Romane Ecclesie seu Archiepiscopo Rauennati uel Episcopis Bononiensibus per precepta uel per emfiotheseos munimina uel libellos uel qualemcunque scripturam seu per quod libet titulum & qualecumque argumentum in tota Pentapoli & Romania ipse & Vulgunda adquisierunt. Cujus precibus aures adcomodantes hoc nostre munificentie Preceptum scribere

bere jussimus per quod ipsi Wihbodo & Vulgunde concedimus & secundum scripturas illorum confirmamus & io perpetnum corroboramus omnes res & familias utriusque sexus quecumque omoino per quotlibet titulum cujuscumque Scripture uel quamlibet transfersionem de Romana Ecclesia ex quacumque persona adquisierunt uel in antea adquirere potuerint siue Vadum Fabrice cum Villa que dicitur Cucurana & Sanctum Stephanum qui dicitur Sancta Hierusalem & Sanctum Arcangelum & Paternum Sanctumque Prosperium in Paoialo & Sanctum Ambrosium & Sanctum Isaiam Sanctumque Johannem Catapateria & omnibus ad ipsas Ecclesias pertinentibus uel aspicientibus Casis Massariciis Capellis Vioeis Pratis Siluis aquis aquarum decursibus omnia & in omnibus omnino in integrum quicquid in tota Romana Ecclesia uel de Monasterio Nonantule adquisierunt per quodlibet exquisitum argumentum uel io antea adqnirere potuerint tam Wihbodus Episcopus quam Vulgunda Deo dicata totum io integrum sine ulla exceptione uel minoratione ipsi Wihbodo uel Vulgunde seu cui illi dederint uel significauerint per hujus precepti paginam concedimus & confirmamus atque sub nostrum Munburd & defensionem seu immunitatem includimus atque precipiendo jubemus ut nulla illis subtractio uel minoratio de cunctis que in finibus totius Romanie quolibet modo conquisitum habent uel in antea conquisierint a qualibet inferatur persona, sed liceat eis quiete & pacifice frui & tenere sine molestasione uel lite nostris successorumque nostrorum temporibus. Si quis autem contra hanc nostram .... mationem seu confirmationem atque m. ... & immunitatem uenire presumpserit & predicto Wihbodo seu Wulgunde de omnibus supradictis per omnes fines Romanie in paruo uel io toto molestauerit seu damnietatem intulerit LXX libras auri culpabilis judicetur & exsoluere cogatur medietatem nostro Palatio & medietatem jam dictis Wihbodo & Wulgunde Deo dicate uel cui ipsi dederint. Et ut hec nostre confirmationis auctoritas certior habeatur & diligentius obseruetur manu propria subter firmauimus & de anulo nostro adsignari precepimus.

Signum R K ◇ S L Dominus Karoli Serenissimi Imperatoris Augusti.

Albericus Notarius ad uicem Liutberti Archicappellani recognoui & subscripsi.

Data Anno Dominice Incarnationis DCCCLXXVII .....

NUM. XIX.

Dall' Archivio della Cattedrale di Modena.

An. 898. 7. Decembre.

Berengario I. Re conferma alla Chiesa Modenése gli antichi possedimenti, e le immunità.

In nomine Domini nostri Jesu Christi Dei Eterni. Berengarius diuina fauente clementia Rex. Dum locis diuino cultui mancipatis ob diuine seruitutis amorem opem congruam ferimus & Regum morem decenter implemus & apud Deum profuturum nobis non diffidimus. Igitur omnium fidelium Sancte Dei Ecclesie nostrorumque presentium scilicet & futurorum nouerit industria qualiter interuentu Petri Reuerentissimi Episcopi & Archicancellarii nostri adiit celsitudinem nostram Gamenulfus Sancte Mutinensis Ecclesie Episcopus quatenus nostre auctoritatis precepto confirmaremus cuncta munimina atque possessiones juste & legitime ad eandem Ecclesiam pertinentes cujus precibus assensum prebentes Capellas monasteria Xenodochia & Ecclesias Baptismales cum omnibus suis pertinentiis ad suprascriptam Ecclesiam stabilimus perpetuo robore eam recipientes sub nostre tuitionis mundualdo. concedimus etiam juxta morem aliarum res predicte Ecclesie per idoneos homines & ueraces omni tempore inquirantur & ad plenissimam usque deducantur justitiam. nec non etiam condonamus eidem Ecclesie ut deinceps serui aut cartularii ad eandem Ecclesiam juste pertinentes nullum censum publice parti persoluant sed liceat eis quieto ordine uiuere & ipsi sue Ecclesie deseruire nullusque Comes aut Judex uel quilibet Reipublice procurator ad causas judiciario more audiendas in monasteriis Xenodochiis aut Ecclesiis Baptismalibus resideat & omnes tam clericos quam laicos uillas & agros seu reliquas possessiones quas moderno tempore in diuersis locis aut territoriis nostre potestatis juste & legaliter quieto ordine pars ipsius Ecclesie possidet uel etiam ad freda seu tributa exigenda aut mansiones & paratas faciendas neque fidejussores tollendos hominesque ipsius Ecclesie tam ingenuos quam etiam seruos super terram ipsius commorantes distringendos pignorandos nec in hostem ducendos nec ire cogendos uel ullas redhibitiones aut illicitas occasiones requirendos quibus in aliquo eadem Ecclesia sibique subjecti aliquod injuste patiantur incommodum quisquam temerarius existat. Jubemus etiam atque omnimodo contradicimus ut nullus quilibet ex omnibus pertinentiis supradicte Ecclesie ullam retinentiam facere presumat neque . . . acquisita aut conscriptiones & emphyteuticarios a presulibus predicte Ecclesie injuste conscriptas retinere inde quippiam uel modicum presumat

sumat sed pro Dei reuerentia absque ulla contradictione pars & potestas ejusdem sua recipiat jura. Sancimus etiam pretaxate Ecclesie juxta antecessorum nostrorum decreta loca in quibus predicta Ciuitas constructa est ita nostre auctoritatis precepto stabilia maneant cum Cancellariis quos prisca consuetudine prefata Ecclesia de clericis sui ordinis adscribendos sue potestatis libellos & .... carios habeat. uias quoque pontes portas & quicquid antiquo jure eidem Ciuitati a procuratoribus Reipublice persoluebatur idest ubicunque uias portas pontes in sua terra habuerir nostra uice pars pretaxate Ecclesie libere capiendi debitum censum ex eis potestatem habeat & liceat ei fossata cauare molendina construere portas erigere & super unum milliarium in circuitu Ecclesie ciuitatem circumquaque firmare ad saluandam & muniendam ipsam Sanctam Ecclesiam suamque constructam Canonicam & aquam aperire & claudere absque ulla publica contradictione ut sub nostre tuitionis defensione idem Presul cum suis omnibus permanens pro nobis omnipotentem Deum ualeat exorare. Si uero inter commorantes firmata fuerint testimonia ad res ejusdem Ecclesie rapiendas & pars prefate Ecclesie reclamauerit quod pro hujusmodi causa justitiam habere non possit si negare hoc aut Sacramento purgari noluerit administraroribus Ecclesie liceat pugna aut testibus si tamen uoluerint per pugnam approbare ne sub hac occasione Ecclesia damnum incurrat. Si quis autem hanc preceptionis nostre auctoritatem temerarius infringere tentauerit sciat se compositurum auri optimi libras triginta medietatem Camere nostre & medietatem supradicte Ecclesie. Et ut hoc uerius credatur diligentiusque ab omnibus obseruetur manu propria firmauimus & annuli nostri impressione subscripta jussimus insigniri.

Signum BS [monogram] Domini Berengarii Gloriosissimi Regis.

Vitalis Cancellarius ad uicem Petri Episcopi & Archicancellarii recognoui.
Datum septem Id. Decembris anno Incarnationis Domini nostri Jesu Christi DCCCLXXXXVIII. anno uero Regni Domini Berengarii Gloriosissimi Regis undecimo Indictione secunda.
Actum Bononia Ciuitate in Dei nomine feliciter. Amen.

NUM. XX.

Dall' Ughelli Ital. Sac. T. V. Episc. Comens.

An. 901. 18. Gennajo.

Ludovico III. Re conferma alla Chiesa di Como gli antichi possedimenti, e le immunità.

In nomine Domini nostri Jesu Christi Dei eterni. Ludouicus Tertius gratia Dei Rex. Credimus Deo omnipotenti esse acceptum nostteque salutis in pre-

senti & in futuro magnum esse presidium si loca uenerabilia seruorumque Dei cenobia sub nostra pio affectu retinere decreuerimus defensione ut quibus temporalem potestas non prebet tranquillitatem non dubitamus meritis ac precibus eorum sempiternam nos consequi posse felicitatem. ideoque omnium fidelium Sancte Dei Ecclesie nostrorumque presentium scilicet & futurorum cognoscat deuota religio quia uir uenerabilis Deilbertus Sancte Comensis Ecclesie Presul & noster Archicancellarius per Sigifredum Comitem palatii nostri nostre Serenitatis sublimitatem adiens innotuit nobis quommodo diue memorie Carolus Rex consobrinus & decessor noster seu Carolus Magnus Imperator & Ludouicus gloriosissimus Augustus Lotharii quondam Imperatoris filius Sancte memorie Cesar eandem Sanctam Comensem Ecclesiam & Rectores ipsius una cum Clero & rebus ad se juste & legaliter pertinentibus ob amorem Dei & reuerentiam beatissimi Abundii Confessoris Christi qui ibidem uenerabiliter humato corpore requiescit sub plenissima defensione atque immunitatis tuitione affectu deuoto retinuissent. unde & sacris nostris obtutibus obtulit uerissimas auctoritates immunitatum predictorum predecessorum nostrorum Regum atque Imperatorum in quibus continebatur qualiter sub sua defensione eandem constituerant Ecclesiam & singulas querimonias studio inde substulerant diuersasque inquietudines concedendo submouerant. Videlicet concedendo cum cunctis hominibus ejusdem Sancte Ecclesie ab omni publico obsequio uel publica functione esse immunes sed quia contra predictas auctoritates Regum atque Imperatorum usque modo a parte ipsius Ecclesie de concessa publica functione uel redibitione & teloneo mercati Lugani seu Cumani per hebdomadam aliquid ad publicum exigebatur petiit pietatem nostram predictus Sigifredus Comes Palatii nostri ut publicam functionem ad partem telonei sicut usque modo a parte publica exacta sunt sic & deinceps sub omni integritate prefate Ecclesie perpetualiter concederemus habendam quod & fecimus. nam & predicta predecessorum nostrorum precepta nostre auctoritatis confirmamus nec non piscarias quas Lotharius Imperatoresque deligauerunt confirmantes firmas & stabiles eidem Ecclesie permanere sancimus. Precipientes ergo jubemus atque per hoc nostrum Regale preceptum interdicimus ut nullus Judex publicus uel quelibet judiciaria potestas parua magnaque persona in monasteria Xenodochia ecclesias baptismales Locarni & Biliciona cum comitatu ipsius cum porta & districtu teloneis. Et concedimus Canonicis Cumanis ipsis eorumque successoribus qui pro tempore fuerint Clusas & pontem juris nostri Clauenne in stipendium & ceteras res quas infra ditionem Regni nostri & juste & legaliter possidet atque deinceps in jure & potestate prelibate Ecclesie diuina pietas uoluerit augeri aut causas judiciario more audientes uel freda exigen. uel paradas exigendas aut fidejussores tollendos nec ullam redibitionem de iis usque modo que ad partem publicam exigebantur aut illicitas occasiones requirendas futuris temporibus ingredi audeat nec aliquid de iis

que

que supra memoranimus abstrahere uel minuere nllus presumat. Nam & rebus illis unde munimenta perdita uel cremata fuerant sine alicujus inquietudine possideant & ad aduocatum ipsius Ecclesie nullus Judex publicus distringat sine Episcopo aut ejus misso & suos liberos siue seruos nullus ministrorum uostrorum publicis bannis extra suam parochiam ad faciendam justitiam habeantque ipsi homines liberi facundiam cujusque sint natione fidejussores & sacramentales seu testes esse secundum snam legem & contradare & ad partem ipsius Ecclesie inquisitionem facere posse. Et liceat memorato Presuli suisque successoribus res predicte Ecclesie cum omnibus ad eam pertinentibus quiete possidere. si quis autem hoc nostre institutionis preceptum in aliquo uiolare presumpserit sciat se compositurum auri optimi libras centum medietatem Camere nostre & medietatem predicto Presuli suisque successoribus. & ut uerius credatur manu propria subtus roborantes annuli nostri impressione insigniri jussimus.

Signum Domini ✠ Ludouici magnifici Regis.

Arnulphus Notarius ad uicem Deilberti uenerabilis Episcopi & Archicancellarii recognouit.

Dat. XV. Kal. Feb. anno Incarnationis Domini DCCCCI. Ind. IIII. Anno autem Ludouici largissimi Regis in Italia primo.

Actum Palonie. In Dei nomine feliciter. Amen.

NUM. XXI.

Dal Muratori Antiq. med. ævi T. II. Diss. XXI. pag. 205.

An. 901. 19. Gennajo.

Ludovico III. Re dona al Monastero di San Sisto in Piacenza la Corte di Guastalla, e sue pertinenze.

In nomine Sancte & induidue Trinitatis. Hludouicus diuina fauente clementia Rex. Omnium fidelium Sancte Dei Ecclesie nostrorumque presentium scilicet & futurorum comperiat industria quoniam quidam uenerabilis Sancte Concordiensis Ecclesie Episcopus nomine Adalmanus nostram adiens excellentiam enixius postulanit quatinus quandam Cortem juris Regni nostri que dicitur Wardistalle consistentem in Comitatu Regisiano non longe a fluuio Pado concederemus Monasterio in honore Sancte Resurrectionis & beatorum Martyrum Bartholomei Xisti & Fabiani ab Auia nostra Angelberga quondam Imperatrice a fundamentis constructum infra menia Ciuitatis Placentie ita sane ut persistat etiam pro anima Aui nostri Domni Hluduuici Imperatoris & predicte Auie nostre & Genitricis & nostra cum uniuersis apendititiis ejus ac familiis utrinsque sexus. Cujus precibus assensum prebentes hoc serenitatis nostre Preceptum conscribi jussimus per quod concedimus

cedimus eidem Monasterio in honore Sanċte Resurreċtionis & beatorum Martyrum Bartholomei Xisti & Fabiani prefixam Curtem Watdistallam cum omnibus rebus & Capellis ad eandem Curtem pertinentibus uidelicet cum Casis uineis massaritiis diuersisque territoriis campis stallariis syluis pascuis aquationibus piscationibus molendinis aquarumque decursibus serois ancillis aldionibus aldianabus & quidquid ad prefixam Curtem aspicit uel aspicere uidetur totum & integrum eidem Monasterio concedimus perpetualiter possidendum ut in usus Monacarum ibidem Domino famulantium semper absque ullius contradiċtione persistant. Si quis autem temerarius quisquam quod non credimus contra hoc nostre institutionis Preceptum in aliquo uiolare aut infringere temptauetit sciat se compositurum auri optimi Libras centum medietatem Palatio nostro & medietatem cui inlata fuerit uiolentia. Et ut uerius credatur ac diligentius ab omnibus obseruetur manu propria subter roborantes anuli nostri impressione insigniri jussimus.

Signum POTS ZLIZ Domini Hludouici gloriossimi Regis

Adest adhuc Sigillum cereum ejus Regis.

Arnulphus Notarius ad uicem Liutuardi Episcopi & Archicancellarii recognoui & subscripsi.

Datum XIV. Kalendas Februarii Anno Incarnationis Domini DCCCCI. Indiċtione Quarta Anno Primo regnante Hludouico gloriosissimo Rege in Italia.

Aċtum Bolonia Ciuitate in Dei nomine. Amen.

NUM. XXII.

Dal Brunacci. Chartar. S. Justinæ Explic. Cap. V.

An. 928. 1. Giugno.

Opiliône Patrizio dona al Monastero di S. Giustina fuori di Pàdova parecchie terre nel Contado Bolognése.

In nomine domini nostri Ihesu Christi. Imperante piissimo augusto Constantino a Deo coronato pacifico magno imperatore. Anno quintodecimo sub die mensis junii indicione prima. Domino Sanċto & merito ac ter beatissimo seu & uenerabili monasterio Sanċte Justine Virginis & martiris ubi corpus Sanċte Justine & Sanċti Prosdocimi & multa corpora aliorum Sanċtorum requiescit quod est construċto foris urbe Patauensi ubi multa res a bonis hominibus delegata sunt. Ego quidem in dei omnipotentis nomine Opilio patricius Romanorum dono in prediċto monasterio pro oblacione & inluminacione seu pro eterna remuneracione anime mee & de quondam parentorum

rum meorum presens presentis salute magni donacionum Sanctarum scriptu- rum nos racio promonet ita semper considerare atque disponere que pro animabus & meritis regni celestis retribucione merear promereri. Credimus nos sine dubio in euangelica leccio promonet subseqni leccionibus ut in hoc seculo centuplum & in futuro uite eterne esse participes. Qua de re ego suprascripto Opilio bono animo ac spontanea uoluntate nullus me penitus cogente neque compellente aut suadente uel uim inferente sed meis propriis deliberacioni arbitrium. Ideo dans dono cedo trado & transfero atque transacto & da meo jure meoque dominio meisque heredibus uel successoribus alieno & transcribo atque subduco in jure & dominio suprascripto monasterio perpetuum permanendas eo quod habere & detinere uiso sum in comitatu Boloniense quas mihi aduenir per cocumqne modum uel titulum aut undique mihi aduenisset. Hoc sunt fundoras que uocatur Kasinius cum casis massariciis uel omnibus rebus ad se pertinentibus: idest casali quorum uocabula sunt Sitiliano Monteclo Vindemiolum Marcio & Arucias cum Casale Paulinis Rotariorum Saturiorum uico Fraxeneto Quingentula Columbiano Granariolo & uilla magna cum casis & massariciis & cum omnibus suorum pertinenciis ad eisdem locis pertinentibus in integrum. Et capella una cum area sua & cum omnibus suorum pertinenciis infra Ciuitate Boloniensis que est constructa in honore Sancte Justine Virginis & martiris. Alia fundora sociorum Piscianus Marianus Gabianus Julianus & fundum Micauri quod est supra naues. Casales cui uocabulum est Mimianus hoc est Libiolis que est inter Misiano & Columbiano cum omnibus pertinenciis uis. Item fundo in alio loco sociorum alio fundo Micauri quod est sub ripa de Barbiano & Gabiano inter Clodia & strata. Alia uero fundora quod est in uico Romanulo & fundum ortis cum omnibus suorum pertinenciis in integrum. Cum casis curtis ortis areis. Deforis uero tam terris aratoreis seu uigris uineis cum areis suarum tam terris arabilis & gerbis campis pratis pascuis siluis ac stellareis riuis rupinis ac paludibus coltis & incoltis diuisi & indiuisi una cum finibus terminibus accessionibus & usibus aquarum aquarumque ductibus cum omni jure adjacentiis & pertinenciis earum rerum per locas & uocabulas ad easdem fundoras & capella & casis & omnibus rebus qualiter superius legitur in integrum ab hac die in eadem uenerabilis monasterio beatissime Sancte Justine & Sancti Prosdocimi & aliorum multa corpora Sanctorum in perpetuum permanendas pro eo sicut dixi pro remedio anime mee & de quondam parentorum meorum & ab hodierno die numquam licet mihi suprascripto donatore neque meis heredibus uel successoribus ullo unquam in tempore nullamque molestia generare a pars predicto monasterio de iis omnibus quod superius legitur pro ex parte uel ex totum num ago neque contendo aut inuado uel inoccupo neque agentibus quod desidero audeo nec per me neque per meis heredibus uel successotibus neque

per

per meam submissam uel submittandam personam majoris uel minoris propinquis uel extraneis & non adeunde judicium & non supplicandum principibus neque per ecclesia interpellacione aut per regalem uel imperiali majestate uel potestate neque per ullo modo nullamque racione contraire quod absit & auferet uoluntatem: quia legibus cautum est ut quod semel in sancto ac uenerabili monasterio donatum uel concessum fuerit nullo modo reuocetur. Unde pro majori firmitatem & si quo tempore quippiam personam hominum surrexerit que ad pars predicto monasterio calumnia generaret ego suprascripto Opilio donatore cum meis heredibus a pars predicto monasterio ipsa res ab omni persona hominum stare & contra omnes auctoriare promitto. Quod si quod absit & auertat diuina potentia & omnia que supra legitur non obseruauero uel adimpleuero & contra hec ire uel agere & contendere uoluero atestacione confirmo quia daturo me esse promitto ego suprascripto donatore una cum meos heredes uel successores a pars predicto monasterio ante omni litis inicium pena auri optimi libras trex & post pena solutione me ad hanc paginam donacionis in sua firmitate permaneat. Qua uero paginam in Dei nomine Anestasius tabelius de Ciuitate Roma scribenda rogaui & subter manu mea propria firmaui testibusque a me rogatis obtuli subscribenda eorumque presentia eam tradidi sub die mensis junii indicione prima.

✠ Ego Opilio gloriosus imperialis patricius Romanorum in ac donaciones cartula a me facta manu me subscripsi.

✠ Ego Jordanus ac in cartula rogatus testis manu mea subscripsi.

✠ Ego Armeniacus rogatus testis manu mea subscripsi.

✠ Ego Tribunus Blandinoni rogatus testis manu mea subscripsi.

✠ Ego Leopardus rogatus testis manu mea subscripsi.

✠ Ego Basilius rogatus testis manu mea subscripsi.

✠ Ego Barbato domestico numeri Armeniaci rogatus testis manu mea subscripsi.

NUM. XXIII.

Dall' Archivio Pomposiano.

An. 942. 4. Aprile.

Giovanni, e Maria fratelli figli di Magio s' obbligano a perpetua servitù con Giovanni Prete.

In nomine Domini temporibus Domini Stefani Apostolici Pontificatus ejus in Dei nomine anno tercio regnantibus Domino Ugone & Lotharius ejus filius magni regibus anni Domini Ugonis sextodecimo & Domini Lotharius duodecimo die quarto mensis Aprilis indictione quintadecima Bononie. Quo-

Quoniam . . . . manifesti sumus Johanne & Maria germanis filii presenti Magio detenti sumus inopia paupertate famis & nuditatis & non abemus nullam spem per quod uiuere possumus nec abemus nos nec nul..... nec poxuimus inuenire talis parentis aut amicis aut aliis hominibus qui nos aliquit adjutorio prouere uoluisset, unde isto tempus necessitatis . . . . uiuere possumus nisi uenimus expetiuimus misericordia uestram Domini Johannis Presbiteri . . . . Unde ut pro timore Dei & mercede anime uestre me in uestro sernicio . . . . coligere digneris & de isto tempus necessitatis nos liberare, de quibus omnia sicut supra legitur nostra propria ac spontanea uoluntate per hujus cartam manifestacionis seu promissionis nostra conuenencia promitere & promito spondere adque spondimus nos supradictis Johannes & Maria germanis una per consensum & largietate supradicti Magio genitor nostro seruire uobis supradicto Domino Johanne in omnibus diebus uite nostre & diebus uite nostre uestra in omnibus adimplere promitimus uoluntate eum fide & puritate sine fraude uel malo ingenio ita ut uos nos debeatis admonire .... uestito & calciato nos dare nec de uestro seruicio diebus uite nostre exire non presumimus & si de uestro seruicio exire presumpserimus aut cum alio homine abitauerimus aut uobis fugam lapsi fuerimus licenciam sit nobis aut missi uestris ubicumque aut quandocumque nos inuenire poxuerimus nos comprendere & in uestro relecare seruicio omnibus diebus uite nostre. Unde pro ualore firmitate ipsius cartola manifestacionis seu promissionis nostra conuenencia quam propria ac spontanea uoluntate nostra .... cimus jurati dicimus nos supradictis Johannes & Maria promissoris per Deum omnipotente & Diuina omnia Misteria & pro presentem Sacrasancta .... Dei Euangelia & uita Domino nostro quia omnia qualis supra legitur fideliter in omnibus conseruare adimplere promittimus nec contra uos nec contra ista presente cartola a nobis facere aliquando cocumque ingenio agere aut causare non presumimus & causauerimus & non permanserimus in ea omnia ut superius legitur non solum reatum incurramus periurio uerum eciam promittimus nos supradictis Johannes & Maria germanis tibi supradicto Domino Johanni Presbitero pene nomine solidos duodecim & duodecim denarios & post pena soluta presens cartola sicut superius legitur in sua maneat firmitatem. Actum in Ciuitate Bononie & indictione supradicta quinta decima.

Signum ††† manibus supradictis Johannes & Maria germanis seu Magio genitor & consenciens ejus quia oc cartula sicut superius legitur fieri rogauerunt & eo mihi relegerunt.

Signum ††† manibus Leo qui uocatur Petrogne & Maciari filio quondam Johannis ..... de Pidiano & Johannes germano Toresindi de Russi rogati testes.

✠ Ego

✠ Ego Leo filio quondam Cortini rogatus a supradictis sicut supra legitur me teste scripsi.

✠ Ego Elia filio quondam Lamperti rogatus a supradictis sicut superius legitur me teste scripsi.

Scripta cartola per me Constantinum a supradictis promissoris & consencientes sicut superius legitur post roborata ut scribitur & tradita compleui & dedi.

NUM. XXIV.

Dall' Archivio de' Canonici della Chiesa Bolognese.

An. 946. 28. Aprile.

Aimerico Marchese, e Franca sua Moglie donano alla Chiesa Bolognese i lor beni ne' territorj di Bologna, e di Modena.

Exemplar antiquissimi instrumenti factum anno Domini millesimo centesimo septuagesimo nono imperante Fridericus Romanorum Imperator semper Augustus Idus Februarii Ind. duodecima.

In nomine patris & filii & Spiritus Sancti. Pontificatus Domini nostri agapito anno primo summa & uniuersali pape in apostolica sacratissima beati Petri Apostoli Domini sede sitque imperante Dominis nostris Ugo & Lothario filius ejus anno quintodecimo & decimo die mensis Setembrio per indicionem quarta decima bononie. Profitens profitemur nos quidem in Dei nomine aimericus gloriosissimus Marchio & Franca gloriosissima femina jugalibus pro remedio animas nostras parentum nostrorum omnium defunctorum qui in eterna beatitudine consortio justorum participandi habeamus petenda redemptione perpetua eterni seculi. Ideoque tradimus & offerimus in Sancta Canonica sagrasancte bon. ecclesie sancta religione consorti eorum apparenda cotidie missas & diuina officia . . . . canenda per omniumque fidelium defunctorum idest adauctas a presenti die omnia rebus nobis leibus pertin. in terra bon. uel motin. pago persiceta & saltus plano uocatum per loca uocauola subtus scripta cod est curte caldalaria cum suis fundoris duodecim a se pertinentibus prato mercuti carataldi castellione de siano rocauame spesia casale marciano riua gratiniano allianello casala siluatella. simulque silua tauriana cum nouem fundoris suis. seu silua majore cum duodecim fundoris suis sicque codotio & riuole seo caliano & curte tanaria cum duodecim fundoris suos atque ducentola cum octo fundoris suis seu bruntaniticus simulque fundo argele & curte gunsiolini sitqne casa de sorbo suo curtile & ponte majore seo ponte uiadonica posto uano sitque susiaticus & lilionitecus seo turpiolini atque cudagnito. seo uillagotica cum duo-

duodecim fundoris suis prunario frinatiolo casa mobila campo aucario casale androano britisia galliano luco lama fundore quarto bronito taulita una & silua alta atque silua bella fundo muntiaticus casola casole in fundum casale rosalisi & ceruanitica excepto mansos tres in Sancta motin. . . ecclesia plebe Sancti Martini. ipsa infrascriptas res ... omnia comisimus in suprascripta sagrosancta canonica Sancte bonn. ecclesie cum omnibus suis pertinenciis & cum omnibus appenditiis seo juribus generaliter uel specialiter pertinentibus uel adjacentibus constituta territorio bonn. siue motin. pago perseisita & Saltus plano possidentes uel rejacentes per scripta loca uocauola una terris uineis campis pratis pascois siluis saltibus sationabilibus aquis riuis riuolis aquis fluentibus & stantibus paludibus piscationibus uenationibus occupationibus jura fluuiorum atque . . . . usus puteonem dooxilibus seo arbustis arboribus pomiferis froctiferis & infroctiferis diuersique generibus & cum omnia ad easdem suprascripta res generaliter uel specialiter pertinentibus uel adjacentibus. cod sunt per apodismo per suprascripta loca uocauola mansos duomilia. & si de suprascriptis rebus de plus inuente fuerint in .... hac cartola consistere uolumus in jura & dominia suprascripte sagrosancte bon. ecclesie beati Petri Apostoli domini principatus licentia auctas suprascripta Sacrosancta Ecclesia ad eundi tenendum in perpetuis temporibus possidere. promittimus nos simulque ereditas nostras ad omnia scriptas res anctorizandi defensioni. ne si nos scripto Aimerico gloriosiss. Marchio & franca inclita femina jugalibus siue hereditas nostras contra suscripta sacrosancta ueneranda ecclesia catholica ortodoxa fidei imbuta uel contra yconomum uel quiuis amministratorem ejus ductori promisimus pena auri optimi mancosos duodecim & cartola quam repromisimus firma & inconuulsa permanead cum enixa stipulatione & obligatione. unam uero cartola adriano tabellio scriuere rogauimus & in coram testibus obtulimus rouoranda. bononie.

✠ Ego Americus Marchio hac cartola tradidi in Sancta bonon. ecclesia de suprascriptis fundoris & de suprascriptis casalibus seo de suprascriptis castris & uillis atque siluis & paludibus & testibus a me rogatis obtuli rouoranda.

✠ Signum de manibus suprascripta franca jugalibus que cartola contradidi & testibus a me rogatis obtuli rouoranda.

✠ Ego Leo tabellio rogatus me teste scriuiui.

✠ Ego Damianus rogatus testis subscripsi.

Notitia testium juliano da maria. mercurio filio dominici totila de prunario. Januario delilionitecus. Stephanus filius petri.

Ego Johannes com. bon. tabellio ad audiendum & legendum antiquissimum instrumentum & hoc nouum exemplar ejusdem instrumenti interfui & testis rogatus subscripsi.

Ego Guido com. bonon. not. ad audiendum & legendum antiquissimum instrumentum & hoc nouum exemplar ejusdem instrumenti interfui & testis rogatus subscripsi.

Ego tettacapra Dei gratia not. ad audiendum antiquissimum instrumentum & hoc nouum exemplar ejusdem instrumenti interfui & testis rogatus subscripsi.

Ego ugo not. ad audiendum hoc antiquissimum instrumentum & hoc nouum exemplar ejusdem instrumenti interfui & testis rogatus subscripsi.

Dominus Guido perticonis. & rolandus arduini nepos ejus. & Dominus Rolandus rodulfi de guarino & galicianus judex cum predictis tabellionibus ad audiendum uetus & hoc nouum exemplar ejusdem ueteris instrumenti interfuerant & ejus rei testes rogati sunt.

Ego Lambertus com. bon. not. interfui ..... quod uidi in antiquissimo instrumento & diligenter inspexi ita exemplaui & sic scripsi & subscripsi.

NUM. XXV.

Dall' Archivio de' Canonici della Chiesa Modenése.
Secol. X. num. 12.

An. 963. 12. Settembre.

Ottóne I. Imperatore dona alla Chiesa Modenése i beni, che Guido Marchese e Corrádo detto Conóne figli di Berengário, e Willa Regina acquistarono nel Contado di Bologna, Módena, e Réggio.

In nomine Sancte & individue Trinitatis Otho divina ordinante Clementia Imperator Augustus. Si nobis deuote famulantibus benefitia nostre Clementie largimur fideliores eos nobis fore non dubitamus. Quocirca omnium Fidelium Sancte Dei Ecclesie nostrorumque presentium scilicet & futurorum nouerit Uniuersitas qualiter Nos consultu ac interuentu Adeleide dilecte conjugis nostre Regnorumque nostrorum Consortis per hujus nostri Precepti paginam proprietario jure concedimus seu donamus Widoni Venerabili Episcopo dilectoque nostro fideli summoque Regnorum nostrorum Consiliario omnes proprietates uel res que per qualiacumque Instrumenta Cartarum obuenerunt Widoni quondam Marchioni seu Corado qui & Cono dicitur filiis Berengarii seu Ville ipsius Berengarii Uxoris eorumque Matris tum in Comitatu Mutinensi seu Boloniense una cum Terris Aquis Mansionibus Campis Pratis Pascuis Siluis Vineis Salectis Sactionibus Aquis aquarum decursibus Molendinis piscationibus uenationibus Montibus Alpibus Vallibus Planiciebus Seruis & Ancillis Mobilibus & Immobilibus rebus omnia & ex omnibus in integrum pretaxato Venerabili Episcopo Widoni dilecto no-

nostro fideli donamus atque largimur & ex nostro Jure & Dominio in ejus Jus & Dominium omnino transfundimus ac delegamus ut Jure proprietario habeat teneat firmiterque possideat habeatque potestatem tenendi donandi uendendi commotandi pro Anima judicandi uel quicquid ejus animus exinde decreuerit faciendi omnium contradictione remota etsi de ipsis acquisirionibus infra Comitatum Regiensem inuenire poterit in hac nostra donatione permaneat. Concedimus etiam ut in qualicumque Persona de ipsis Instrumentis Cartarum inuenire poterit & reddere noluerit aut sacramento firmet quod ipsas firmitates non haboisset aut centum Mancosos auri componat. Precipientes denique jubemus ut si illi necesse fuerit a Comite seu nostro Misso uel a reliquis Exactoribus Reipublice inquisitio ei concedatur ac si de rebus Juris regni nostri per quam inqoisitionem ipse predictus Episcopus ipsas res acquirere possit. Si quis igitur hujus nostre auctoritatis seu donationis precepta confringere uel uiolare temptauerit sciat se compositurum auri optimi libras triginta medietatem kamere nostre & medietatem prefato Episcopo Widoni uel cui ipse dederit aut habere statuerit. Quod ut uerius credatur & diligentius ab omnibus obseruetur jussimus inde hoc presens preceptum conscribi manuque propria roborantes anulo nostro in calce sigillari jussimus.

Signum [monogram] Domni Othonis Magni & Inuictissimi Imperatoris Augusti.

Liutgerius Cancellarius ad uicem Widonis Episcopi & Archicancellarii recognoui & subscripsi.

Data II. Idus Septembris Anno Dominice Incarnationis MCCCCLXIII. Indictione Septima Anno Imperii magni Othonis Imperatoris Augusti Secundo. Actum in Monteferetri ad petram Sancti Leonis.

NUM. XXVI.

Dall' Archivio de' Canonici della Chiesa Bolognese Filza I. num. 2.

An. 967. 14. Aprile.

Giovanni decimoterzo Papa conferma alla Chiesa Bolognese le immunità accordategli da Leône Quinto.

Joannes Episcopos Servus Servorum Dei.

Cum ego Joannes Sancte & Apostolice Romane Ecclesie XIII. Papa residerem in Rauennate Ciuitate una cum meis & Italicis Episcopis adfuerunt presentie nostre religiosi presbyteri & Diaconi S. Bononiensis Ecclesie ac pro uniuerso clero canonice congregationis humo prostrati nostros osculan-

lantes pedes optulerunt epistolam tuitionis Sanct. rec. Domini Leonis V. Pape ut nullam donationem uel redditum publicum facerent unde compuncti diuina misericordia ad eorum petitionem commodauimus sensum & ideo a presenti decima indictione omnibus Ducibus marchionibus comitibus judicibusque & uniuerso populo a magno usque ad paruum in Bononiensi oppido commorantibus dilectis fidelibus nostris notum esse uolumus ut omnes Bononiensis Ecclesie filii id est Sacerdotes & leuite seu cunctus clerus ingesserunt nostro Apostolatui uim ac uiolentiam perpeti in suis facultatibus & rebus & possessionibus & publico ab illis exigi seruitia tam in ecclesiasticis quam in suis mobilibus & immobilibus substantiis. Quod contra omnium statuta Sanctorum Patrum & canonicam auctoritatem esse cerneretur. Quare illorum calamitatibus condolentes per has nostras literas omnino interdicimus & prohibemus eorum nihil ab eis uel successoribus illorum exigi ab aliqua magna paruaque persona que illis jure & legaliter competunt. Insuper interdicimus ut nec portaticum neque ripaticum aut teloneum siue ostaticum neque paratam uel Sacramentum quod dici nefas est faciant. Sed sine aliquorum hominum publicas ibi gerentium actiones perturbatione atque molestia persistere securi quietique nullam sustinentes uiolentiam in suis facultatibus uel omnibus rebus tam mobilibus quam immobilibus tam de suis propriis quam etiam de ecclesiasticis. Sed in Deo seruitio & laudibus quieti & pacifici perseuerent quatenus pro nobis & cuncto populo Christiano securi Dominum quotidie exorent. Datum XVIII. Kalend. Maji Pontificatus nostri anno II. Othonis Imperatoris an. IV. Indict. suprascripta.

NUM. XXVII.

Dall' Archivio de' Canonici della Chiesa Bolognese Filza I. num. 4.

An. 969. 28. Aprile.

Ottône I. Imperatore conferma ed aumenta alla Chiesa Bolognese gli antichi possedimenti, ed immunità.

In nomine Sancte & indiuidue trinitatis. Otto diuina fauente Clementia Imperator Augustus. Condecet culmen imperii nostri juxta modum predecessorum dominorum Imperatorum omnibus Imperialem aulam querentibus humiliter ex ipsa presidium saluberrimum exhibere & nostre eos munificentie beneficio subleuare. Idcirco omnium Sancte Dei Ecclesie fidelium nostrorum scilicet presentium ac futurorum nouerit industria quoniam interuentu presbiterorum Sancte bonon. ecclesie scilicet Petri aliisque Petri Joannis & Bonizonis qui nobis in exercitu militie seruierunt cunctum Clerum

&...

& ..... jam dicte Sancte bonon. ecclesie cum omnibus rebus & possessionibus eorum per singula loca & territoria constitutis seu cum liberis hominibus seruis & ancillis utriusque sexus uel libellariis seu residentibus diuersisque familiis per hoc nostrum regale preceptum sub nostra successorumque nostrorum defensione saluantes recepimus confirmantes uidelicet eis omne conquisitum eorum tam in terris & uineis quam in diuersis speciminibus domibus atque possessionibus per singula ut diximus loca & territoria undecumque illis per quecumque modum uel titulum aduenisse noscuntur uel in antea adquisierunt. siue etiam concedimus atque confirmamus generaliter predictis omnibus canonicis Sancte bonon. ecclesie inlibata absqoe alicujus contraditione quidquid condonatum uel concessum fuit illis uel canonice corum ab eorum episcopis aut a quibuslibet Deum timentibus hominibus tam in curtibus quam in Villis seu massariciis seu libellariis nec non etiam in quibuscumqoe concessionibus siue per preceptum uel per aliquod concessionis titulum possidere. Nec non & concedimus illis per hanc nostri precepti uel concessionis paginam portaticum telloneum ripaticum paratam & obstaticum & absque aliqua publica functione quiete uiuere sub hoc nostro diuali precepto & concessione ut Deo sanctisque omnibus pro stabilitate nostri imperii preces incessanter fundant. Precipiendo quoque jubemus ut nullus judiciarie potestatis dux marchio comes sculdascius locopositus aut quislibet publicus exactor neque aliqua persona oniuscujusque ordinis aut dignitatis parua uel magna persona in rebus ipsius canonice placitum tenere neque in domibus eorum aliquid mansionatici facere neque homines eorum cujuscumque ordinis clericos uel Laicos liberos conduticios libellarios ac cartulatos uel super terram ipsorum residentes neque seruos uel ancillas utriusque sexus ad placitum ..... tollere aut molestare uel flagellare presumat ..... is canonicis Sancte bonon. Ecclesie suorumque successoribus omnibus rebus & familiis eorum eorumque .... omni tempore sub tuitionis nostre munimine quiete .... tocius potestatis inquietudine permanere. Si quis autem temerarius contra hoc nostre confirmationis concessionis ac tuicionis preceptum ire temptauerit ..... molestacionem inferre aliquando presumpserit & que superius scripta sunt non obseruauerit sciat se depositurum auri obtimi libras centum medietatem paladio nostro & medietatem predictis canonicis suisque successoribus & ut ab omnibus uerius credatur diligentiusque obseruetur anulo nostro in calce jussimus sigillari.

Signum Domioi Ottonis (monogram) inuictissimi Imperatoris

Ambrosius cancellarius ad uicem Uberti episcopi & Archicancellarii recognoui & scripsi.

Data IIII. Kal. mai anno Dominice incarnationis DCCCCLXVIIII. Ind.

Ind. XII. Imperii uero Domini Octonis piissimi Cesaris VIII. actum in Appulia inter duas ciuitates asculum & biuinum feliciter.

NUM. XXVIII.

Dal Murat. Antiq. medii ævi T. II. Diss. XXI. pag. 221.

An. 969. 30. Giugno.

Esame di testimonj sulla controversia fra Bolognési, e Modenési per lo confine dei due Vescovadi.

In nomine Domini Dei eterni. Octo gratia Dei Imperator Augustus Anno Imperii ejus in Dei nomine hic in Italia Octauo & die Pridie Kalendas Julii Indictione XII. Cum Domnus Octo Imperator Augustus in Legatione sui imperii in Comitatu Mutine resideret altercatio facta est ante eum inter Bononienses & Mutinenses de confinibus & terminis Episcopatus eorum.

In primis Vitalianus dixit: sicut sum monitus ab anticos homines inter Mutinam & Bononiam esse fines dico uel assero alpe que dicitur Capotauri de Capotauri in loco qui dicitur Androna de Androna ad terminum qui dicitur Cimbrianum de Cimbriano ad terminum qui dicitur ad Priuatum deinde descendit per Alpem maximam inde per termine Mauri de termine Mauri ad terminum qui sunt ad Roncolamelli de termino Roncolamelli ad saxo Mulare. Et dum haberet infra termines Semelanensis uel Petilianensis. Sic dixerunt. Vitalianus Martia de terminis quod uos dicitis inter Semelanensem uel Petilianensem fines descendere aut esse non ero testis. Sed de terminis qui sunt inter Bononiam & Mutinam testis sum. Deinde descenditur per Prato Barati. Lupizenus germanus dixit. Monitus sum a genitore meo quod Alpem qui uocatur Capotauri finis esse inter Mutinam & Bononiam. Deinde termini qui dicitur ad Andronam descendente ad locum qui dicitur Cimbrianum: de Cimbriano ad terminum qui uocatur Priuato inde descendente per Alpem maximam. deinde ad terminum Mauri inde ad terminum qui sunt a Roncolamelli. deinde ad termine Saxomolare. Et monitus sum quod ipse finem inter Mutinam & Bononiam descendit per Prata Barati. Caluentius & Brencius similiter dixerunt qualiter suprascripti Vitalianus & Lupezenus. Petrus germanus similiter dixit. Bonelo de Vicheleto similiter dixit. Petro de Ferimiano similiter dixit. Mauro Blanceri & Lupicenus Marcienensis dixit. Idem equaliter dixerunt homines commanentes in Villa Semelano de jam dictis terminis. In primis Dalterius dixit. Monitus sum a Vitaliano Manco qui fuit Auum meum quod finis esse inter Mutinam & Bononiam Alpis qui dicitur Capotauri inde descendit ad terminum in Androna. deinde ad termine in Cimbriano inde ad terminem

minem ad Priuato usque ad Alpem maximam inde per termine Mauri deinde ad terminum Roncolamelli usque ad termine Saxomulare. deinde ad termine qui est a Funtana Langobardorum. deinde ad termine qui est in Valle Griffonaria inde in Aquarugiolo usque in Trazarola. deinde ad termine Dapuelli usque in Monte Paruialinense. deinde ad termine in Vitecta. deinde ad termine ad Clusa habeant intentionem Semelanensis & Pitalianensi inter se. De finibus suis sicut dixit suprascriptus Vitalianus Martia commanente in Pitiliano de finibus istis quod dicitis inter uos testis non ero ut supra legitur sed inter Mutinam & Bononiam testis sum & percurunt recto tramite usque in Prato Barati. deinde in Petrafi&ta inde ad Petram in Castaniolo. deinde ad termine qui est fictus super Basilica Sancti Johannis. Justinianus de Mumutiano dixit. Sic sum monitus de Lumello Marso uel Vitaliano Manco & Vitaliano Bicono uel Gondelia de Miciano qui omnes suprascriptos fines desegnatos Semelanensi similiter dixerunt qualiter & Claterius. Johannes Gontarci dixit. Sic sum monitus de suprascriptos homines antiquos quod per terminos qui sunt a Saxomulare inde per termini a Funtana Langobardorum usque in Valle Griffonaria & termines in Quarojolo & termines in Trajarola & termines in Capudi inde ad termines in Monte Peruilianense usque in Vitecta inde finem ad Clusam sicut esse finis inter Mutinam & Bononiam. Gutus. Marinus Maunciani. Williarinus Magistri Gustilla. Stephano Juliareni. Lupicenus Matrone. Johannis & Sergius de Mociano. Martianus Cara. Lupicenus Rosomellitum isti omnes similiter testes fuerunt item qualiter dixerunt homines Montebellienses. In primis Dominicus de Forticiano dixit. Admonitus fui quando Martinus fecit mandutare Clusiam & sic dixit nobis ut ipsas lignas quod Capelantius super istis a Petra po.... olim sicut fecimus qui dixit nobis si aliqua requisitio fuerit hic est finis inter Mutinam & Bononiam. Testes similiter interfuerunt Ursus Georgii. Petrus de Juniano. Vulliarinus de Castro. Petrus de Veturiano. Lupizenus Mauri. Justinus Douilia. Maurus Carosi. Blanco de Papuniano.

Actum est in Curia Domni Ottonis Imperatoris feliciter.

Egsiluerdus Notatius jussione Domni Imperatoris scripsi & corroboratam compleui.

Ego Degoldeus Sacri Palatii hoc exemplum ex authentico ut uidi legi & cognoui nil addens neque minuens preter forte literam uel sillabam plus uel minus & sicut in eo continebatur scripsi.

NUM. XXIX.

Dall' Archiv. Arcivesc. di Ravenna Caps. I. num. 4480.

An. 970. 6.....

Eccilése Conte, e messo d' Impero assolve gli uomini d' alcune terre sul Ferrarése spettanti alla Chiesa Ravennate dalle pretese di Liúzo Conte di Ferrára.

In nomine Patris & Filii & spiritus Sancti. Anno Deo propicio Pontificatus Domini Johannis summi Pontificis & Uniuersalis Pape in Apostolica Sacratissima Beati Petri Sede Quincto sicque Imperante Domino perpetuo Augusto Ottone a Deo Coronato pacifico Magno Imperatore Anno regni pietatis ejus in Italia uero nono & Domno Ottone item a Deo coronato Imperatore ejus filio anno tercio die sexto Mensis .... Indictione Terciadecima .... Ferrariensi. Dum resideret in judicio & in generali placito Domnus Hecciço (*) Commes Missus & Missus Imperialis simulque cum eo Leucio Episcopus Sancte Cremonensis Ecclesie in mansione pedeplana .... que est posita in ipsius Burgo Ferrariensis singullorum hominum justicias faciendas & altercationes deliberandas residentibus & astantibus cum eis maxima pars Populi multitudo bone opinionis & laudabilis fame pariter eorum nomina notantur. Idest in primis Dominus Petrus Archiepiscopus Sancte Rauennatis Ecclesie. Adelbertus Episcopus Bononiensis. Ubertus Episcopus Liuiensis. Johannes Episcopus Commeclensis. Leo Episcopus Ferrariensis & cum eis resedebant Dominus Paulus dictus de Ciuitate Rauenna. Dudo Sarxenas. Dudunus .... Ferrariensis & Johannes dictus... Ciues Ferrarienses. Aldo Judex Sacri Palatii. Guarino & filio supradicto Guarino. Gerardus & Arardus Sigizonis Comitis .... germanis Ducibus. Romualdo .... dreas de Ammabilis. Deusdedit de Ponte Augusti. Petrus Consul qui uocatur de Gregorius. Antoninus qui uocatur Acius. Leo qui uocatur de Andrea qui dicitur filio Seueri. Ursus Datiuo germanis Ducibus .... abodo & alio Petrus Tabellius de Ferraria. Petrus filio Romanus Consulis quod uocatur de Teudo. Johannes Judice de Caput Sandali & alio Johannes qui uocatur de Arduino. Johannes qui uocatur Russo .... qui uocatur de Brasida. Petrus de Rainfredus. Martinus qui uocatur Preconario & me presente Dominicus Tabellius .... de Ciuitate Rauenn. & aliis & ceteris in nostrorum istorum hominum presentia .... tus est supradictus Liucio Episcopus Cremonensis Ecclesie da parte pro Comitato Ferrariense aduersus predictus Dominus Petrus Archiepiscopus Sancte Rauennatis Ecclesie dicens ei. quero tibi commodo abet & detinet Harimanni habitatoribus in locis que uocantur Casolo & Tam-

(*) *For. leg.* Heccilo.

Tammara & da Caput Sandali usque ic Feraria seu & Arimanni quod abuerant in Castro Ficariole uel infra ipsa Plebe Sancte Marie que uocatur Trenta uenire custodire debeat & ipsum seruicium uel ipsam ministrationem quam ad meis antecessoribus qui istum Comitatum Ferrariense detinuerunt fecerunt & uos mihi aliis .... dictis. Ad hec respondens supradictus Dominus Petrus Archiepiscopus dicens ad eum de ipsis hominibus qui uos dicitis ad Casalo & Tamara & de omnibus aliis meis Colonis & residentibus habitatoribus in rebus quod est juris Sancte nostre Rauennatis Ecclesie ego de illis habeo contenciones Domni Apostolici quas mihi continent Domni Marini Sanctissimi Pape & Domni Agapiti & Johannis seu Leonis nec non modo postea supradicto Domno Johannes Sanctissimo Apostolico & michi exinde confirmauit Domno Ottones Rex quando in Italia ingressus est & postea illum coronatus fuit similiter illum per suum Preceptum alia uice confirmauit ut nullus meus residentes habitatoribus sancte nostre Rauennatis Ecclesie nec liberos nec seruos ad nullius alius placitum perpetere debeat neque per nullam ministracionem publicam facere nec tibi supradicto Liucio Episcopus neque ad istu tuum Commitatum Ferrariense neque ad ullam aliam districcionem nisi ad meum placitum tam illi uenire debeat & in mea districionem stare secundum meam contencionem & confirmacionem qui mihi concessa sunt. & eciam tu ipso Liucio Episcopus in eodem placito fuistis quando meo senior Ottonem Imperatorem placitum uenit detinere ad Sanctum Georggius & ego ilis per legem uincere uiso fuit & in ipsa noticias quem exinde abere uiso sum inibi scribere uiso fuistis. Hec audiente supradicto Domino Heccico Missus & Missus imperialis jussit ad supradictum Dom. Archiepiscopus ipsas suas preceptosas & suas confirmacionem quem exinde dicebant abere coram suam presenciam ostendere & relegere fecisse quia ipso Domno Misso diligenter uolebant ipsas suas sponsionem audire. statimque hec audiente Dominus Petrus Archiepiscopus jussit & constituit & suum Missum nomine Sergius Presbiterum Sancte Rauennatis Ecclesie & direxit illum usque in Ciuitatem Rauen. pro ipsas scriptionem aducendum. Que ita factum est. In die autem tertio seu & stante ipso Dominus imperialis Misso de Ciuitate Ferrariense uenit in Vico qui uocatur Caput Sandali resedente in placito in Mansione de Guilterio propter definicionem faciendam unde altercacionem abebat supradicti Johannes Euangelista cum Guarino de Ferraria & cum illo semdebat Dominus Paulus dictus de Ciuitate Rauenne & Guarino de Ferraria & Guarino filio suo. Romualdus Dux. Adelbertus & Sergius Germani seu Romualdus filius supradicto Sergius Dux. Petrus Subdiaconus Sancte Rauennatis Ecclesie & filius quondam Joannis Ducis. Paulus de Acio. Andreas de Amabilis. Deusdedit de Ponte Augusti. Petrus consul de Gregorius de Ferraria. Leo de Andreas Dominicus qui uocatur Sitignioso. Johannes de Arduino .... & Leo

G 2 qui

qui uocatur Liucio germani. Gualt.... Johannes Judice de ipso loco qui uocatur caput Sandali. Dominicus qui uocatur Gutto seu & aliis ceteris que longum est ad scribendum & .... constitutus supradicto Domino Petro Sanctissimo Archiepiscopus & apresentauit suas preceptosas & confirmacionem in eodem placito qui superius dictum est & ipso Dominus misso reglegere jussit & uolens eum ..... que relecte sunt in eodem Placito per Georgium Presbiter & Notarius Sancte Rauennatis Ecclesie & in ipsa preceptosas Domni Apostolicis & confirmacionem Domini Johannis relegebaut .... sidentes in rebus Sancte Rauennatis Ecclesie ad nullius placitum publicum ire debeant neque nullam ministracionem plubica facere nisi ad Pontifex Sancte Rauennatis Ecclesie in perpetuum stare & permanere .... perlecte fuissent statim pro ipso Domino Misso dixit quia istam contencionem & confirmacionem bone sunt & in perpetuum debeant permanere & ipso Dominus Paulus dictus simmiliter cepit .... dare & dicere judicamus nos ut ipsas preceptosas que Domni Apostolicis constituerunt & priuilegii Domino Imperatore confirmauerunt in suprascriptam uestram Sanctam Rauennatem Ecclesiam & stabilissimas permaneat de quantacumque inibi relegitur ad jura & dominium Sancte Rauennatis Ecclesie.

✠ Adelbertus Episcopus Boloniensi in hoc diudicatum subscripsi.

✠ Ubertus Episcopus Liuiensis in hoc diudicatum subscripsi.

✠ Johannes Episcopus Corneliensis in hoc diudicatum subscripsi.

✠ Leo Episcopus Ferrariensi hin hoc diudicatum subscripsi.

✠ Sergius Presbiter Sancte Rauennatis Ecclesie in hoc diudicatum subscripsi.

✠ Georgius Presbyter Notarius Sancte Rauennatis Ecclesie in hoc diudicatum subscripsi.

NUM. XXX.

Dall' Archivio Arcivesc. di Ravenna.

An. 972. 9. Settembre.

Oneste Arcivescovo di Ravenna investe Pietro, e Lamberto figli di Giovanni, e Nipoti di Pietro Duca, e Marchese di Massa de' Ronci, e del Poggio nel Territorio Bolognese.

In nomine Patris & filii & Spiritus Sancti. anno deo propicio pontificatus Domini Johannis summi pontificis & uniuersalis pape in apostolica sacratiss. beati petri sede septimo sitque imperante Domino Ottone magno Imperatore in ytalia anno undecimo sed ..... ottone ejus filio ..... imperante anno quinto die nono mensis Septembri ind. quintadecima. Rauen. domino Sancto & meritis beatissimo atque apostolico patri patrum Domino honesto sacro-

erosanđe Catholice rauennatis ecclesie Archiepiscopo. Nobilissimi uiri petrus & lambertus Germani filii quondam Johannis qui fuit filius quondam petri marchionis seu filiis & nepotibus nostris. facilis impetrandi uia est quotciens beneficia a sanđa' uestra Rau. ecclesia quod juri ejus non noceat postulari. Sed id semper apostulatui uestro ordinare confidimus atque impetramus uti massa que dicitur Rontie que a Ponte uocatur cum tumbis & podio ubi turrem edificata esse uidetur. cum terris campis pratis pascuis siluis salic. sationalibus paludibus fossis & tumbis seu missilonibus uel omnibus ad prediđam massam in integrum pertinentibus. const. territ. bononiensi plebe Sanđi cassiani. in terra fines ab uno latere fluuio qui uoc. isice & jura sanđi Cassiani. ab alio latere jura sanđe Bononiensis ecclesie seu a tercio latere fluuio gabiana & silua que uoc. untelena atque a quarto lat. fossa que dicitur da fine ubi diuiditur in terra caualli dereliđa massa juris sanđe uestre Rau. Ecclesie emphiteoticario modo ecclesiam largiri. nos qui supra nobilissimi uiri petrus & lambertus germani filii quondam Johannes qui fuit filius quondam petri marchionis seu filiis & nepotibus nostris & unus ex nobis germ. sine heredibus mori contigerit. tunc ipsa sua portione dereliđa res cadat uel reuertat ad illum qui superuixerit seu filiis & nepotibus suis donec nos diuinitas in hac luce juss. permanere sub denariorum triginta sex pensione singulis quibusque inditionibus ađoribus sanđe uestre Rau. ecclesie inferre debeamus ea uero conditione prefixa ut retroscriptas res nostris propriis expensis & laboribus laborari defensare & meliorare deo debeamus adjutore. Nichilque de omni expensa quam inibi fuerimus ab ađoribus sanđe nostre Rau. ecclesie in superius a prefixa pens. quoquomodo reputare debeamus. sed .... nominata pensio omnis annual. ut infra ind. ađoribus sanđe uestre rauen. ecclesie persoluere debeamus. quod si in aliqua controuersia inuenti fuerimus & .... de hisque superius a prefixis conditionibus tunc daturi erimus parti sanđe uestre rauen. ecclesie a .... litis exitu aut interpell. pene nomine auri ebrizo uncias tres sed & post transitum nostrum .... orum si quando domino placuerit tociens dička res cum omnibus que inibi a nobis auđa fađa meliorataque fuerint ad jus dominiumque sanđe uestre Rau. ecclesie cujus est proprietas reuertatur .... quam preceptionis nostre paginam georgium not. sanđe uestre Rau. ecclesie scribendum rogauimus in qua nos subscriptiones uidelicet signum Sanđe crucis fecimus testibus a nobis rogatis obtulimus subscribendum. quamque in arciuo sanđe uestre ecclesie sub stipulatione ac sponsione tradidimus recondendam sub die mense & ind. retroscripta quinta decima.

✠ Petrus filio quondam Johannes in hac peticione a me fađa sicut supra & testes scribere rogauit.

✠ Lamberto filio quondam Johannes in ac petitione a me fađa sicut supra & testes scribere rogauit.

Ego

Ego urso de uitaliacola in hac petitione rogatus testis scripsi.
Johannes filius quondam petrus be .... in hac petitione rog. testis scripsi.
Johannes filius quondam Johannis de amizo in ac petitione rog. testis scripsi.

NUM. XXXI.

Dall' Archiv. Arcivesc. di Ravenna.

An. 973. 9. Settembre.

Uberto Vescovo di Parma dimette a Pietro, e Lamberto Bolognesi figli di Giovanni parecchi beni di lor ragione nella Città, e Contado di Bologna.

TEMPORIBUS Domini benedicti apostolici .... ejus in Dei nomine anno primo. Imperante domino Othone piissimo anno VI. die nono Septembr. Actum in loco ubi dicitur Martialia territorio Mutinensi. dum resideret ibidem Honestus euangelicus Sanctissimus Archiepiscopus S. Ravennatis Ecclesie prope fluuium Sicla suptus papiriune ejusdem Archiepiscopi & cum eo etiam residentibus quamque multitudo fulgidaque fama pollentibus tam Romanorum & Longobardorum Episcoporum Ducum Comitum Presbyterorum Diaconorum & aliorum graduum clericorum Judicum Consulum Castaldiorum & aliorum ordinum nobilium inter quos etiam Ubertus Episcopus Parmensis Ecclesie. Ubertus Episcopus Bononiensis. Joannes Episcopus Corneliensis. & Leo Episcopus Ferrariensis Ecclesie .... S. Ariminensis Ecclesie. Adelbertus gratia Dei Comes filius quondam Bonifacii. Petrus Comes filius quondam Seueri Comes. Gerardus & Arardus Germani Comitibus. Lambertus Comes .... Sancti Petri. Marinus Comes Ferrariensis. Ildebrando & Rodulfo ger.... Ariminensis. Petrus & Lambertus germ.... filiis quondam Joanni de Ciuitate Bononia. Paulus judex ex genere Ducis de Ciuitate Rauenna. Petrus judex de Ciuitate Rauenna. Presbyteri .... Diaconi .... Sancte Rauen. Presbyteri .... Diaconi .... Parmen. Ecclesie .... Dux de Trauersaria .... Andrea filius quondam Petri magistri milit. Rodaldo filius Rodaldi Dux magistro militum. Romoaldo filius Sergi. Petrus filius Adelberti. Henricus filius Romoaldi Ducis .... Attelianus & Gerardus germ. Consulibus. Mauritius filius quondam Romano Consule qui uocatur de Theodo .... item Bononien. de monte celeti de Galligata de Bobio. In istorum suprascriptorum presentia orta est lis & magna altercatio inter Petrus & Lambertus germ.... filii suprascripti ..... Ecclesie quo modo suprascriptum Ubertum detinet predia & rebus possessionibusque eorum contra uoluntatem Petri & Lamberto germ. & sic cum illis contendat. Tunc Domnus Honestus sanctissimus ..... quale altercationes audientes una uoce ceperunt dice-

dicere quod bonum & rectum est ut lege inter se definiantur ut inimicitia inibi non adcrescat. suprascripti uero Episcopi & Comiti & Duces atque .... Episcopus Sancte Parmensis clara uoce dixit. Paratus sum hec omnia adimplere & per legem definire sicuti uos commendatis atque sancitis .... suprascriptis Petro & Lamberto germ. hec audien..... ex jure. q. parentum nostrorum jure proprietatis & quam per preceptores & emphiteosim de Sancta Rauennati Ecclesia .... Ubertus Episcopus detinet & contempdit nostra p.... dimus & tu nobis contempdit ante dello Potito in integro & curte Susiano posite subtus pleno jure proprio .... monasterio Sancti Joannis Casa puronia atque & a S. Romam.... Sancti Martini ibi edificata cum suis pertinenciis & massa silicesse cum Oratorio Sancti Angeli atque fundum Olmitula .... & in fundo Ruda similiter jure .... & in quarto similiter super fluuio Rheno & intro Ciuitate Bononia solas terre cum casis & uacuamentis una cum .... dicitur Melloncello juxta Rapone & .... prefata Sancte Rauennatis Ecclesie & de monasterio Sancti Joannis Casa pateria .... uerum etiam e de Sancte Romane Ecclesie & aliis rebus circo circa Bononia uel ubi .... quam nobis pertinentibus proprio quamque & de condi .... Domnus Domnus Ubertus Episcopus Sancte Parmen. Ecclesie respondit pariter cum suo auocatore nomine Ingelfredus .... quondam Benedicti de Vallaria de ipsis prediis & curte & capellis cum omnibus eorum pertinentiis .... Unde uos aduersum nos conueniitis nos etiam contemptimus & habemus pro inuestituris magnis Othonis Imp.... & dictum audiuimus quod pertinent suprascripte res qualiter supradictum nostre Parmensis Ecclesie ante presentiam Imp. unde reclamauimus & per ejus jussionem indi inuestiti fuimus unde nunc modo sum .... quia nullam scriptionem inde habemus nec ullum directum inde reperire potuimus nec nihil nostre Parmensis Ecclesie attinet nec nos sed uestra justitia est ad habendum uos & uestris heredibus & si ullum umquam in tempore ego Ubertus Episcopus ..... successoribus aliquam scriptionem ostenderit uel hec ex parte nostre Ecclesie & uacua & inter scedula & falsa computetur & nullum in se habeat uigorem uel firmitatem .... utrumque spopondisse suprascripta Ubertus Episcopus Parmensis Ecclesie pariter cum suo auocatore in aliquo tempore illo uel sui successoris aliqua molestia inde fecerit uel altercauerit uel inuestitionem ille facere uoluerit uel instru.... quot inde monstrauerit tunc daturo se promisit a suprascriptis Petrus & Lambertus Germano uel ad eorom heredibus argenti libras centum & omnes istas suprascriptas res in duplum restituere scilicet suprascripto. Paulo Judex & Petrus item Judex de Ciuitate Rauenne prudenter sanxerunt secundum manifestationem atque sponsionem judicamus eidem Uberti Episcopi manere in ipsa sponsione & de ipsis omnibus rebus & possessionibus & curtis seu prediis & capellis & omnibus predictis rebus tacito & contempto sibi suisque successoribus esse & per-

permanere & ipsis Petrus & Lambertus Germ. quiete & pacifice ipsi & heredibus illorum habere & possidere in perpetuum. Tunc Senatus & populi multitudo qui Inibi aderant laudauerunt quod rectum & judicatum & definitum est. Hoc factum est sub die mense Indict. suprascripta secunda. Territorio Mutinense in loco ubi dicitur Martialia.

Honestus Christo auxiliante Sancte Rauennatis Ecclesie Archiepiscopus huic ut preiaxatum est notitie consensi & subscripsi. Joannes Episcopus Sancte Cornelien. Ecclesie in hac notitia sicut judicatum est interfui & subscripsi. Joannes Archidiaconus Bononien. Joannes Diaconus & uest. Joannes presbyter Bononien. Petrus presbyter Bonon..... presbyter Bonon. Petrus exiguus presbyter Bononien. Adelbertus Comes & Arardus Comes. Paulus Deo annuente datiuo ex genere Ducis ut superius judicaui. Petrus diuina gratia datiuo ut supl. interfui & Asprandus Judex sacri palatii. Angelottus Judex sacri palatii. Theupertus Judex sacri palatii & alii plures.

NUM. XXXII.

Dalla Bibliot. dell' Instituto delle Scienze di Bologna.
Monum. Eccles. T. XXVII. num. 8.

An. 973.

Uberto Vescovo di Parma dimette alla Chiesa Bolognése parecchie terre presso Bologna, e riceve a compenso la Pieve di Montevéglio con poche vigne.

In nomine Sancte & indiuidue trinitatis anno dominice incarnationis DCCCCLXXIII. apostolatus domini benedicti primo. Imperii uero domini Othonis octauo pontificatus Domini honesti Rauennatis metropolitani III. dum ab eodem sacrosancto Honesto Archiepiscopo suisque suffraganeis scil. Johanne episcopo Corneliensi. Gerardo epis. Fauentino. Odone Cesinate. Alberto Bononiensi. Uberto Parmensi. Sigulfo Placentino in Capella juris Sancte Parmensis Ecclesie in loco marzalia sita ad honorem uocabulumque Sancte Marie dedicata Sancta Synodus de quibusdam necessariis ac utilibus regni ecclesiarum status rebus habita coleretur peruentum est ut Albertus episcopus Bononiensis in medio illorum assurgens inopiam sui episcopii adeo conquestus est quatenus suarum ecclesiarum sarta tecta Clericorum pauperumue sumptibus necessaria suppeditare nullatenus ualeret. inter ceteras denique sue inopie angustias quedam loca juxta bononiam sita ab Uberto Parmensi episcopo tum temporis detenta juris sue ecclesie uidelicet bononiensis esse penitus conclamabat. Cujus quidem incessabilibus querelis prelibatus D. Archiepiscopus commotus Ubertum Parmensem episcopum omni affectione quid ad eum predicta loca pertinerent discussit. Tunc demum prefatus Ubertus episco-

episcopus eadem loca sue sancte Parmensis Ecclesie sibique quarumdam scriptionum titulo ex quorumdam predecessorum suorum episcoporum parte deuenisse professus est. Eniuero Dominus Archiepisc.... Uberto Episcopo suggesserunt quatenus predicti amore presentiaque Domini Metropolitani suorumque sociorum & fratrum predictum bononiensem Episcopum non jure fori uentilaret sed potius illius episcopio diligentiam adhibens res omnes illas de quibus super eum hactenus querebatur bononiensi Ecclesie ipsique Alberto Episcopo legaliter refutaret. & ut ille Uberto Episcopo sueque parmensi Ecclesie ob hoc proprietario jure plebem Sancte Marie de montebellio concederet & in duobus locis tomaturas uinearum xxx. uidelicet in primo loco juxta monasterium S. Isaye uineam unam que tribus uiis publicis circumdatur quarto latere coheret terra gausipice alteram uero prope monasterium Sancti Johannis sitam que similiter tribus uiis publicis circumdatur quarto latere coheret terra quam detinet dominicus fil. petri britonis nec non & terrulam jugetum decem in finibus ipsius parmensis episcopii jacentem molendinumque cum fullone pariter inter se habentem unanimiter omnes decreuerunt. Quorum quidem consultibus ambo tam Ubertus parmensis episcopus quamque Albertus bononiensis acquiescentes prout prescriptum est alternatim unum alteri in eorum presentia concessit. Sicque in eadem Synodo Sancta definitum est ut posthae a nemine illorum suorumque successorum replicetur. Sin autem quispiam illorum deinceps temerario ausu hanc canonicam synodalemque censuram transgredi quoquo modo tentauerit tam Ubertus episc. quam Albertus suique etiam successores decreuit Sancta Synodus libras centum auri ut uiolator injuriam patienti componat. hec tamen decreti pagina in suo uigore consistat. itaque pari consensu tam Dominus Archiepisc. quamque omnes pretaxati episcopi sanxerunt quatenus hec synodalis institutio in perpetuum inconcussa permaneat. & ut ab omnibus presentibus & futuris firmius obseruetur huic supscripserunt.

Honestus dei nutu Sancte Rauen. Ecclesie Metropolitanus Archiep. huic definitioni interfui definiens annui & supscripsi.

Johannes episc. Sancte Corneliensis ecclesie in hac definitione interfui & subscripsi.

Gerardus episcopus Sancte Fauentine ecclesie huic definitioni interfui & suscripsi.

Albertus episc. Sancte bon. ecclesie subscripsi huic definitioni interfui...

NUM. XXXIII.

Dal Codice Trivisando presso il Nob. Sig. Gianbatista Verci Bassanese.

An. 974. 2. Aprile.

Ottone II Imperatore conferma alla Chiesa Patriarcale di Grado gli antichi possedimenti nel territorio d' Aquileja, ed altrove, principalmente in Bologna, e nella Romagna.

In nomine Sancte & indiuidue Trinitatis. Octo diuina clementia imperator Augustus. Dignum est ut Celsitudo imperialis quantum ceteros honores & potestates fastigio antecellit tantum erga omnes pietatis sue munus impendere satagat. Igitur omnium fidelium sancte Dei Ecclesie nostrique presentium scilicet & futurorum comperiat magnitudo qualiter uenerabilis Vitalis Patriarcha Gradensis ubi Beatorum atque Sanctorum ejusdemque uenerabilis loci patriarcarum corpora sedisque Euangeliste Marci ab ipso Deo spirante primum Aquileje Euangelium edita & docta prius Ecclesie, Clero populoque Romano eundem obseruantes Apostolorum principem sedesque Hermachore prefati alumni & ineffabilia innocentorum obsequia commorantur Hiatraiuia nomine mandans honorifice inuisere nostramque presentiam deprecatus per nuncium suum nomine Andreinum est nostram clementiam genitoris nostri preceptum affirmata datum secunda die januarii anno dominice incarnationis nongentesimo sexagesimo septimo imperii uero ejusdem genitoris nostri Domini Octonis inuictissimi Imperatoris sexto Indictione xr. Actum Rome sub Joanne Papa. Ubi nunc omnium inuidorum justitiam in sinodo diuini spiritus precibus predictorum Sanctorum atque Confessoris Pape Gregorii discretione qui lites sanctorum amborum Patriarcarum dissecars Patriarcales concesserat insulas utrisque per missos causa ejusdemque rei Gradensis Joannem Diaconum cognomine dentur & Joannem cognomine Contarenum obeulcauerat ut per eos postmodum confirmationis similis apices de omni quod subtus constat preter id quod inseruimus nostra gratia genitor noster prebuerat. Nos ergo hoc scientes quia obedire santis petitionibus oportet aures nostras pietati accomodare secuti sumus ejusdem uenerabilis Vitalis Patriarche meritorum presagia pia per suum Cappellanum Andreinum nomine & Claro ingeniolo petitiones de eodem Patriarchatu augendo ut inuiolabiliter edictum eternaliter a cunctis obseruetur per renouationem quinimo auctione nostri precepti & ualeat genitoris nostri. Igitur omnium fidelium Sancte Dei Ecclesie nostraque presentium scilicet & futurorum comperiat magnitudo quod prefatus Pattiarcha Sancte predicte Ecclesie Gradensis Metropolitane per predictum Legatum Forojuliensium stimate perductum nostram de-

pre-

precatus est majestatem ut de rebus Patriarchatus sui & Episcoporum suorum que infra ditionem Imperii nostri consistere noscuntur confirmationis nostre preceptum fieri juberemus secundum genitoris nostri ut proprias res quas in Mursiano seu in Galigo seu in Reraur partim in territorio Aquileje & in Marino termino saltem in istria in Tergesto in justinopoli Pirano Ciuitate noua Parentio Raguuio Polla atque in Castello S. Georgii & reliquorum locorum tam infra quam citra seu in Bononia uel in Romania siue in quibuscunque locis infra ditionem Imperii nostri habere uidentur absque cujusdam contrarietate seu refragatione retinere quiuissent. quemadmodum temporibus Caroli predecessoris nostri decretum cum grecis sancitum possidere. Cujus petitionis ut nobis celestis suffragatio copiosior adsit libenter acquiescentes & juste judicantes hos excellentie nostre apices decreuimus fieri per quos precipimus atque jubemus ut nullus in nostro jure degens uel Patriarcha Archiepiscopus Episcopus Prepositus Decanus Vicedecanus Dux Marchio Comes Vicecomes Sculdascius seu aliquis exactor alicujus rei tam clericorum quam laicorum nec nullus judex publicus uel quilibet ex judiciaria potestate in monasteria seu laicos uel in uillas seu predia uel possessiones predicte S. Matris Ecclesie Gradensis ac Episcoporum suorum seu in ecclesias baptismales saltem precipue in plebem primam uel in quibuslibet pagis patriisque & territoriis quod infra ditionem totius nostri Imperii possident uel deinceps in jure ipsius Sancti loci ac episcoporum suorum quolibet more uoluerit diuina pietas augere ad causas judiciali more audiendas uel feuda exigenda uel mansiones uel paratas faciendas nec ullas redibitiones tam justas quam injustas requirendas ingerere aut exactare presumat. Concedimus etiam illi ut Episcopis ejus propter Dei ejusque tantorum Sanctorum patrocinia illic acquiescentium ac ob eum quia tam longe suo munere nos inuisere dignatus est largientes ad elemosinam nostram priuilegium in acquirendis justiciis sicut uniuersalis mater nostra Romana Ecclesia habet in annos legatos ut liceat memorato Venerabili Patriarche ac Episcopis suis & Patriarchatui Episcopatus sui omnia suarum Ecclesiarum mancipia colonos aduenas seruos ac reliquos qui super earum Ecclesiarum terris manent omni jure & ordine judicandi stringendi singulariter habere ut nullus in nostro jure commorantium uel Comitum aliquo tenore audeant commonere aut ad placitum uel ad aliquam stricturam, sed proprium ad dominum eo tempore uiuente sint constringendi uel ad aliquem super eos constitutum & missum ac dominorum suorum aut ipsorum episcoporum eorumque missorum uoluerit. etiam si quem reditum hactenus aliqui eorum locorum terrarum laborantium alicui uel Comiti quocunque modo uel casu aut more pro hoste facienda precipue piranenses dedissent granum scilicet oleum uinum jam ac reliqua nullo modo uoluimus concedant aut id aliquo modo exactate quilibet presumat aut hostem aut donum ab ipsis uel a do-

minis suis aut super ipsis missis inquirendis uel uassallo legato aut quicquid hactenus facere reddere ut modo sed omni jure & tenore ut prediximus sanctorum quorum episcopis tunc degentibus subjacient quod prelibauimus & pro ecclesiarum rebus familiares Coloni uolumus singulariter pro se possint defendere suo Sacramento proprio. Caprenses quidem & Piranenses & ceterorum locorum qui sunt & qui erunt de Patriarchatu ejusdemque Episcopis & illi usque ad centum solidos de suo proprio ualentes aureos concedimus liceat proprio Sacramento juxta ejusdem Regni jus defendere & ipsi in omni dictu & actu in omni suo familiari jure & statu dominentur & subjaceant perpetue a presidentibus tum se locaque sancta. igitur ut nullius inferentis in nostro jure degenti obstaculum uel tergiuersatio contra hos nostre confirmationis apices fiat nescienter negligenterue recapitulando cuncta que hucusque protulimus precipientes imperamus ut quicquid in Ciuitatibus prenominatis ut .... & humano in quibusue territoriis domibus curtibus locis desertis plateis mansionibus fossis stagnis aquis aquarumque decursibus insulis portibus uineis oliuetis molendinis piscationibus siluis uenationibus arbustis salictis carenis saltibus paludibus salinis pratis pascuis ripis rupibus alpibus collibus montibus opificibus campis tam cultis quam incultis mancipiis gazis etiam legibus Gradensis Patriarchatus ejusque Episcopus habere quocunque modo uisum est ac retinere obseruare in nostra ditione omnes commorantes quemadmodum supra retulimus insistant siue sit aut desit unquam preceptum Genitoris nostri etiam si minus aut inepte quidlibet depromens. Et omnino precipueque de aldionibus seruis colonis aduenis habitatoribus obseruent secundum quod supra retulimus. Si quis uero hoc tempore presumpserit & obseruare in integrum neglexerit quod in Capitulari nostro habetur quod est DCCCCL. absque dubio componat absoluatque sciens se id compositurum. id autem ut uerius stabiliusque ab omnibus in sinu uniuersalis Ecclesie alentibus in nostraque administratione manentibus credatur hoc confirmationis nostre pragmatum fieri jussimus precipientes & anuli nostri impressione sigillari fecimus quemadmodum a nostris antecessoribus in regno hactenus repertum est atque inuenitur capitulatio. Nos quoque quod congruum & hactenus dignum est & precellentius fuit nobis juxta quod usque modo factum est in certis edictis Regum atque Imperatorum dignum duximus certiorem fidem omnibus nostris fidelibus accommodare propria manu corroborauimus in signo nostri nominis penam traducentes ut eternaliter inconcussum hoc obseruetur feliciter.

Signum [monogram]

Guglielmus Cancellarius ad uicem Roiberti Archiepiscopi Moguntini atque Archicapellani recognouit & probauit feliciter.

Da-

Dâta .... quarti nonis Aprilis luna sexta Indict. II. anno ab Incarnatione DCCCCLXXIIII. Imperii uero....

NUM. XXXIV.

Dal Murat. Ant. medii ævi T. II. Diss. XXII. pag. 257.

An. 981.... Agosto.

Adalberto Conte figlio di Teobaldo Duca, e Marchese, e Bertilla sua Moglie, e Bonifácio, e Gualfrédo lor figli donano al Monastero de' Santi Bartoloméo, e Savíno parecchie terre in Musiáno.

In nomine .... intrante Augusto Regnante .... Imperatore.... Indictione VII.... Anno p.... Augustus filius Dono Octonis Imperatoris scilicet Anno Imperii ejus .... Comes & Bertilla Dei misericordia Comitissa hanc traditionem & concessionem concedere dignemini ut Deus .... in nostro Monasterio qui est in honorem Sancti Bartholomei Apostoli & beati Sauini Martiris .... genitricis Marie & beati Ambrosii Confessoris & aliorum Sanctorum quod nos facere cupimus & obnixe desideramus ad utilitatem Monachorum seruientium Christi die & nocte .... Salmodas referendum Deo creatori nostro pro nostris peccatis ab oratione non recedentes .... & semper & assidue exorent ut Dei omnipotentis medelam & requiem sempiternam in tremendo die Judicii misereri dignetur animabus pro Domna Gualtrada que fuit gloriosa Comitissa & pro Domno Teobaldo qui fuit Dux & Marchio genitore & genitrice meis. Sicque pro animabus & Bonifacii & Walfredi & Adelberti filiorum nostrorum pro animabus omnium heredum nostrorum hic uero presentialiter elegimus & concedimus atque in dicto .... Dei uoluntate & de rebus quas predicto Monasterio concedimus in nullo homine nec uendere nec donare nec appo .... nec .... Monachorum .... concedimus .... ipso Monasterio jure proprietario .... nostras Vineas circa ipsum Monasterium & Oratorium in quo ortum pro oleribus pistrinum & coquina & cetera que necessaria sunt. Finis de suprascriptis uineis qnas concedimus esse uidetur ab uno latere Lauino .... jura in donnicata & .... terra uin.... & arat.... in ipso fundo Musiliano que recta & laborata .... cum filiis & filiabus suis excepto Johanne Cuka filio suo alia omnia & ex omnibus super eis qualiter superius legitur cum seruis & ancillis omnia in integrum. Atque concedimus in suprascripto Monasterio omnia & ex omnibus terram uineatam & aratoriam que recta & laborata in supradicto Musiliano .... per man.... Martino filio sno & infundum Vinti. Similiter omnia & ex omnibus in integrum qne acquisiui per cartulam uenditionis da Ildrada quod uocatur fundo Cignaulo sit conces-

cessum in supradicto loco pecia una terre ubi Ecclesia edific.... mansione. Nec non pecia una terra quam acquisiuit in supradicto fundo Cignaulo quas in suprascripto Monasterio concessi per remedium anime sue. & terra illa que est in loco qui uocatur Pra Casigno & in supradicto fundo Cignaulo omnia & ex omnibus concessum a supradicto Monasterio in integrum. Seu & infra Plebe Sancte Marie Matris Christi in fundo Lupolito omnia & ex omnibus que nobis pertinent de Curte que uocatur de Linare cum omnia super se & in se habente in integrum una cum terris uineis campis pratis pascuis siluis salectis arbustis arboribus pomiferis diuisis quam... aquis rupinis usibus aquarum fontibus cultum & incultum omnia & ex omnibus qualiter superius legitur sic concessum in supradicto Monasterio Sancti Bartolomei Apostoli omnibus qualiter superius dictum est damus & ... utilitatem predictorum Monachorum ut possint qui inibi Deo ordinati fuerint uiuere & cibum sumere & allere. ita ut nostra quorum supra dictum est possit uita concedi in nostra sit potestate regendi & agregandi & .... misericordia Dei omnia qualiter superius legitur in honore Monachorum seruientium & post nostrum obitum quando Domino placuerit deueniet in potestate heredum nostrorum similiter gubernandi & regendi in honore Monachorum. Et si autem quod auertat Deus aliqua occasio uel praua contemptio instigante antiquo hoste .... heredibus emendentur & quicquid in ipso Cenobio Sancto & Oratorio datum offertum oblatumque fuerit sit in potestate supradicti Petri Presbyteri & Abbatis & Monachorum ipsius Sancti Monasterii ubi pauperes & peregrini refectionem habent. Mundiburdium uero ab auaris & prauis hominibus in nostra sit potestate defendere & solatium prebere in ipso Sancto Monasterio & in ipso Abbate omni tempore sine obstaculo & impedimento aduersorum hominum & prauarum gentium semper maneant quieti & securi a nobis & a nostris heredibus. Et si aliqua controuersia & superstitiosam causam in ipso Sancto Cenobio uel super ipsos Monachos aduersa .... de his omnibus que pro animabus nostris dedimus sciant esse compositures in ipso Sancto Monasterio & ipso Abbati & Fratribus Deo seruientibus eorumque successoribus auri optimi libras triginta. Nos denique Adelbertus Dei misericordia Comes & Bertilla Christi clementia Comitissa secundum nostram Legem Ribuariam facere nitimur defensionem. Hec omnia que superius diximus omni tempore in perpetuum maneant & lux indeficiens sit nobis. Et si aliquis de heredibus ac proheredibus .... contrarietatem comiserit aut minuere conauerit uel distruere uel frangere uoluerit cum Deo uiuo & uero eternam haueat altercationem & cum Angelis & Archangelis & cum omni militia celestium reddat rationem in die Judicii.

Actum in dicto Vico Panigale Indictione supradicta nona.

Signa ✠✠✠✠ manuum supradicti Adelberti Comitis & Bertille jugalis

Co-

Comitisse & Bonifacii & Walfredi germani qui hic Cartula donationis consenserunt & manus posuerunt sicut supra legitur rogauerunt & omnia eis relecta est.

Signa ✠✠✠✠ manuum Wido filio Geremie Natio Francorum & Johanne de Pelegno de Elena & Antonino & Petro Medicus & Leo .... Strada de Panigale rogatis testibus.

Ego Ildelbrandus testes.

Scripta hanc Carta donationis per manus Johannis Notarii rogatus a supradictis sicut supra legitur scripsi compleui & dedi.

Anno Dominice Incarnationis Millesimo Nonagesimo septimo ex authentico Reginaldus Tabellio in quantum recognoscere potuit exemplauit.

Presbiter Homodeus. Manfredinus & Wido Pot.... & Widizone .... ad omnia suprascripta audienda sicut supra relegitur in antiquo Instrumento interfuerunt & hujus rei causa rogati sunt testes.

Ego Giardinus Dei gratia Notarius hoc presens Instrumentum ut supra legitur legi.

NUM. XXXV.

Dall' Archiv. dell' Abbazia di Santo Stefano.

An. 997. 20. Aprile.

Gerardo figlio d' Aginolfo e Gisaltrude sua moglie investono Orso detto Clarizia da Surisdno d' alcune terre presso al lor Castello di Galiera.

In nomine Domini .... Saluatoris nostri .... temporibus Gregorii Apostolici pontificatui ejus. In Dei Nomine Anno primo Imperante Donu Octone filius & ..... rus quondam Octoni imperatori nostri pius Augusto a Deo coronato pacifico Magno. Imperii ejus .... anno primo die uiecimo Merse Aprili. indicione decima. Actum in Castro Galeria in plebem Sancti Vincentii Saldezano territorio bon. Petimus ad uobis Dominus Gerardo & Gisaldruda Jugalibus filio & nuros quondam Domini Aginolfi ut nobis Urso qui uocatur Claritia de Vico Surisano seu heredibus meis per enfiteotecaria jure presens die nobis concedere dignemini rem Juris uestre proprietatis idest fori castro qui dicitur de Galeria in burgo una pecia terra cum Casa & alia que est .... cum introito & exoito suo usque in uia publica & usque ad fiuuio galeria uel cum omni super se & infra se abentem uiginti perric. decem pedes mensurata per longo per ambabus later. pert. quatuor & per ambabus cap. pert. dua. finis ejus ab uno latere poss. Domnus acio & de alio latere poss. Domnus petro diac. & Abas & de

& de uno Cap. poss. Johannes de patercia & de alio Cap. uia publica justa fossato uel si quis alius ad fines sunt .... tercia terra cum Casa & alia qui est .... qualiter supra presens die nobis concedere .... ubeatis. ut diximus; in integrum ad abendum tenendum & possidendum & post completas .... hereditas .... petitoris calciarios dandi enfiteosin .... hordine renouentur eo uidelicet hordine ut non abeatis licentia uos suprascriptis petitoris neque uestris heredibus predicta pecia terra cum casa quali supra in extranea persona nec condicione .... uob.... Domin.... ut a nostris heredibus a justo precio daudi ... donec cum aliis hominibus qui de Castro galeria in mea deuicione fueritis .... justitia soluendi sit tota mea ut exinde .... debeamus nos predictis Urso qui u. claritia uel heredibus meis uobis predictis Dominis gerardo & gisaltruda juga .... uel ad nestris heredibus singulis quibusque duo .... ut dictum est pe.... & re promittimus nos sciptis Dominis Gerardo & Giseltruda juga .... uel heredibus nostris predicta petia terra cum Casa & alia qui est .... stra qualiter supra uob. script. Urso uel ad tuis heredibus omni tempore ad omni omine defensare promitto. Si qua uero pars contra hanc pagina enfiteotica ire tentauerit & non conseruauerit omnia qualiter sup. pattis pene soluat in argen. den. sol. uiginti & post pena soluta hanc pagina enfiteotica sicut supra omni tempore immunem permanere. Actum in Castro galeria Indicione decima.

✠ Signum manibus predicto Urso qui hanc pagina enfiteotica suo supra fieri rogauit & .... est signum ++++ Stefano p. u. guatimundi & petrus & aderperto germanis filiis quondam Noueli & petrus filius quondam erumperto & Sulmo qui uocatur de galeria testibus .... pta hanc pagina enfiteoticaria per me Martino Notario rogatus a scriptis petitoris sic roboratam testibus a dicta indicione compleuit & dedit.

NUM. XXXVI.

Dall' Ughelli T. II. pag. 351.

An. 997. 1. Maggio.

Decreti del Sinodo Provinciale convocato in Ravenna da Gerberto Arcivescovo.

PERPETUO regnante Domino nostro Jesu Christo. Tempore pii Cesaris Othonis Tertii in anno secundo Imperii ejus decima indictione. sub imagine Salnatoris infra nalnas majoris Ecclesie Rauennatensis. Gerbertus ejusdem Ecclesie Presul residens cum pluribus Episcopis & Presbyteris Ecclesie memorate astantibus diaconibus & cuncto clero dixit. In sancta ac Rauennate Ec-

Ecclesia cui diuina dispensatio preesse me uoluit dudum consuetudo est ualde reprehensibilis orta ut subdiaconus Corpus Domini quod formatum appellant tempore consecrationis Episcoporum ipsis uendant Episcopis & chrisma uendant Archipresbyteris annualiter Parrochie uestre. In quibus apparet uenditio Filii Dei & uenditio Spiritus Sancti. Qua de re presenti decreto constituo ut in hac sede & in his omnibus que ad nos pertinent ulterius minus fiat. Quod omnes statuentes laudarunt & dixit. Si quis autem contra hoc decretum ausus fuerit attentare anathema sit & responderunt omnes Amen. Statuimus etiam ut annualiter in festo Sancti Vitalis omnes Archipresbyteri ad nos pertinentes pro respectu sedis subdiaconis nostris annualem censum persoluant solidos duos & quicunque concesserit censualiter sentiat ultionem arbitrio primorum hujus Ecclesie & ab omnibus est laudatum. Et quamuis etiam antiquitus sit statutum ut Episcoporum alterius clericum siue eo mandante literis recipiat aut Ecclesiam in alterius Diocesis uel per acceptam siue promissam pecuniam. Sed neque illum quem probabilem ad officium non inueniat aut immatura etas uel crimen excludit. Nec ille quem inscitia coerceat uel legis infamia damnat aut debilitas uel imminutio membrorum cohibeat seu quem abjecta officia uel ministeria deformia notant uel quem turpis lucri cupiditas abjicit uel contra leges prohibitio. neque ullum eorum quos neophytas dicunt Bigamas curiales uel laicos uel eorum qui in canonibus & legibus cohibentur unde competere non ambiguimus ut presenti concilio priscorum patrum sanctiones firmantes teneamus ut nemo nostram Ecclesiam uel aliquando oratorium in alterius diocesi dedicare attentet sine permissu & consensu Episcopi ad quem pertinet ipsa diocesis neque alterius diecesanos uel parochianos recipere aut promouere seu retinere presumat sine canonicis Epistolis quos Nicena Synodus apud Bithyniam congregata sanciuit Latino more uocitari formatas & ut nullus sacris permittat ordinibus nisi quem etas uita doctrina mores auctoritas canonica comendat atque legalis. Ut autem hec Sanctio per omnia firmior teneat & ut hoc indignis non concedatur sub anathematis obligatione nosmetipsos constringimus & successores nostros Episcopos qui contra hec decreta presumpserint. & si quis sacri ordinis de sepultura mortuorum aliquid acceperit nisi forte in que sponte ab amicis uel propinquis mortuorum Ecclesie fuerint collata hac maledictione teneantur obnoxii. Et laudauerunt omnes pariter acclamantes placere sibi ac dicentes clamauerunt fiat fiat. Promulgata sunt hec anno DCCCCLXXXXVII. Incarnationis Dominice die Kalendar. majarum indict. x. sub clementissimo Imperio memorati Principis Othonis siquidem Tertii & subscribentes confirmauerunt Episcopi qui intererant & presbyteri Cardinales Ecclesie Rauenn. G. A. R.

Ubertus Liuiensis.

Alexander Sarsinas.

Joannes Bononiensis.
Raimbaldus Corneliensis.
Hildeprandus Fauentinus.
Georgius Comaclensis.
Georgius Cesenas.
Leo Ficoclensis.
Teupertus Pupiliensis.
Christophorus & Guinizo nuncii Sancte Parmensis Ecclesie.
Joannes & Joannes & Vannius presbiteri.
Anastasius & Deusdedit. Paulus & Leo.

NUM. XXXVII.

Dall' Archivio dell' Abbazia di Santo Stefano.

An. 997.

Giovanni Vescovo di Bologna investe il Monastero di Santo Stefano d' alcuni beni in Quaderna.

.... juris seo sancte uestre bonon. ecclesie .... que dicitur in Claterna cum baptisterio .... do atque cum decimis & primiciis ac sepulturis & cum omnibus que ibidem a Deum timentibus offertum uel oblatum fuerit una cum terris uineis campis siluis arbustis arboribus pratis paseuis & cum omnibus ejusdem ecclesie pertinenciis uel si quis aliis affines sunt omnia qualiter supra a presenti die per hujus paginam enfiteoticariam do & concedo ego predictus Johannes episcopus tibi prefato martino abbate Sancti Stephani tuisque successoribus ad habendum tenendum & possidendum & faciendum quidquid tibi .... successoribus excepto in heredes bonifat. ...... justitia Donica persoluenda. & post expletis supradictis ...... successoribus tuis calciarios dandum enfiteosin in hoc ordine renouetur. Sic tamen ut exinde inferre debeatis in prefato petitore tuique successores singulis quibusque indictionibus omni festiuitate Sancti petri que est in mense junii pensionis nostre in argentum den. uenceticorum octo . . . ut dictum est pensio persoluatur. & ego scripto Johannes episc. promitto tam pro me quam pro meis successoribus predictis omnibus rebus & possessionibus qualiter supra legitur tibi prenominato martino abbate tuisque successoribus omni tempore ab omni homine defensare & auctorizare promittimus. Si qua uero pars que contra hanc paginam enfiteoticariam ire temptauerit & non seruauerit .... parti penam nomine auri optimi libras .... & hec pagina sicut supra legitur omni tempore in sua maneat firmitate .... ciuitate bononia in domo episcopi. inditione decima.

Si-

Signum ⁻|||| manibus suprascripti petitoris qui hec pagina sicut supra leg. fieri rogauit andreas judex SS. Petrus judex de anastasia m. m. SS. Petrus de Urso m. m. SS. Wenebaldus m. m. SS.

In dei nomine leo notarius & primicerius Sancte bon. ecclesie rogatus a petitore sicut supra legitur scripsi & dedi.

NUM. XXXVIII.

Dall' Archivio Pomposiano.

An. 1008. 15. Febbrajo.

Imiza vedova d'Orso detto Ragimborga, ed Orso suo figlio investono Pietro di Benedetto, e Gregória sua moglie d'un pezzo di terra presso al Monastero di S. Tommáso in Bologna antica distrutta.

✠ In nomine Domini Dei & Saluatoris nostri Jesu Christi. Temporibus Domini Johannis apostolici Pontificatus ejus in Dei nomine anno quinto sitque regnante Domino Henrigo Rex anno quarto Die quinto decimo mensis Februarii Indictione sexta. Bononie. Petimus a uobis Imiza relicta quondam Ursoni qui uocabatur Ragimburga seu Urso olim filio jam dicto supradicto Urso uti nobis Petrus qui uocatur de Benedicto & grigoria jugales seo & heredibus nostrorum libello enfiteotecario nomine jure presenti die nobis concedere dignetis rem juris proprietatis monasterii Sancti Thomei Apostoli. idest foris hanc Ciuitatem Bononie infra ciuitate rupta antiqua prope supradicto monasterio Sancti Thomei Apostoli super ipsa strata Sancti Thomei justa ipsa strata solo uno terre uacuo quot sunt clusorus quatuor tornaturiis introito & exito suo usque in uia publica uel cum omnia super se & infra se abentem in integrum pedes legitimo mensurato a totis quatuor lateribus ex omni parte pedes uiginti quatuor. finis ejusdem a duobus lateribus possidet uos supradictis dominacioni fratris & consortis uestris. tercio latere possidet Leo Archidiaconus Sacrosancte bononiensis Ecclesie. quarto latere supradicta strata publica uel si quis aliis adfines sunt. ipso supradicto solo terre uacuo qualis superius legitur nobis concedere jubeatis ut diximus in integrum ad abendum tenendum & possidendum & quitquit nobis supradictis petitoris nostrisque heredibus opportunum fuerit ex inde faciendum. a salua justitia domnica persoluendum & pos completas hereditas nostras supradicti petitoris calciarios dandam libello enfiteotecario in oc ordine renouetur. sic ita tamen ut ex inde inferri debeamus nos supradictis petitoris uel heredibus nostris uobis supradictis dominacioni uel a uestris heredibus singulis quibusque indictionibus pensionis nomine in argentum denariom unum .... & soluere promittimus nos supradictis Imiza .... uel heredi-

 bus

bus meis predicto solo terre uacuo qualiter superius legitur .... qui dicitur de benedicto & Gregoria jugales uel a .... omni homine defensare promittimus. Si qua uero pars contra hoc libello enfiteotecario ire tentauerit & non conseruauerit omnia qualiter superius legitur det pars parti pene nomine in argentum .... & post pena soluta hos libellum in sua maneat firmitate.

Actum in .....s.....

Supradicta Imiza qui hos libellum enfiteotecario sicut superius legit fieri ..... lecta est ..... ensis Ecclesie huic libello a me facto ....

NUM. XXXIX.

Dall' Archivio Pomposiano.

An. 1009. 30. Aprile.

Grauso di Domenico di Bona, e Maria sua Moglie vendono a Martino di Pier Caurdro una pezza di terra nel territorio Bolognese in luogo detto Calanco.

In nomine Domini temporibus Domini Johannis Apostolici Pontificatus ejus in Dei nomine hano setimo sitque regnante Dominus Enricus Rex in Italia ano sexto. die pridies calendas de mense Madius indictione septima in Burgo Galeria plebe Sancti Vincenti sal.... territorio Bononiensi Judicaria Motinensi. Constat nos Grauso & Maria Jugales filius & nurus quondam Dominico qui uocatur de Bona uenditoris uendedisse & uendedimus atque tradedisse & tradedit presenti die tibi Martino filio quondam Petrus qui uocatur Cauraro entore tuisque heredibus pro fucturum in perpetuum temporibus possidendum idest in fundi Calanco una pecia tera aratoria uel cum omnia super se & infra se abentem in inregrum perticas duodecimpedas mensura per longo & .... ab alio latere perticas noue. extra uerso de uno capite perticas octo alio capite perticas septe. finis ejus. ab uno latere possidet Johannes qui uocatur de Berinzo. & de alio possidet Johannes qui uocatur de Petrus de uico Calanco. tercio latere Reno percorente. quarto latere possidet uia publica uel si quis aliis atfines ueriores. Et quia recepimus nos supradictis jugalibus uenditoris precium pro dicta pecia terra aratoria precium qualiter inter nos conuenit. paripecie ualiente in argentum decem solidas quimque tantum fenitum precium coram testibus. Quatenus modo ab odierna die de nostra .... uenditoris uel de nostris heredibus distulimus potestatem ser in te supradicto Martino entore uel a suis heredibus omni tempore ab oni homine defensare promittimus damnas litis omnia sustinere. & si minime defensare potuerimus aut contra hanc cartam uendicionis a me facta aliquando per cocumque ingenium quot humanum sensum cape-

capere potest agere aut causare presumpserimus aut gentibus consenserimus & non permanserimus in ea omnia qualis supra legitur dupla bonis condicionibus rem eaque meliorata sub estimacione sicut io tempore fuerit in concimile loco tibi supradicto Martino entore uel a suis heredibus restituamus in duplo. Actum in Burgo Galeria. Indictione supradicta octaua.

✠ Signum ✠ manibus supradictis Jugalibus uenditoris qui hanc cartam uendicionis sicut superius legitur fieri rogauerunt eis relectum est.

✠ Signum ‡‡‡‡. manibus Dominico filio quondam Natali de uico qui uocatur de Macaritico. & Martino filio Leo qui uocatur de Liculfo. & Johannes filio Martino qui uocatur de Jumignano. & Martino qui uocatur Unasone. & Martino qui uocatur de Cimqoamta rogatis testibus.

NUM. XL.

Dall' Archivio de' Canonici della Chiesa Bolognese
Filza I. num. 6.

An. 1014. . . .

Enrico Re riceve in protezione la Chiesa Bolognese, e conferma gli antichi possedimenti, ed immunità.

In nomine Sancte & indiuidue trinitatis. Heinricus diuina fauente clementia Rex. Condecet culmen regiminis nostri juxta modum predecessorum dominorum regum omnibus regalem aulam querentibus humiliter ex ipsa presidium saluberrimum exhibere & nostre eos munificentie presidio subleuare. Idcirco omnium Sancte Dei ecclesie fidelium nostrorum scilicet presentium & futurorum nouerit industria quod interuentu canonicorum Sancte bono. ecclesie Teuzonis Hugonis Adelberti & petri qui ad rauennam in nostro seruitio uenerunt cunctum clerum canonicorum jam dicte Sancte bononiensis ecclesie cum omnibus rebus & possessionibus eorum per singula loca & territoria constitutis seu cum liberis hominibus seruis & aocillis utriusque sexus uel libellariis uel supersedentibus diuersisque familiis per hoc nostrum regale preceptum sub nostra successorumque nostrorum defensione saluantes recipimus. Confirmamus uidelicet eis omne conquesitum rerum tam in terris & uineis quam & in diuersis speciminibus domibus atque possessionibus per singula ut diximus loca & territoria undecumque illis per quemcumque modo uel titulum aduenisse noscuntur uel in antea adquisiuerint siue etiam concedimus & confirmamus generaliter predictis omnibus canonicis Sancte bononiensis ecclesie inlibate absque alicujus contradictione quicquid condonatum uel concessum fuit illis uel canonice illorum ab eorum episcopis aut a qui-

quibuslibet deum timentibus hominibus per quamcumque concessionum siue per preceptum uel per aliq.......... Nec non & concedimos illis canonicis & omnibus presbiteris & clericis qui sunt de episcopatu sancte bononiensis ecclesie & omnibus qui ipsis habitant per hanc nostri precepti uel concessionis paginam portaticum teloneum ripaticum paratam & obstaticum & absque ulla publica functione quiete uiuere sub hoc nostro reali precepto & concessione ut deo sanctisque omnibus per stabilitatem nostri regiminis preces incessanter fundant. Precipiendo quoque jubemus ut nullus judiciarie potestatis dux Marchio comes uicecomes sculdascius locopositus aut quislibet publicus exactor neque aliqua persona uniuscujusque ordinis aut dignitatis in rebus ipsorum canonicorum placitum tenere neque in domibus eorum aliquem mansionaticum facere neque homines eorum cujuscumque ordinis clericos uel laicos liberos conditicios libellarios ac cartolarios uel super terra ipsorum residentes neque seruos uel ancillas utriusque sexus ad placitum ducere nec pignum tollere aut molestare uel flagellare presumat. Sed liceat predictis canonicis suorumque successoribus omnibus rebus & familiis eorumque canonicis omni tempore sub tuitionis nostre munimine quiete & pacifice remota totius potestatis inquietudine permanere. Si quis autem temerarius contra hanc nostre confirmationis concessionisque preceptum ire temptauerit aut aliquam molestationem inferre aliquando presumpserit & que superius scripta sunt ..... non obseruauerit sciat se compositurum auri optimi libras centum medietatem Kamere nostre & medietatem predictis Canonicis suisque successoribus. quod ut uerius credatur & diligentius ab omnibus obseruetur sigillo nostro ...... premuniri.

Signum domni henrici [monogram] inuictissimi regis.

heinricus cancellarios uice euerardi & archicapellani recognouit.
Datum anno dom. incarn. m. xiiii. anno uero domini Enrici regis secundi regnanti xii. actum rauenne feliciter. amen.

NUM.

NUM. XLI.

Dalla Bibliot. dell' Istituto delle Scienze.

Monum. Eccl. Bon. T. XXVII. num. X.

An. 1014. . . . .

Enrico Re proibisce a' Vescovi di Bologna l' alienazione dei beni spettanti alla loro Chiesa senza l' assenso dell' Arciprete, dell' Archidiacono, e di tutti gli altri Canonici.

In nomine Sancte & indiuidue trinitatis. Henricus gratia Dei Rex. Omnibus fidelibus presentibus seu absentibus notum fieri uolumus quod curam ecclesiarum jure gerere debemus. quocirca admodum audito detrimento rerum possessionumque destructione Sancte Dei Bononiensis ecclesie conpatientes indoluimus tam nefandissimis sceleribus. unde legaliter precipientes jubemus ut non liceat dehinc alicui episcopo illius Sancte ecclesie uendere uel donare uel commutuare de ejusdem ecclesie rebus ac possessionibus sine conuentu & consensu atque supscriptione archipresbiteri & Archidiaconi ceterorumque canonicorum ejusdem ecclesie quia inuenietur aliquando inter ...... multitudinum serie uel unus uel duo qui hoc quod inlicite fuerit uenditionis donaciones commutuacionis fieri prohibebit. in constitutione quoque Sanctorum patrum inuenitur quia irrita erit episcopi ordinatio uel uenditio siue commutuatio sine conuentu & consensu atque subscriptione canonicorum suorum. Insuper etiam optanter de predictis terrarum possessionumque omnium canonice predicte ecclesie quas nunc habet uel in futurum adquirere potuerit precipimus ut nullo modo liceat ulli episcopo jam dicte ecclesie aliquo modo intromittere nec ad suum opus detinere nec alicui modo per scriptum uel commutationem necque pro feudo concedere uel donare. sed liceat Canonicis suis eas habere & frui & secundum licitum morem possidere ac deo sueque ecclesie continuo deseruire. Si quis igitur episcopus ejusdem ecclesie contra hanc nostram preceptionem ire temptauerit & non obseruauerit qualiter in ea leguntur sciat se compositurum auri optimi libras centum medietatem camere nostre & medietatem predictis canonicis. quod ut uerius credatur diligentiusque ab omnibus obseruetur Sigillo nostro in presius jussimus insigniri.

Signum Domini henrici [monogram] inuictissimi regis.

Heinricus cancellarius uice eucrardi episcopi & archicapellani recognouit.
Datum anno dominice incarnationis M. XIIII. Ind. XII. anno uero domini henrici regis secundi regnantis duodecimo. actum rauenne feliciter amen.

NUM.

NUM. XLII.

Dall' Archivio Nonantolano.

An. 1016. 24. Ottobre.

Arnolfo d' Arnolfo, ed Erchembaldo d' Alberto da Rastellino donano al Monastero Nonantolano il Castello di Rastellino.

In nomine Sancte & indiuidue trinitatis anni dominica incarnatione millesimo sexto decimo. Enricus gratia Dei imperator augustus anno imperii ejus deo propicio hic in Italia tercio . . . . no Kal. nouember indictione quinta decima. Et ideo in dei nomine nos arnulfus filius quondam itemque arnulfo & erchenbaldo filio quondam Alberti de loco rastellini qui professi sumus ex nacione nostra lege uiuere ro . . . . Dominus omnipotens ac redemptor noster animas quas Christus condidit ad studium salutis semper inuitat quod ad meritum anime nostre pertinere potest necesse est nobis semper illut agere unde hic & .... ac seculo plenam aput omnipotentem dominum maxima autem possint consequi mercedem. Et ideo in Dei nomine nos nominati arnulfo & erchembaldo donamus & tradamus seu offerimus tibi dominus rodulfus Abbas de monasterio Sancti Siluestri situs nonantula tuisque successoribus a pari nominati monasterii Sancti Siluestri situs nonantula proprietario jure idest area una de terra ubi castrum est edificatum cum suis su. . . . . & quinque partibus de capella una que est constructa in onore Sancti Michaelis in infrascripto castro qui dicitur rastellini & ubi in circuitu ipso castro cum tenimen & fossatum circumda......... detinere uisi sumus in nominato loco ubi dicitur castro rastellini ut antiquis dicitur comunia cum areis in quibus estant cum introitis suis. Coeret ei in circuitu ad jam di .... pella infra eodem castro cum areis in quibus estant da mane ipso nominato monasterio Sancti Siluestri da meridie da sera seo desubtus ripis qua pergit foris ipsius fossa .... pelle infra ipso castro in jam dicte coerencie pro mensura justa ad perticas legiptimas de pedibus duodecim mensurata tabule cinquanta. Que am........... tint & mensurata cum superioribus & inferioribus atque cum ingressoras & accepionibus suarum in integrum taliter a presenti die & ora per hanc cartulam donacionis .... proprietario jure jam dictis omnibus rebus qualiter supra legitur donamus & .... nexu publico priuatore nulli aliis uendutis donatis alienatis obnosciatis uel tradiiis nisi tibi domnus rudulfus abbas tuisque successoribus a parte nominati Monasterii Sancti Siluestri .... proprietario jure quicquit uolueri-

lueritis sine omni nostra qui supra offertoris & heredum nostrorum contradictione. Quidem expondimus atque promittimus nos qui supra arnulfo & erchembaldo una cum nostris .... domnus rodulfus abbas tuisque successoribus ad pars ipsius monasterii Sancti Siluestri jam dicti omnibus rebus qualiter supra legitur quod tibi offerimus in integrum in omni tempore ab omni contradicente .... sare promittimus juxta lex. Quod si ad defensandum minime fecerimus aut si contra anc cartulam ista donacionis & offersionibus qualiter supra legitur per couis ingenio agere uel causare presumpserimus uel si agentibus consencientes fuerimus tunc nominatis omnibus rebus casis & capella cum nominato castro quod tibi supra offerimus sicut pro tempore melioratisque fuerint aut ualuerint .... estimacione in consimili loco in duplum uobis restituamus quia sic inter nobis conuenit. Et nec nobis liceat nos ad modo ullo tempore nolle quod semel uoluissemus sed quod hic a nobis .... factum & conscriptum est sub jurejurandum inuiolabiliter conseruare promittimus cum stipulacione subnixa. Actum in uilla que dicitur marsparini feliciter.

Signum manibus .... rogherius & uuifredi seo euerardo lege uiuentes romana rogatis testibus.

Signum manibus Johannis qui dicitur petri ursi & petro qui dicitur de ualugula rogatis testibus.

...... Johannes notarius sacri palacii scripsi post tradita compleui & dedi.

NUM. XLIII.

Dall' Archivio Arcivescovile di Ravenna.

An. 1017. 15. Febbraio.

Pellegrino messo d' Enrico Imperatore, e Tatóne Conte investe la Chiesa Ravennate della Città, e distretto di Ravenna, e dei Contadi di Bologna, Imola, Faenza ...., e Cérvia.

Anno Benedicti Papæ Quinto. Henrici Imperatoris in Italia tertio. die XV. Febr. Indict. XV. Harnaldo gratia Dei sanctissimo & coangelico Archiepiscopo sancte Rauennatis Ecclesie Pellegrinus missus Henrici Imp. & Thato Comes item missus Imp. lites & altercationes ...... Paulus Dux qui uocatur de trauersaria & petrus dux consanguineo suo filioque Johannis Dux. Ay.... D.... dux. Petrus & Johannes f. quondam Andree ex genere magistri militum. Paulus f. q. Andree ex genere magistri militum. Paulus f. q. .... uus quondam Ugonis qui uocabatur de aquabelli. Joannes judex qui uocatur calcians pelle. Berardus judex. Liu.... Paulus consul qui uocatur de romano suprascripto f. consul & atelbertus fil. q. sergii. tri-

bunus f. quondam .... augusti. honestus f. q. attilianus consul. & uberto consanguineo suo. & alii multi in presentia pelegrini missi & Cancellarii Henrici pariter cum tatho comite item apprehendens in manibus illorum uirgam & misit eam in manibus suprascripto Harnaldus gratia dei sanctissimo & coangelico episcopo & inuestiuit ipsum & Ecclesiam Rauennatem ex parte henrici imp. de omni fisco & de omni publica re Rauennate siue ripe aur porte ...... & de comitatu Bononiense & Comitatu Corneliense & Comitatu Fauentino & comitatu .... & comitatu Ficoclense cum omni fisci & publicis eorum comitatibus undecumque uel de quantascumque .... detur aut eam per precepti paginam potuerit siue per precepti paginam suprascripti benedicti ant antecessorum aut per anteriorem donum aut inuestitionem domini heinrici.

NUM. XLIV.

Dall' Archivio dell' Abbazia di S. Stefano.

An. 1017. 20. Luglio.

Lamberto d' Ermengarda dona alcune terre al Monastero di Santo Stefano.

Anno Domini millesimo septimo decimo secundum quod in Cronaca Romana inuentum est.

In nomine Domini. temporibus Domini benedicti apostolici pontificatui ejus. in Dei nomine anno quinto. sitque imperante Domino Enrigo anno quarto die uigesimo mense Julii. Indict. quintadecima. Et ideo in dei nomine bono animo bona uoluntatis placuit atque conuenit mihi lamberto filio Ermengarda filia quondam adelberti Comitis & mihi quidem lamberto una per consensum & data licentia rodulfo filio quondam enrigo tutor & auocatore atque procuratore meo que mihi datum est per adam not. & judex per consensum & largitate ut per hanc cartam manifestationis concessionis nostra conuenientia dabo & concedo ego qui supra lamberto una pro dei timore & remedio anime mee & pro anima quondam Dn. Johanne episcopus Sancte bon. Ecclesie & de qnondam parentorum meornm seu pro restaurationis Ecclesie Sancti Stephani q. u. jerusalem uobis domnus martinus presbiter monachus & Abbas ipsius Ecclesie tuisque successoribus nestrisque fratri monachi ad usum monachorum perpetualiter ad habendum tenendum & possidendum ordinandum & disponendum. idest clusure due cum omnia super se & infra se habentem in integrum. Finis ubi predicte clusure esse uidentur ab uno latere strata majore ab alio latere tribo quod est ante porta raui-

rauiniana & strata que pergit ad castilioni. tertio latere strata publica que est juxta uinee & monisterio Sancti Johannis apostoli & euangeliste & uia que pergit ad celula. quarto latere uia que est inter ipsa clusura & braida indonicata ipsius monasterii Sancti Stephani. Infra isti designatis lateribus sicut latera designant. Omnia mea porcione in integrum quanta est due parte uel si quis aliis adfines sunt. omnia qualiter supra legitur a presenti die dabo & concedo sicut supra dixi pro anima mea & pro anima quondam predicto Dn. Johanne uenerabilis episcopus & de parentis meis quo ipso predicto monasterio ordinauerunt & restaurauerunt pro anima illorum. & non sit mihi licentia qui supra lamberto neque ad meis heredibus de ipse clusure uel dificiis que inibi facte sunt aliquid uendendi aut donandi in uillis personis & habeatis eum locum & faciatis ea auctoritate predicto monasterio quidquid uobis placuerit sine ullo nostro obstaculo tu qui supra domini martinus presbiter monachus & Abbas tuisque successoribus perpetualiter ad habendum tenendum & possidendum & quidquid uobis opporte fuerit faciendum sine ullo detrimento. ut neque da meis heredibus aut persona uel arrogatiua persona mea nullam exinde habeatis molestationis aut causationis. Set promitto ego predicto Lamberto uel heredibus meis predicta mea pottione de omnia que supra legitur tibi predicto domini Martino presbiter & Abbas tuisque successoribus omni tempore ab omni homine defensare promittimus. & si minime defensare potuerimus aut contra hanc cartam concessionis ad me facta aliquando per quemcumque ingenium quod humanum sensum capere potest agere aut causare presumpsero aut agentibus consensero & non permansero in ea omnia qualiter supra legitur tunc daturo promitto ego predicto Lamberto uel heredibus meis componere & dare tibi predicto domini martinus presbiter & Abbas tuisque successoribus pene nomine auri optimi libras. una. Tum post hec mea concessio inuiolata permaneat omni tempore ..... & insuper anathematis dampnationis uinculo feriantur cum bilzebut principes demoniorum portionem habeant & cum Juda traditore Domini nostri Jehu Christi in inferno inferiori jacere ubi uermes non moriuntur nec flamma non extinguuntur qui ista cartula corrumpere uel infrangere uoluerit. actum in predicto monasterio indictione predicta XV.

Lamberto m. m. s. s. Signum manibus predicto rodulfo auocatore qui hanc cartam sicut supra legitur consensi fieri rogaui ut eis relectum est.

✠ Signum manibus petrus filius quondam Johannes qui u. di bugna & dominico. & dominico filio suo & martino rogatis testibus.

✠ Ego adam not. & judex rogatus a predicto sicut supra legitur me teste s. s.

✠ Martino qui u. de andrea me teste subs.

✠ Scripta hanc carta per manus Johannes not. rogatus a predicto sicut supra legitur post roborata testibus tradita uidi compleui & dedi.

Ego Bezo judex ordinarius sacri palatii gloriosi imperatoris federici semperque augusti firmaui.

Ego Wido not. sacri palatii domini nostri Federici imperatoris ad ascoltandum autenticum instrumentum interfui & subscripsi.

Ego rodulfus not. autenticum hoc instrumentum uidi & legi interfui & subscripsi.

Anno Domini nostri Jehsu Christi millesimo centesimo sexagesimo tertio imperante Dnmino federico Imperatore. quarto Id. Aprilis ind. undecima. Bezo Judex ordinarius Federici Imperatoris Aldrouandinus grenon. Uacheius de Guido de papia. Ricardus filius uicecomitis de flexo. Gerardocius. Albertinus de giberto poto. hos isti antiquam cartam & hanc nnuam ad audiendum interfuere testes.

Ego bernardinus not. sacri palatii autenticum huic uidi & legi & secundum quod in eo continebatur scripsi.

NUM. XLV.

Dall' Archiv. Arcivescov. di Ravenna.

An. 1030. *6.* Giugno.

Alessandro messo di Corrado Imperatore, ed Ugo, ed Ubaldo Conti investono la Chiesa Ravennate d'alcuni beni nella Città, e Contado di Bologna occupati in addietro da Geremia.

In nomine Domini temporibus domini Johannis pape .... sexto. sitque Imperante Domino corrado .... anno quarto die sexto mensis junii inditione tertiadecima. in .... prope ciuitatis bononiensis. dum resideret in juditio & placito .... alexander missus domini chonradi inuictissimi imperatoris sitque ugo & ubaldus comites germani & cum eis tum residentium quoque adstantium maxima multitudo populi bone opinionis & laudabilis fame uiri eorum nomina hec sunt. Idest in primis dominus gebehardus Christi pietate Sancte rauennatis ecclesie archiepiscopus. & azolinus episcopus sancte corneliensis ecclesie. & Wido comes. & Johannes dux. & inhannes filius petri ducis & rambertus filius quondam rodulfi & similiter petrus qui u. de rainerio. seu tassemanus judex de ciu. fauentie. atque petrus qui u. calcianspellem nec non Johannes de uberto. & gotofredus & Albertus qui u. de atio. & Johannes filius quondam gotefredi. atque deusdedit filius deusdedit. & amabilis & Johannes .... Taudisia & abericus filius quondam Sigizonis. & corbulus filius ejus ...... filius guidonis. & Wezo & ugo germani filii quondam euerardi. euerardus & Odaldus germani filii quondam Teuzonis & alii plures eorum nomina longum est adscriben-

bendum me presente not. Sancte rauen. ecclesie. in nostrorum predictorum omnium presentia proclamatus est auocatus ecclesie rauennatis super geremia & fratres ejus de terra quam ipsi tenebant in loco qui dicitur Ronce & uariana & sancti saluatoris & sancti cassiani & de mansionibus quas ipsi detinebant in ciuit. bon. & de ceteris locis in comitatu eodem positis que omnia pertinebant juri sancte rau. ecclesie & ipsi contendebant. tunc alexander & ugo comes interrogauerunt predictum judicem quod .... proclamationibus facere deberent. ad hec judex respondit. misistis illis nuntium secundum uobis dixi. predictus ugo respondit. prima die proclamationis per meum nuntium requisiti uenire sunt dedignati. alexander dixit. & ego per me ipsum secunda die questionis ad illos in ciuitate pergens requisiui. qui neglexerunt ac placitum uenire. episcopus dixit & ego similiter ex uestra parte odie nuntium misi & uenire pretermiserunt. tunc prelibatus judex Tassemanus clarissimus sic locutus est. postquam ista proclamatio illis tot uicibus cognita fuit & illi nolentes uenire adhuc permansit in ..... ecum est ut inuestias susdictum auocatorem de illo jure & ejus terre unde proclamatio facta est. per quod ipsi usque modo tenuerunt. tunc alexander Imperialis missus & ugo & ubaldus germani comites secundum istud juditium dederunt inuestituram ugoni de tota predicta terra imponentes bannum super ipsius caput ...... xerunt quicumque uiolator hujus inuestitionis adesse presumpserit .... componat med. in manu senioris nostri Chonradi imperatoris reliqua uero medietas in camera sancte rauennatis ecclesie & ipse predictus auocatus sic recipiatis rogamus. & omnes presunto testimonio. predicti comites dederunt missum nomine ...... de predicta terra corporaliter inuestire. hoc factum est sub die & Indictione prelibata tertia decima juxta bononia.

Tassemanus judex hanc inuestitione judicans & subscripsi.
Ego petrus scolasticissimus prelibatis adstans ss.
Gotofredus de ponte Calciaro in hac inuestitione interfui & scripsi.
Ego petrus in hac inuestitione ut supra interfui & scripsi.
Albertus quondam azonis in hac inuestitione interfui & ss.

NUM.

NUM. XLVI.

Dall' Archivio Pomposiano.

An. 1031. 29. Maggio.

Gebeardo Arcivescovo di Ravenna conferma al Monastero di S. Maria della Pomposa gli antichi possedimenti, ed immunità.

In nomine Patris & Filii & spiritus Sancti anno Deo propicio pontificatus Domini Johannis Pape summi Pontificis & uniuersalis in apostolica sacratissimi Beati Petri sede septimo. sitque Imperator domnus Chorado in Italia anno quinto die uigesimo nono mensis madii indictione quartadecima in loco qui dicitur tamara. Domine sancte & inluminatrici angelorum & hominum regine beate uirgini Marie cujus monasterium fundatum est in insula que uocatur Pomposa. Gebehardus seruus seruorum Dei de diuina gracia Archiepiscopus sancte catholice ecclesie oblator exiguus. Cum summe diuinitatis potentia in sacra regiminis arce non meritorum gracia sed innefabilis sue pietatis arbitrio pro multorum optatibus nos locare dignatus est illud uos ambire cotidie amouemur quod ad perhennem capesendam indulgentie censuram pertinere potissimum & fore dignoscitur. unde & beatissimorum Sanctorum & masime intemerate uirginis Marie necessitudo me adire compellit suffragia ut quod propriis uiribus ad tantam sarcinam perferendam nequaquam existo idoneus domino ... placentium ejus lue matris oraculo sustenter si non in omnibus in quibusdam tamen presulatus officio dignitatem uite mee moribus ualeam adequare. Igitur ego Gebeardus humilis atque peccator sancte catholice Rauennaris Ecclesie Archiepiscopus una cum ordinariis clericis Sancte Rauennatis Ecclesie in tuo uenerabili & sancto cenobio beatissimo Theotocos uirgo Maria in quo Wido presbiter & Monachus atque Abbas preesse uidetur modis omnibus preuidi constituere atque confirmare anteriora precepta & insuper omnia que in illis releguntur idest Ecclesiam Sancti Petri Apostoli cum curte sua integra que uocatur ustulatus ubi ipsa pone dicta ecclesia edificata esse uidetur cum omnibus suis pertinenciis sicut in anteriore preceptum relegitur. Verum eciam confirmamus in tuo sancto & uenerabile monasterio curtem integram que uocatur montarioni cum fundis & pendicibus suis. Et insuper omnia & de omnibus que infra ipsa latera continentur in anteriora sua precepta leguntur. Nec non monasteria quorum hec sunt nomina uidelicet Sancti Stefani qui uocatur majoris atque Sancti Stefani qui uocatur junioris & Monasterium Sancti Zacharie

charie cum omnibus suis pertinenciis sicut in anteriora precepta relegitur que a nobis nostrisque antecessoribus uobis uestrisque successoribus in tuo sancto ac uenerabili monasterio beatissima uirgo Maria largita sunt ab origine & quoquomodo concessa sunt & omnia que in illis anterioribus preceptis releguntur que hic nominatim non dicemus confirmamus & insuper donamus in tuo predicto sancto ac uenerabili monasterio beatissima Virgo Maria quod est positum in insula que uocatur Pomposa idest mansum unum integrum qui est positus in fundo qui uocatur dominisillo habentem per tornatura septuaginta juxta serram que est de jure Mainfredi filius quondam Ubaldi cum terris uineis campis uel cum omnibus sibi pertinentibus constitutis territorio Fauentino plebe Sancti Andree qui uocatur in Panigale. Simulque donamus & in perpetuum confirmamus in suo jure dicto monasterio idest inter terram & uineam tornaturas uiginti que est posita in uilla que uocatur caputboui inter afines ejus. ab uno latere juris Ugonis qui uocatur de aquabelli ab alio latere juris heredes quondam Teuzonis de marocia atque a duobus aliis lateribus juris sancte nostre Rauennatis Ecclesie. Imo eciam & de terra tornaturiam unam positam in loco qui dicitur braide juxta fluuium qui uocatur Alimonem cum ripa sua & cum omnibus ad prefatam tornaturam & ripam pertinentibus positam in loco ubi ex alia parte fluminis tuum supradictum sanctum monasterium terram & aliam ripam fluminis jure proprietatis habere uidetur. Qui igitur omnia memorata loca sub tali uidelicet racione concedimus atque confirmamus tibi pro remedio anime mee meorumque successorum & per te in tuo uenerabili monasterio in perpetuum Sancte Marie que uocatur Pomposa Wido carissime pater. Quatenus ut tu & tui successores & confratres que ibi sunt uel qui ibidem ordinati fuerint oraciones que in tuo anteriore precepto quod a nobis in tuo prefato monasterio concessum est releguntur adimplere & facere debeatis & pensionem que ibi relegitur idest bisantium unum in festiuitate Sancti Apollinaris nobi nostrisque successoribus uel Sancte nostre Rauennatis Ecclesie actoribus persoluere debeatis. Si quis uero tam nostri successores quam queuis major aut minor persona contra hujus nostre donacionis atque confirmacionis precepti seriem quam aliter agere presumpserit & prefata loca & res ad ipsum monasterium pertinencia a jure & dominio regularium monachorum qui per tempora fuerint in tuo uenerabili templo beata mater & uirgo quouis tempore quomodolibet ut dictum est contractum alienauerit uel monciones innouauerit susipiat indisolubile anathematis uinculum tercentorum decem & octo patrum Niceni Concilii atque cum Juda Schariothis Jesu Christi domini nostri traditoris compar existat & cum antico hoste condemnetur diabolo & habitaculo justorum priuetur eterno & nullo modo in memoria ueniat apud Deum ..... qui a tuo uenerabili templo hec omnia que a me tibi confirmata atque donata sunt beata uirgo alienare atque subripere ut supra

pra diximus adtemptauerit eaque ex tuis propriis muneribus a limine tuo & tibi deseruiencium regularium monachorum perhenniter tribuimus possidendum. Quamobrem enixa prece ut mihi tuo inutili famulo licet immerito attamen pro summo desiderio cordis prelibata munuscula amoris studio tibi confirmare atque donare disposui ut ueri luminis mater quatenus digneris ..... meorum ..... eterne uite participem efficiam quam preceptionis ac uoluntarie confirmacioni Gerardo Notario Sancte nostre Rauennatis Ecclesie scribendam jubentes precipimus & ut uerius credatur subtus manu propria ut perpetualiter maneat roborandam mandauimus.

✠ Ego Gebehardus Dei gracia Archiepiscopus hoc preceptum fieri jussi & subscripsi.

✠ Ego Hugo Parmensium Episcopus huic donacioni consensi & scripsi.

✠ Ego Adalfredus Bononiensis Episcopus huic decreto consensi & subscripsi.

✠ Ego Sigefredus Dei nutu Regiensis Episcopus huic decreto consensi & subscripsi.

✠ Ego Iuo Placentinus Episcopus huic decreto consensi & subscripsi.

✠ Ego Ubertus Saxenatis Episcopus huic decreto consensi & subscripsi.

✠ Ego Rolandus gracia Dei Episcopus Sancte Ferrariensis Episcopus huic perpetuali confirmacioni atque donacioni consensi & subscripsi.

✠ Ego Johannes gracia Dei Episcopus Sancte Cesenatis Ecclesie huic perpetuali confirmacioni & donacioni consensi & subscripsi.

✠ Ego Johannes gracia Dei Sancte Ficoclensis ecclesie Episcopus huic perpetuali &c. ut supra.

✠ Ego .....

✠ Ego Lambertus Sancti Apollinaris Abbas huic decreto consensi & subscripsi.

✠ Ego Bonizo Sancte Marie in cosmedin Abbas huic decreto consensi & subscripsi.

✠ Ego Giselbertus Sancte Rauennatis ecclesie archipresbiter huic decreto consensi & subscripsi.

✠ Ego Adam archipresbiter Sancte Rauennatis ecclesie huic perpetuali confirmacioni atque donacioni consensi & subscripsi.

✠ Ego Bonio Abbas Sancti Seueri huic decreto consensi & subscripsi.

✠ Ego Rauennus Cardinalis presbiter Sancte Rauennatis ecclesie huic decreto interfui & subscripsi.

✠ Ego Deusdedit Sancte Rauennatis ecclesie diaconus hoc decretum laudans subscripsi.

✠ Ego Petrus Sancte Rauennatis ecclesie subdiaconus huic decreto consensi & subscripsi.

✠ Vitalis Subdiaconus & cantor Sancte Rauennatis ecclesie huic perpetuali confirmacioni & donacioni consensi & subscripsi.

✠ Ego

✠ Ego Urso presbiter & cantor Sancte Rauennatis ecclesie huic perpetuali &c. ut supra.

✠ Ego DD. Sancti Joannis Euangeliste huic decreto consensi & subscripsi.
Hec carta scripta est anno MXXXX.

NUM. XLVII.

Dall' Archivio Arcivescov. di Ravenna.

An. 1032. 16. Marzo.

Bonifazio Duca e Marchese di Toscana aggiudica alla Chiesa Ravennate parecchie terre nel Ferrarése occupate da Buccolóne, Guido, e Guarino.

IMPERANTE Chunrado Imperatore inuictissimo Anno V. Pontificatus Domini Joannis Summi Pontificis die sextodecimo mensis Martii. Indictione quintadecima sedentibus Bonifacio gloriosissimo Marchione & Gebeardo excellentissimo Archiepiscopo in naui juxta ripam Padi in loco qui dicitur Caput de Reda accessit Petrus qui uocatur de Vera Procurator Archiepiscopi dicens. Ego proclamo de Buculo filio Petri de Gregorio & Widone Federici filio & de Warino ejus consubrino. Quibus auditis jam dictus Marchio precepit Benoni & Comiti & Godoni ut preirent Ferrariam & ad placitum uocatis preciperent quod ita forent preparati quatenus legem facerent prefato Archipresuli. Secunda uero die similiter in naui residente predicto Marchione prope ascisterium Sancti Siluestri affuit predictus Procurator in presentia Bennonis & Joannis de Alberto Comitum cesset easdem proclamationes supra memoratas res Ecclesiasticas injuste detinentes. Qua uero proclamatione audita predicti Comites fecerunt eos uocare per Cancellarium nomine .... Sed eo in loco tunc nullus apparuit illorum. Tertia autem die idem ipse Marchio causa communis colloqoii sui & Archipresulis uenit ad Ecclesiam Sancti Georgii. Quo peracto sedit cum predicto Archiepiscopo in mansione Ambrosii Episcopi Clarissimi Ferrariensis ibi presentis quem itaque Marchionem Archipresul ita affatus est. Preterito anno facta proclamatione ut uobis notum est supra Bucconem Widonem atque Warinum rogatis nos illis inducias dare que ...... data est usque in presentem diem se ab illa die usque nunc dedignati sunt conuenire nobiscum. Quocirca tertia dies est in quibus de illis uobis proclamaui. si uobis justum uidetur aut de illis legem nobis facite aut inuestituram de bonis Ecclesie mee que tenent mihi donate. Protinus Marchio fecit illos uocare ad placitum per Cancellarium nomine ... quorum solus Wido apparuit dicens. paratus sum legem facere. Cui Petrus Scolasticissimus quasi Aduocatus pro Petro procuratore Archipresulis quesiuit dicens. quero tibi terram quam tenes per pre-

preceptum jure Sancti Apollinaris quod tu & Warinus altero anno in placito ostendistis in presentia Serenissimi Marchionis Bonifacii de qua uero tellure non soluisti pensionem & terram contendis non jure. Cui Marchio dixit. uade foras & conseilio accepto ueni responde legibus. Qui reuersus neque finem fecit neque legibus respondit. Confestim Marchio interrogauit Judices Gerhardum. Pagaoum & Widonem quorum Gerhardus Judex Imperatorius tale dedit responsum. Postquam isti & ceteris hic ad placitum uocatis proclamationes sunt cognite & tot uicibus uocati noluerunt uenire jure cum Archipresule agere lex est ut detis sibi inuestituram & ipsum jus restituas. Quo enim judiciali responso audito prefatus Dux & Marchio apprehensa uirga misit in manum Petri procuratoris diceos Petro Scholastico unde debeo inuestire procuratorem. Et Petrus respondit de bonis que lecta sunt in precepto Widonis & Warini & de easis hodie designatis supra Bucconem & per eum ab aliis detentis. Marchio dixit. Et ego de illis inuestio salua querela. Hoc facto posuit Bannum supra caput ejus ut si quis eum disuestiret sine legali Judicio componeret mille mancosos aureos medietatem Chamere Imperatoris & medietatem Chamere Archiepiscopi. Eadem quoque hora Joannes de Alberto dedit ei Cancellarium nomine . . . qui de predicta re corporaliter inuestiret illom. Hoc factum est in presentia Alfredi optimi Bononiensis Episcopi & Etici Episcopi Fauenti & Honesti prudentissimi Diaconi.

Bonefacius Marchio & Dux ss.

NUM. XLVIII.

Dal Muratori Antiq. medii ævi Tom. I. Diss. XV.

An. 1034. 27. Marzo.

Bonifazio Marchese figlio di Tebaldo Marchese, e Maginfredo figlio d' Ubaldo transiggono per le pretese reciproche sulle Castella di Scanello, e di Monterénzoli, e sullo stato d' Adimdro.

In Christi nomine &c. Die Sexto Calendas Aprilis in loco qui uocatur Mantua in presentia bonorum ominum corum nomioa subter leguotur. stetit atque conuenit inter Bonefacius Marchio filius quondam Teudaldi itemque Marchio nec non inter Magefredus filius quoodam Ubaldi ut ab hodie usque ad terminum VII. Calendas Madii debent se conjungere ambes partes ad locum que uocatur Masima . . . . . as in presentia Ugoni Comitis & quale ejus ante alterum ibi ueoerit expectet alterum usque ad occasum solis. Et cum ibi conjuocti fuerint tunc predictus Magefredus debet facere Cartula ueditionis & Conjuge sua debet facere Cartulam de sua portiooe quam

quam sibi pertinet de illa hereditate in domo sua in Misso predičti Bonefacii & ibi in judicio laudare. Insuper predičtus Bonefacius aut in quale persona ipse Bonefacius elierit nominatiue de sua portione que est medietas de Castro uno quod nominatur Scanellum & in circuitu ejusdem Castri cum duocentis tornaturis simul & medietatem de sua portione de casis & omnibus rebus ad eodem Castro & Curte pertinentibus uerum etiam & medietatem de omnibus Casttis & Capellis siue Casis domnicatis & massariciis & rebus domui coltile atque uniuersisque rebus territoriisque condam Ademarius Auius suorum ab uno anno in retro detinuit antequam mortuus fuit. sed & nunc Magefredus detinet tam de propriis quamque Comendaticiis uel Infiduciatis rebus in montaneis locis a Monte Maurisini & a Salterno & ad ipso Monte usque ad Reno in sursum medietatem. in planiciebus uero locis sicut idem cemitur a Monte Maurisini subterius usque a paludibus & ad ipso Monte usque ad Saui & a palude usque ad Alpem tertiam partem. de seruis uero & Ancillis Aldiones & Aldiane in montaneis locis in predičtis rebus abitantibus de sua portione similiter medietatem. in planiciebus uero habitantibus esoptis illis qui assidue de domnicata stipendia uiuunt. Eo die in presentia suprascripti Ugoni Comiti predičtus Magefredus sine Dei impedimento debent ipsa Cartula judicio laudare & esspendere si . . . . . . Judices predičti Bonefacii judicauerint & quantum predičtus Magefredus ab illa die in antea de predičtis rebus condam Adamarius detinuit adquesierit tam in montibus quam in planiciis Bonefacius debet abere medietatem tam de prediis quam de Comendatis & Infiduciatis rebus. Et insuper promisit ipse Mangefredus predičti Bonefacii facere securitatem Sacramenti per suum Nuncium in illa die de ipsis rebus unde ipse & Conjuge sua Carta fecerit & de omnibus aliis rebus que ipse nunc detinent aut ei euenerit de rebus communis acquisitis ut ipsa ei tollere non debent nec fecerit tollere nec ejus jura uel membra neque ullam apprensionem ad suum damnum. Et taliter obligauit se ipse Magefredus ut si hec omnia que supra legitur taliter non adimpleuerit qualiter supra legitur & suam portionem de Castro & Curte que dicitur Renzuli deueniant in potestate predičti Bonefacii proprietario jure & faciad ipse & suos heredes quicquit uoluerit sine omni contradičtione predičti Magefredi suorumque heredibus. Et ipse Bonifacio Marchio una cum Richilda Conjuge sua debent facere in predičto Magefredo seu in suo Misso Cartula uenditionis seu oblicacionis de illa medietatem que predičtus Magefredus nunc detinet de sua portione debet dare Bonifacio Marchioni de illis rebus que Admarius detinebat ab uno anno antequam mortous fuisset medietatem a Monte Maursini & a Salterno in sursum usque ad Alpe. in planiciebus uero . . . . . ipso Monte Manresini subterius usque ad Sauis a palude usque ad Alpe due portiones debet habere predičtus Magefredus . . . . . de omnibus rebus que quondam Admarius detinuit & ipse Ma-

L 2 gefre-

gefredus nunc detinent. Et ipse Bonefacius debet facere Cartam in predictus Magefredus de duocentis tornaturis infra Plebem Sancti Petri que uocatur in Barbarorum de similiter bonis rebus que quondam Adnarius detinuit deinceps adquesierint tam in montibus quam in planiciis que Mangefredus debet abere medietatem de prediis & precariis quamque de Comendatis uel Infiduciatis rebus. Et insuper promisit ipse Bonefacius facere securitatem Sacramenti ad suum Nuncium de ipsis rebus unde ipse Bonefacius Cartam fecerit & de omnibus aliis que ipse detinent aut tenere euenerit de rebus uniuersis adquisitis ut ipse & tollere non debent nec fecerit tollere nec jura nec membra neque ullam apprensionem ad suum damnum. Et ipse Bonefacius debet cum Conjuge sua laudare & expendere sicuti Judices predicti Magefredi judicauerint. Et taliter spopondit & oblicauit se predictus Bonefacius ut si predictus Magefredus & omnia que supra legitur adimplere uoluerit & ipse Bonefacius se subtraxerit aut amplius deacquisierit tam predictus Magefredus abead predicta Corte & Castro de Monte Renzoli proprietario jure & faciat quicquit uoluerit sine contradictione predicti Bonefacii suisque heredibus. Et in eo tinore ut supra legitur Bonefacius filius quondam Enrici de sua portione de omnibus rebus seu seruos & Ancillas quas de quondam Adamarius fuit & ipse Bonefacius Enrici filius nunc detinet excepto illis omnibus rebus seu seruos & Ancillas que sunt . . . . . . simulque de predicto Castro & Curte que nominatur Monte Renzuli oblicauit aduersum predictum Bonifacium quemadmodum fecit Magefredus ut supra legitur. & Bonefacius Marchio similiter promisit facere Bonifacio Enrici filio sicuti debet facere predicto Mangefredo.

Factum est hoc tempore Domni Curradi Imperatori Augusti. Anno Imperii ejus septimo suprascripto die Mense Martii Indictione secunda.

Atto Benno Arduinus Ubaldus Teuzo Marchesello Sigefredus Pachanellus Bernardus Geremia Azo interfuerunt.

✠ Signum Johanne Notario ibi fuit & unc breue scripsi.

NUM. XLIX.

Dall' Archivio Arcivesc. di Ravenna.

An. 1034. 30. Aprile.

Corrado Imperatore investe la Chiesa Ravennate del Contado Faentino.

In nomine omnipotentis Dei. Chuonradus ejus pietatis munere romanorum imp. augustus. licet omnium subditorum commodis ac profectibus ubi justitia exigit & honestas inuigilare uelimus ecclesiarum tamen utilitatibus propensius fauere debemus. quia enim ad imperialis celsitudinis solium diuina nos pietas sublimauit dum nostre dignitatis auctorem fidele mente semper

per diligere & ejus debemus ecclesias de multis ac maximis que nobis misericorditer contulit largiter honorare. Omnium igitur sancte dei Ecclesie presentium ac futurorum sub Romani imperii uniuersitate degentium cognitioni pateat ac notitie quod dilectissime conjugis nostre Gilse interuentu domnus gebehardus nobis a regni nostri principio fidelissimus filius sancte rauennatis ecclesie archiepiscopus constitutus nostram conuenit presentiam nostramque poposcit clementiam quo pro deo animeque nostre salute comitatum fauentinum Sancte Rauennati Ecclesie imperiali largitione concedere dignaremur cujus nos fidelitatem deuotissimam recolentes & carissime nostre conjugis precibus annuentes prenominatum comitatum fauentinum cum omni districtu suo & legali placito & judicio omnibusque publicis functionibus angariis & redhibitionibus teloneis fodris ripaticis aquis aquarum fluxibus molendinis & piscationibus cunctisque postremo ex eodem comitatu hactenus juri regio legaliter attinentibus prenominate Sancte Rauennati Ecclesie studio deuote religionis offerimus & a nostro jure & dominio in ejus jus perpetuum dominiumque trasfundimus & per hec nostre auctoritatis instituta donamus & habendum in proprietatem perpetuam amodo delegamus. Si quis ergo Archiepiscopus episcopus dux marchio Consul proconsul uel aliqua dominii nostri magna paruaque persona sepe dictam Sanctam Rauennatem ecclesiam de jam dicto Comitatu fauentino uel his que ad eum hactenus pertinere noscuntur inquietare molestare uel disuestire presumpserit mille librarum auri compositione se obnoxium nobis & prefate ecclesie sic procul dubio nouerit. quod ut uerius credatur & ab omnibus diligentius custodiatur manu propria ex consuetudine robotatum imaginis nostre redi jussimus significatione figuratum.

Signum Domini Chuonradi Secundi [monogram] Romanorum Imp. inuictissimi.

Dat. pridie Kal. maii indict. II. anno Dominice incarnationis millesimo trigesimo quarto anno autem domni Chuonradi secundi regni decimi imperii uero octauo. actum Ratispone feliciter. Amen.

NUM. L.

Dall' Archivio Arcivesc. di Ravenna. Caps. I. num. 4421.

An. 1034. 25. Giugno.

Gebeardo Arcivescovo di Ravenna investe a nome della sua Chiesa Ugo Conte di Bologna della metà del Contado di Faenza.

In nomine Domini. Temporibus domini benedicti summi pontificis & uniuersalis pape in apostolica sacratissima beati petri Apostoli domini sede tertio.

tio. Sicque Imperante domno conrado piissimo perpetuo augusto imp. in italia uero octauo. die XXV. mens. junii indictione II. in loco qui dicitur stornatunus in tentorio Domini Geboardi sacratissimi Rauennatis predestinante Deo Archiepiscopi. dum adessent quidam optimi atque honestissimi nec non bone opinionis & laudabiles fame uiri quorum nomina hec sunt. idest domnus lambertus per domini misericordiam monasterii Sancti Apollinaris qui n. classe abbas & Wido dei gratia monachus & dudum monasterii Sancte Marie quod uocatur ad Pomposiam abbas & bonefacius comes & Ugo Comes quondam hubaldi comitis filius atque petrus inclytus dux & Johannes dux nobilis & Theobaldus deo annuente illustris uir uicedominus & me presente rodulfo Rauennate Christi misericordia tabellione & aliis. in nostra predictorum presentia refutauit Ugo nobilis comes bononiensis per uirgam quam manibus detinebat domno gebehardo reuerentissimo prefato Archiepiscopo sueque Rauennati Ecclesie & suis successoribus in perpetuum comitatum integrum Fauentinum cum omnibus angariis atque portaticis seu ripaticis siue fodris nec non publicis functionibus atque teloneis omnibus ad prefatum comitatum Fauentinum pertinentibus uel subjacentibus. & tunc jam dictus Dominus gebeardus predicte ecclesie archipresul hec ita accipiens & illico inuestiuit prenotatum ugonem comitem Bononiensem de medietate jam nominati Comitatus Fauentini cum omnibus ad ipsam medietatem pertinentibus in beneficio. hoc factum est sub die mense & indictione II. suprascriptis.

✠ Petrus Dux in hac refutatione ss.

✠ Johannes dux in hac refutatione ut s. leg. interfui & ss.

✠ Teobaldus illustris uir uicedominus in hac refutatione ss.

Ego Rodulfus tabellio hujus refutationis scriptor post roborac.. leta.. abs..

notitiam testium.

Petri nobilis atque Johannes & Theobaldi	Ducis insignis illustris uiri	Rauennatis Ducis uicedomini.

NUM.

NUM. LI.

Dall' Archiv. del Monastero di S. Guglielmo lib. 1. num. 1.

An. 1035. 7. Aprile.

Everardo da San Martino cede al Monastero di Sant' Elena due pezze di terra in luogo detto Sant' Elena.

In nomine domini. anno dominice incarnationis ejusdem milesimo trigesimo quinto indicione tercia. die septimo mense Aprili. ego quidem in dei nomine Enerardus qui uocor de Sancto Martino concedo & trado tibi andrea uenersbili Abbati Monasterii Sancte Helene tuisque frstribus & successoribus pecie due terra aratoria & . . . . . uno se tenente circumdsta cum suis lsteribus in loco qui uocatur Sancta Helena. Prima pecia a mane detinet ego suprascriptus uerardo jura Sancte Bononiensis ecclesie. desuper & a sero fossa que dicitur gasperga desuptus stratha. Secunda pecia sunt finis a mane predicta fossa desuper ego ipso conceditore similiter jura sancti petri a sera fossa desuptus curte de jam dicto monasterio. que autem dicta res qualiter supra legitur cum superiore & inferiore seu cum fine & accessiones suas in integrum a presenti die & hora per hanc cartulam concessionis & tradicionis in tua qui supra Andrea gratia dei Abbas tuisque successoribus qui supra legitur permaneat potestate ad habendum tenendum & possidendum in perpetuum pro restauratione emendacione omnium que tibi abstuli & depredaui sine omnimodo qui supradicto uerardo & heredum meorum contradictione . . . . . spondeo & promitto ego una cum meis heredibus tibi dicto Abbati uel ad tuos successores qualiter supra legitur omni tempore ab omni homine contradicente defensare & autorizare. quod si ad defensandum minime fuerimus aut contra hanc cartulam concessionis aliquo tempore agere aut causare presumpserimus & non permanserimus in ea omnia qualiter supra legitur antedicta res sicut pro tempore meliorata fuerit aut ualuerit in simili loco restituam uobis pro estimatione in duplum & post pena soluta presens hanc carta concessionis sicut supra legitur omni tempore in sua permaneat firmitate.

Actum in supradicto Monssterio feliciter.

In presentis Domini Adelfredi Episcopi.

Signum ✠ manuum supradicto uerardo qui hanc cartulam sicut supra legitur scribere rogauit.

Signum ††††††† manuum morando & iohanne de blate & guinibaldo & Johanni de petro & paulo & amezo & sigizo de Stefano rogati sunt testes.

✠ Jo-

✠ Johannes notarius qui uocatur markise in dei nomine hanc cartulam scripsi compleui firmaui & dedi.

NUM. LII.

Dall' Archiv. de' Canonici della Chiesa Bolognese.

An. 1045. 16. Agosto.

Adalfredo Vescovo di Bologna concede a' Canonici tre delle quattro parti di tutte le decime primizie e offerte della sua Chiesa, dedotta la quarta parte del frumento, e del vino.

ADALFREDUS Sancte bononiensis ecclesie episcopus. Cum ego diebus noctibusque in corde meo meditari cepi . . . . . . de peccato commisso rationem redditurus est domino in die judicii idipsum enim in corde meo deprecare feci . . . . . . gnatur fuisse e Celo . . . . & quemadmodum mihi tribuit episcopale nomen sic dignatus fuisset mihi concedere adjutorium atque consilium sue Sancte benedictionis quandoquidem uenturus est in judicio rationem reddere . . . . . tam de me quem de meis ouibus mihi commissis ut ei autem dicere audeam. o domine tuas oues que mihi a te sunt tradite ego enim feci quod jussisti curando ut ego responsum ab eo recipere merear. o bone serue & fidelis quoniam fuisti fidelis super pauca ego te constituam supra multa. Ideo autem in gaudium domini intra. Non desi . . . . optimo auxiliante eodem audire tunc beatissimam uocem. quapropter sepissime cogitaui quomodo statum & honorem hujus Sancte ecclesie in melius firmaremus. quod me procul dubio facere oportebat pridem diuina inspirante clementia justum & rationabile uisum est ut secundum canonum normam nostram ordinaremus ecclesiam que indiscrete ac confuse habebatur propter Clericorum enormitatem. quoniam Sanctorum patrum decreta specialiter jubent ut in unaquaque Ecclesia clerici ordinentur secundum ejusdem ecclesie facultatem quatenus ecclesie seruientes Clerici de eadem ecclesia uiuere & sustentari honeste canonico jure debeant sicut legitur. qui altari ministrat de altari uiuere debet quod in nostra ecclesia nullatenus tenebatur sed Clericorum numeros ita excreuerat ut sacer ordo uilesceret & diuinum officium omnibus in negligentiam caderet. quocirca fauente Christi gratia placuit & justissimum uisum est ut hujusmodi errorem & uilitatem penitus abdicaremus ideoque pro salute anime mee hoc decretum illis canonicis facere curaui qui subter scribuntur numero quinquaginta. Omnibus pateat presentibus & futuris quod secundum hoc decretum in nostra episcopali ecclesia quinquaginta Canonicos statuimus & ordinamus. quo ejusdem ecclesie officium compleant quorum nomina hec sunt. Petrus Archipresbiter.

ter. Joannes presbiter Cantor. leo presbiter Johannes presbiter Torellus presbiter Johannes presbiter leo presbiter martinus presbiter florus presbiter martinus presbiter dominicus presbiter Leo presbiter Bononius presbiter. Teuzo Archidiaconus Hugo Diaconus Daniel diaconus atto Diaconus Gerardus Diaconus Clarissimus Diaconus Petrus Diaconus & alter petrus Diaconus Joannes Diaconus Samuel Diaconus Petrus Diaconus Aldulfus Diaconus leo Diaconus. Petrus subdiaconus Hubertus subdiaconus Rolandus subdiaconus Joannes subdiaconus Carpo subdiaconus Johannes subdiaconus uido subdiaconus leo subdiaconus Apto subdiaconus Joannes subdiaconus Petrus subdiaconus rusticellus subdiaconus leo subdiaconus. Urso Clericus petrus Clericus Rainerius Clericus Lambertus Clericus paganus Clericus Johannes Clericus atto Acolytus Hildebrandus Clericus hugo Clericus Rodulphus Clericus Theuzo Clericus. supradictisque canonicis eorumque successoribus pro salute anime mee quatenus ipsi & successores eorum pro me deum exorent concedo & firmiter annuo tres partes decimarum totius istius plebis scilicet Sancti petri episcopatus cum omnibus primitiis & offertionibus uiuorum & mortuorum & quidquid in Sancta episcopali ecclesia offertur seu in altari ponitur uel in pauimento locatur excepta quarta porcione tritici & uini quam in mea potestate reseruo. insuper hoc quoque mee potestati meorumque successorum reseruo ut si de supradicto numero Clericorum aliquis obierit ego uel successores mei in loco defuncti alium instituant cum consilio Archipresbiteri archidiaconi aliorumque fratrum cum laudatione. quin etiam supradictis canonicis & successoribus eorum jure canonum trado & obnixe annuo quidquid supra legitur in perpetuum habendum tenendum & possidendum sine omni impedimento. Si aliquo uero tempore uel ego uel successores mei instigante diabolo hoc decretum frangere uoluerint sciant se compositoros esse supradictis Canonicis atque successoribus eorum optimi auri libras quinque & anathematis uinculo innodati cum Juda traditore perpetuo maneant. qui uero pio intuitu fidelis custos hujus nostri decreti extiterit benedictiones ab omnipotenti deo consequi mereatur.

Actum Bononie anno dominice incarnationis millesimo quadragesimo quinto. Gregorii summe sedis pontificis anno uidelicet primo regnante henrico filio Conradi Imperatoris anno sexto die decimosexto mensis augusti. in domo episcopatus bononiensis indictione tertiadecima.

✠ Adalfredus episcopus manu mea scripsi presentibus Adalberto filio ottoni cum tribus filiis suis atto adalberto burelo. petro bonici. rusticello & carbone consoprini de Cassianis.

✠ Fusculo Brito sicut supra scripsi.

✠ Ugo uicedomino manu mea scripsi.

✠ Tegrino manu scripsi.

✠ Aimericus manu mea scripsi.

✠ Rogatis testibus ego Uerardo filio Uuezo manu mea subscripsi.
✠ Petrus judex sacri palatii rogatus sicut supra scrip. me testis.
✠ Gerardus filius Willelmi manu mea scripsi.
✠ Alberigo filio quondam Trasulfi mea manu scripsi.
✠ Ugo de aleramo manu mea scripsi.
✠ Petrus qui u. Bonobarone filius Johannis de urso me testis subsc.
✠ Ego Petrus fil. quondam Johannes not. rogatus me testis subscripsi.
✠ Ego Daniel filius petri bonici me testis subscripsi.
✠ Ego Petrus filius Petri bonici me testis subscripsi.
✠ Ego rafredo filius quondam attonis de cassiani me testis subscripsi.
✠ Ego atto filius petri me testis subscripsi.

Scriptum hoc decretum per manum gerardi Diaconi primicerii bon. ecclesie rogatus a dicto Domino Adelfredo episcopo sicut supra roborato a testibus tradito uidi compleui & dedi.

NUM. LIII.

Dall' Archiv. de' Canonici della Chiesa Bolognese. Filza B. num. 19.

An. 1054. 7. Maggio.

Adalfredo Vescovo di Bologna dona a' Canonici le decime della Pieve di Santa Maria di Buida, la Chiesa di Santa Maria in Monte Palense, gli Oliveti della sua Chiesa nel Territorio di Garda, e una Casa presso al Palazzo Vescovile.

In nomine Sancte & Indiuidue trinitatis. Adalfredus Sancte bononiensis ecclesie episcopus . . . . gregis cura uigilanter . . . . procul dubio merebit. euge serue bone & fidelis intra in gaudium domini tui. hocitca cunctorum fidelium Sancte Ecclesie presentium & futurorum noscat peritia qualiter in nostra episcopali Ecclesia pro amore regis eterni atque nostre anime nostrorumque successorum uel antecessorum remedio Canonicam obnixius constituimus. quapropter bona Sancte ecclesie nostre que potuimus eidem canonice Archipresbitero & fratribus contulimus quoniam satis Deo gratum fore credimus si Canonici bonis ecclesie . . . . . fulciri uidentur ut libere in dei laudibus uacare obnixius ualeant & irreprensibilibus moribus suis uiam omnibus dominum colentibus patefaciant. Hujus rei gratia omnem decimationem totius plebis Sancte marie genitricis que uocatur in Buida & Ecclesiam Sancte marie que est sita in monte palensi cum omnibus oblationibus & pertinentiis suis & quidquid a deum timentibus pro salute uiuorum ac defunctorum largitum fuerit efficaciter tribuimus. Insuper cun-

cuncta Olivueta que sunt posita in territorio quod uocatur de Garda. domum quoque juxta palatium nostrum & juxta fontem sacri baptismatis perpetualiter canonico jure illis concessimus. antiqui etiam pauperum alteram domum hospitii seu quidquid de jure nostre Ecclesie nunc habent uel ipsi successores eorum juste acquirere potuerunt similiter dedimus. Omnes uero decimationes quas presentialiter predicti Canonici habent & tenent ipsis & eorum successoribus canonum jure uiuentibus uel inuenire potuerint gratanter annuimus. hec omnia supradicta eo tempore petro Archipresbitero & fratribus ejus uidelicet Lamberto subdiacnno Stefano & bononio presbiteris Rolando & Aldebrando Diaconis & Hugoni Acolyto dedimus ut regulariter ipsi & successores eorum uiuant atque sine omni successorum nostrorum molestatione cunctas supradictas res possideant. Si uero instigante diabolica uersutia ipsi cannnici uel successores eorum canonice uiuere desierint aut ipsa canonica penitus destructa fuerit ad nos uel successores absque omni infestatione ut propria reuertantur cuncta que superius memorantur. Si autem aliquo tempore suadente Diabolo aliquis nostrorum successorum supradicta bona que per hoc decretum . . . . uoluerit decem optimi libras auri sciat se compositurum esse medietatem domno Imperatori & alteram medietatem canonicis jam prefatis uel eorum successoribus. quicunque hujus nostri decreti adjutor & defensor fuerit omnipotentis dei benedictionibus sanctorumque omnium perfruatur & nostra. qui uero temerarius uiolator extiterit perpetuo anathematis uinculo condemnetur & ex parte dei & sanctorum omnium & nostra sit maledictus stando & eundo dormiendo & uigilando cuncteque maledictiones ueteris & noue legis super eum ueniant nisi resipuerit. Ut . . . . hoc decretum uerius credatur & firmius teneatur propria manu subter firmauimus.

Actum in palatio episcopatus . . . . dominice incarnationis anni MLIII.[or] indictione VII. die etiam mensis madii septimo felicit. . . . . Domno heinrico . . . . coradi filio anno Imperii ejus nono.

✠ Adalfredus Episcopus m. m. ss.

Ego Petrus filius Adalberti m. m. s. s.

Ego . . . .

Ego . . . . filius alberti m. m. ss.

Ego Guilielmus filius Johannes m. m. s. s.

. . . . Primicerius Sancte bon. Eccl. . . . . . . & subscripsi.

NUM. LIV.

Dalla Bibliot. dell' Istituto delle Scienze. Monum. Eccles. Bonon. lib. XXVII. num. 12.

An. 1055. . . . Giugno.

Vittòre II. Papa riceve in protezione i Canonici della Chiesa Bolognése colle loro terre, e giurisdizioni.

VICTOR episcopus seruus seruorum dei. Petro Archipresbitero reliquisque Canonicis regulariter uiuentibus Sancte bononiensis ecclesie suisque successoribus in perpetuum. Si justis seruorum Dei petirionibus satisfecerimus procul dubio apostolica precepta seruamus. quapropter inclinati precibus Adelfredi ejusdem Ecclesie episcopi uestrisque filii carissimi confirmamus atque roboramus uobis uestrisque successoribus canonico jure uiuentibus quidquid per paginam concessionis & confirmationis juste ab eo uel ab aliis acquisiuistis siue acquisituri estis. ut quieti & securi ab omni lesione permanere ualeatis. desiderio itaque atque rogatione prenotati episcopi petitione quoque uestra ut diximus inclinati uos uestrosque successores sub nostre Apostolice defensionis munimine suscipimus & bona omnia que habet uel habitura est ipsa canonica ejusdem Sancti Petri. idest domum juxta eamdem Ecclesiam sitam perpetualiter jure canonico. antiquam aliam pauperum. alteram domum hospitii ecclesiam uero Sancti Johannis Baptiste juxta domum episcopi uestri domini. decimationes quoque cunctas plebes Sancte marie que dicitur in Buida sicut a predicto adelfredo uobis concedi uidentur Ecclesiam quoque Sancte marie que uocatur in monte palensi cum oblationibus & omnibus suis pertinentiis medietatem omnium decimarum totius plebis Sancti petri que uocatur in barbarorum. & cuncta oliueta bononiensis ecclesie que sunt in territorio garde. insuper quoque quicquid de jure ejusdem Sancte bon. ecclesie nunc habetis uel juste uos acquirere seu uestri successores potueritis. totum etiam domnicatum ejusdem canonice siue cunctas res mobiles & immobiles que dici & nominari juste possunt. ea etiam uidelicet ratione ut nullus injuriam residentibus super terram ipsorum Canonicorum colonis colonabusque facere presumat nec ipsos distringere aut molestare audeat de cunctis eorum facultatibus. precepto confirmacionis apostolice sedis tuitione coroborantes firmamus. hec omnia que supra leguntur ut quiete & pacifice tenere & possidere omnium hominum contradictione remota ualeant precipimus. optantes igitur jubemus ut nullus dux marchio Archiepiscopus episcopus Comes uicecomes nullaque magna uel parua persona de cunctis prenominatis rebus tam de ecclesiasticis quam de suis eos molestare siue in placito eos conturbare uel

colo-

colonos eorum distringere seu aliquam publicam functionem solvere cogat. quod qui temerario ausu fecerit nisi infra XL dierum spatium emendauerit anathematis uinculo obligetur & a liminibus Sancte ecclesie alienetur usque ad dignam satisfactionem. qui uero custos hujus nostre Sanctionis extiterit benedictionem & gratiam omnipotentis Dei & b. petri apostolorum principis & nostram . . . . ciat & in futuro eternam retributionem percipiat.

Data . . . . Kal. Juli. per manum Hildebrandi Sancte Rom. Eccl. Cardinalis subdiaconi. anno Victoris p. p. II. primo Indictione VIII.

NUM. LV.

Dalla Bibliot. dell' Istituto delle Scienze. Monum. Eccl. Bonon. lib. XXVII. num. 13.

An. 1055. circa.

Enrico Re riceve in protezione i Canonici della Chiesa Bolognese colle loro terre, e giurisdizioni.

In nomine Sancte & indiuidue trinitatis. henricus filius Conradi Imperatoris diuina fauente clementia rex. Condecet culmen regiminis nostri juxta modum predecessorum nostrorum regum omnibus regale oculum querentibus humilitate ex ipsa presidium saluberimum exhibere & nostre eos munificentie beneficio subleuare. Idcirco omnium Sancte Dei ecclesie fidelium nostrorum scilicet presentium ac futurorum nouerit industria quoniam interuentu conjugis nostre agnetis & pro incremento henrici regis filii nostri petrum archipresbiterum cunctosque canonicos sancte bononiensis Ecclesie regulariter uiuentes cum omnibus rebus & possessionibus illorum per singula loca & territoria constitutis seo cum liberis hominibus seruis & ancillis utriusque sexus uel libellariis seu residentibus diuersisque familiis per hoc nostrum regale preceptum sub nostra successorumque nostrorum defensione saluantes recepimus. confirmantes uidelicet eis omne conquisitum eorum tam in terris & uineis quam & in diuersis speciminibus domibus atque possessionibus per singula ut diximus loca & territoria undecumque illis per quemcumque modum uel titulum aduenisse noscuntur uel in antea conquisiuerint. Siue etiam concedimus atque confirmamus generaliter predictis omnibus Canonicis sancte bononiensis ecclesie inlibate absque alicujus contradictione quicquid condonatum uel concessum fuit illis uel canonice illorum ab illorum Episcopis aut a quibuslibet Deum timentibus hominibus per quamcumque concessionem siue per preceptum uel per aliquem concessionis titulum possidere. Idest massam tauriani cum palude riuulis cum casalibus & ap-

pen-

pendicibus suis cum fossa liqua locum qui appellatur gurgosa usque ad limitem qui dicitur luanicos & fundum duocentula in integrum & de fundo muntones untias duas & fundum tabernulis in integrum coherens se. nec non & fundum castanolo & fundum ronci & fundum uiriaticus simul & campos qui sunt inter lopolitum & spicis. & quicquid inuentum fuerit de jure Sancte bon. ecclesie. concedimus uobis fundum quinquaginta qui est positus ad latus masse taurianensis ubi famuli Sancte ejusdem ecclesie residere uidentur quod jam antea concessum habuistis & item concedimus uobis actum super fluuium sauene intra territorium britensis cum omnibus casis & casalibus a suprascriptum actum pertinentibus qui sunt de jure sancte jam dicte Ecclesie. & concedimus uobis massam que uocatur francinaticus cum omnibus casalibus coherentibus se cum siluis & castanectis sibi pertinentibus reconfirmamus casas & casales que sunt intra saltus planus. que a sancte memorie domno Clemente episcopo per quartarum portione uestris antecessoribus concesse fuerunt idest fundum reuerentiani scampaniani & canditioni atque uilla simul & in fundum juniano untias duas & zaconiticus in integrum & gorzanitici & luticlesi & fundum caprilia & siuiraticus & alii casales coherentes ibi nec non & fundum upupis & corneliano qui sunt positi ad latus basilice sancti petri intra ipsos saltus plano. In montibus quoque super fluuium reni fundum cernito & fundum Castillione cum campis & siluis eoherentibus se. simul & fundum mixturiano qui est positus super fluuium sittam uncias octo in integrum. de basilica autem sancti cristofori que est posita extra murum ciuitatis bononie a porta mariana. insuper etiam obnixius constituimus omnes decimationes plebis sancte marie dei genitricis que uocatur buida & ecclesiam sancte marie que est sita in monte Palensi cum omnibus oblationibus suis & quicquid a Deum timentibus ibidem pro salute uiuorum & defunctorum fuerit oblatum. euncta uero olíueta que sunt posita in territorio quod uocatur garda. dumum quoque juxta palatium episcopi ejusdem ecclesie antiquum aliam pauperum alteram domum hospitii. Seu quicquid de jure ejusdem ecclesie nunc habent uel ipsi uel eorum successores juste adquirere potuerint. damus autem decimationes quas presentialiter predicti canonici habent uel habere debent siue inuenire potuerint. totum etiam domnicatum ejusdem ecclesie canonice. Ecclesiam uero Sancti Johannis baptiste juxta eamdem domum. medietatem uero omnium decimarum totius plebis que uocatur in barbarorum siue eunctas res mobiles & immobiles que dici & nominari juste possunt. nec non concedimus illis canonicis de omnibus suprascriptis hominibus per singula loca & territoria constitutis liberis & seruis utriusque sexus per hanc nostri precepti uel concessionis paginam portaticum toloneum ripaticum paratam & obstaticum & absque aliqua publica functionem quietem uiuere

uere sub hoc nostro regali precepto. Ut deo sanctisque omnibus pro stabilitate nostri Dominii preces incessanter fundant. optanter igitur jubemus ut nullus Archiepiscopus episcopus dux marchio comes uicecomes nullaque magna uel parua persona uniuscujusque ordinis aut dignitatis in rebus & possessionibus canonicorum placitum tenere aut injuria residentibus supra terras ipsorum facere presumat nec ipsos distringere aut molestare audeat nec pignus tollere aut flagellare presumat. Sed liceat predictis canonicis suorumque successoribus omnibus rebus & possessionibus eorum omne tempore sub tuitionis nostre munimine quiete remota totius potestatis inquietudine permanere. Si quis autem temerarius contra hoc nostre confirmationis preceptum ire temptauerit aut aliquam molestationem inferrè presumpserit & omnia jam dicta non obseruauerit sciat se compositurum auri optimi libras centum medietatem camere nostre & medietatem predictis canonicis suisque successoribus. quod ut uerius credatur & diligentius ab omnibus obseruetur sigillo nostro imperiali jussimus premuniri.

NUM. LVI.

Dall' Archivio Pomposiano.

An. 1055. circa.

Enrico Arcivescovo di Ravenna per comandamento d' Enrico Re dimette al monastero Pomposiano la fossa di Mezzo Goro.

...... scripti Episcopi Bononiensis ..... Oddo Aduocatus ejusdem Ecclesie. Winimundus .... & alii quamplures. In istorum ergo presentia post multas collocutiones prefatus Archiepiscopus. humili prece. hac deuotione. poposcit fratrum societatem. & orationem. Quod honorifice a Domno Marco Priore ceterisque fratribus factum est. Deinde data pace fratribus omnibus. & suam beniuolentiam semper esse mansuram promittens. iterum resedit. Tunc accedens Nuncius Heinrici. qui tunc ibi aduenerat nomine Herrat obtulit suprascripto Archiepiscopo Domini sui litteras. continentes. salutem & gratiam suam sibi missam. & alia que ipse postmodum reseruauit. Lectis uero ab eodem litteris Domnus Esso & Domnus Roo. nobiles & preclari Monachi. qui cum eodem Nuncio a Curia uenerant. & ipsemet Legatus pari uoce dixerunt. Dominus noster Rex Heinricus mandat uobis per nos gratiam suam & per eam fidelitatem quam sibi debetis. ut fossam Medii Gauri. & omnem aquam piscaritiam ad ipsam pertinentem. quam Belunensis Episcopus nomine

mine Eziman per jussionem Imperatoris Henrici. intromisit. & bannum suum scilicet. C. librarum auri misit. & confirmauit. Monasterio suo restituatis & reddatis. Similiter quoque & ex parte omnium Principum suorum. nos uobis eandem denunciamus. Ad hec Archiepiscopus talia uerba respondet. Nulli dubium quin ignorata ueritate ac deceptus prauorum hominum fraude eam intromiserim. & Dominus noster Imperator ut dicitis per Legatum suum uere eam bandiuerit sed ego Mainardi Abbatis odio qui michi semper infestus fuit. iterum abstuli Monasterio. supradicto. Nunc uero qui mecum estis Episcopi. & Judices ac fideles date mihi consilium qui exinde facere debeam. Tunc Episcopi & Judices dixerunt. Si uos ut dicitis fraude & ignorantia non recte egistis. justum est ut justicie obtemperetis. & precepta Domini uestri faciatis. ac Principum preces exaudiatis. Omnes uero qui ibi aderant talia uerba laudantes confirmauerunt. Iterum Bonus Homo Judex dixit. Possumus aliqua munimina cartarum uidere. que nos certiores faciant. & ne iterum in futurum jurgia oriantur. Habent enim hujusmodi successus res uarie & diuerse. maxime cum hujus temporis homines cito ad interitum dilabuntur. & quia res ueterum ignorantur a modernis. ideo plus opinionem suam quisque. quam ueritatem sequitur. Tunc lecta sunt ibi priuilegia Pape Benedicti. & Leonis Pape. & precepta Henrici. Imperatoris. continentia Massam integram que uocatur Lacus Sanctus cum lateribus suis. & libellum quorumdam hominum de Piscaria integra que uocatur Tidini que est pars ipsius Masse. cujus latera sunt hec. uallis que uocatur Gregule. & fundus qui uocatur Coma Ceruina. & fluuius qui uocatur Casi & Canale qui uocatur Curlo. & alio latere uallis que uocatur Farulle & fluuius qui uocatur Conceagathe descendente in Gauro. at tercio latere ipso Gauro. a quarto latere Pado percurrente. His lectis Episcopi & Judices dixerunt. Justum nobis uidetur. ut que Dominus precipit faciatis. quia res ista a nobis rectissime uentilata. laudamus. ortamur. justitiam adimplere curate. Tunc fecit uenire ad se Domnum Marcum Priorem. & Domnum Johannem Comacliensem. & Petrum Veneticum. ac Leonem de Alberto uenerabiles Monachos. quibus ilari uultu ac clara uoce ceteris audientibus dixit. quia me hodie uestre orationis participem & fratrem fecistis. hac Karitate deuotus. timore uero & amore Domini mei. Heinrici Regis & Principum ejus istiusque Legati & omnium astantium precibus. ecce refuto uobis & per uos uestra Ecclesia Fossam integram cum omnibus sibi pertinentibus. & omnem aquam piscaritiam secundum latera cartarum que hic modo lecte sunt sub pena xx. librarum auri. Hec per me & per meos successores. promitto & obligo sub eadem pena. Quam refutationem & obligationem. firmam & stabi-

stabilem inperpetuum inuiolabiliter corroboro & confirmo. Statimque Oddonis Aduocati caput pereussit. bannumque Imperatoris Heinrici centum librarum auri confirmauit. Liupaldo uero Capellano nostro qui his omnibus interfuit. precepi notis ad memoriam futurorum notificari. Et ut uerius credatur manu propria subscribente firmaui, testibusque roborandam obtuli.

✠ Ego Deusdedit Diaconus interfui & subscripsi.

Ego Bonus Homo judex interfui.

Ego Wido Judex interfui. LEGIMUS

✠ Signum manu suprascripto Johannis uir clarissimus Comes & Vice Dominus. & Brunus Camararius. & Vinimundus. ii omnes rogati testes ad omnia suprascripta.

✠ Ego liupaldus Capellanus Domini mei heinrici Archiepisc. eo jubente compleui & absolui.

NUM. LVII.

Dal Muratóri Antiq. med. ævi T. I. Diss. XV. pag. 854.

An. 1056. 14. Gennaro.

Willa Contessa vedova d' Ugo Duca, e Marchese, ed Ugo, Alberto, Bonifazio, e Ubaldo suoi figli manomettono Clarizia figlia d' Uberto da Castel Petrósa detto Pianóro.

In nomine sancte indiuidue Trinitatis. Anni Incarnationi Domini nostri Jesu Christi Millesimo Quinqagesimo Sexto imperante Domnus Enricus filius quondam Domni Chonradi Imperatori Anno x. die xiv. mense Genuarius Indictione ix. Dei omnipotentis inspiracioni Domini nostri qui misit Filium suum in terris Jesum Christum Dominum nostrum salutem Mundi qui nos liberauit de tenebris & umbra mortis suo proprio sanguine & in cruce suspensus fuit & multa sustinuit ingnuria pro nobis peccatoribus exemplum bonum reliquit . . . . misertus fuit ita & nos qui de terra formati sumus similiter misereri debemus . . . . circa quidquid ligata fuerit in nostris potestatibus quantum possumus ad libertatem ue . . . . que & absolucionemque dare & sperare debemus. Et ideo nos quidem in Dei, nomine Domne Wille inclite Cometisse relecta quondam Domni Hugo gloriosissimo qui fuit Dux & Marchio & Ugo & Alberto eciam Bonefacio sicque Ubaldo germanis una pro Domini uoluntate inspiracioni magna claritatem libero & absoluo te Clerizia filia Uber-

Uberto de Castro Petrosa quod uocatur Planoro pro timore omnipotentis Dei & remedio luminarie anime bone memorie quondam suprascripto Domni Ugo gloriosissimo ut quando illum Dominus de hac uita migrare jusserit pars iniqua non habeat potesratem ullam sed Angnelus Domini nostri Jesu Christi colocare dignetur & illum inter sanctos dilectos suos . . . . . . pi misertus sit illum & magnum prestet refrigerium & beatus Petrus princeps Apostolorum qui habed potestatem omnium animarum ligandi & absoluendi ut ipsi absoluat anime ejus de peccatis sui & aperiad illum janua Paradisi. pro eadem uero rationi pro timore Domini nostri Jesu Christi in mano mito te Benzo Presbiter da Plebem Sancti A. . . ani ut uadat tecum in Ecclesia Sancti Bartholomei Apostoli traad te tribus uicibus circa Altare ipsius Ecclesie cum cereo apprehensum in manibus suis. deinde exite & ambulate in uia quadrubio ubi quatuor uie se diuiduntur & date eam licentiam. Statinque pro remedio luminarie anime bone memorie de quondam suprascripto Domni Ugo & ipse Presbiter Benzo fecit omnia sicut ipsis suprascriptis precepit & dixit.ecce quatuor uie. ite & ambulate in quacunque partem tibi placuerit tam tu suprascripta Cleriza qua nosque tui heredes qui ab ac hora in antea nati uel procreati fuerit utriusque sexus. Et ego filius Domne Wille & Hugo & Alberto & Bonefacio & Ubaldo per hanc Cartam libertacioni absolucioni ingenuitatis libera & absoluta permanead tu suprascripta Cleriza tuisque heredes sicut superius dixit abeatis uias apertas portas Paradisi portas Ciuitatis portas Castellis in placitis & in conuentis locis. ambulare & stare & uuadia pro te dare & omnes fines facere comodo melius potueriris uel uolueritis. Sit tibi concessum & perdonatum omne conquisitum uel agregarum cod abeatis uel cod in antea aquidere potueritis tan tu suprascripta Cleriza quanque tui heredes. Ut neque da nos neque da nostris heredes aut per somissa uel rogatiua persona nostra . . . . . occasiones de ipsum jugo seruitutis tan ru antedicta Cleriza quanque tui heredes . . . . sitis exinde securi & quieti adque pacifici permaneatis sine ullo detrimento . . . . . ut si forsitans nos suprascriptis uel heredes hanc proheredes uel parentes nostris aliquam molestiam contra te Cleriza uel contra tuos heredes agere aut causare uel querere aut molestare presumpserimus aut agentibus consenserimus & non permanserimus in ea omnia qualiter supra legitur tum daturi promittimus nos suprascriptis Domne Wille inclite Cometisse & Ugo & Alberto & Bonefacio & Ubaldo uel heredes nostris componere & dare tibi suprascripta Cleriza uel ad tuis heredibus pene nomine auri optimo libras duo & post pena soluta presens Carta libertacioni sicut supra legitur omni tempore in sua firmitatem permanead. Et insuper anathematis donacioni perculsum sempiternum

num jacula ferientur & cum Juda traditore Domini nostri Jesu Christi abeant partem & cum Beelzebut princeps Demoniorum abitet ubi uermes non moriuntur nec flamma estinuuitur.

Hactum in Monasterio Sancti Bartholomei Apostoli Indictione suprascripta Nona.

Signum manibus suprascripta Domne Ville inclite Comitisse relecta qui hanc Cartam libertacioni assolucioni ingenuitatis sicut supra legitur fieri rogaui & eas relecta est.

Signum manibus suprascriptis Domni Ugo eciam Domni Alberto sicque Domni Bonefacio & Domni Ubaldo Germanis qui hanc cartam libertacioni sicut supra legitur fieri rogani & eis relecta est.

Signum manibus Walfredo Comessarius filius quondam Aldebrando & Petrus Vicecomes filius quondam Ugo & Petrus filius quondam Tarrus & Ugo filio quondam Ardoino & Jeorrio filio Rainerio & Lamberto filius quondam Rolando & Baldoino filius quondam Aldebrando & Astolfo filius quondam Rofredo & Lamberto qui uocatur Foscolo filius Leo da Sesto & Petrus Presbiter Sancte Bononiensis Ecclesie & Lamberto filius quondam Lamberto & Petrus Presbiter de Pantaleo rogatis testibus.

Ego presens in Christi nomine Sichizo Tabellio scriptor cum & post tradita compleui & absoluit.

NUM. LVIII.

Dall' Archivio Pomposiano.

An. 1060. 18. Luglio.

Doménico figlio di Doménico Squarzabulza, e Gualdrdda sua moglie concedono in enfiteusi a Bonando figlio di Giovanni da Gabile due pezze di terra in Bologna antica distrutta.

In nomine Domini. anno dominice incarnationis millexìmo sexegesimo regnante Dominus Enricus filius Domini Enrici Imperatoris ano quarto die hoctauo decimo mensi Julius Indictione tercia decima. Nos quidem in Dei nomine Dominicus filius Dominicus Squarzabulza ac Valderada jugalis bono animo & bone uoluntatis placuit atque conuenit nobis per hec instrumenta manifestacionis dari nos supradictus Dominico & Valderada jugales presenti die uobis Bonando filius quondam Johannis Dagabile qualem peciam per ambabus capitibus pedes septem seo Bononio & Roza jugalibus germani & cognati suprascriptus Dominicus in aliam perticas nouem & pedes duo & semissi uestrisque heredibus possidere idest

idest foris Ciuitatem Bononiam infra Ciuitatem ruta antiqua non longe ad monasterio Sanctorum Geruaxii & Protaxii prope ;oratorium seu Basica Sancti Siri justa uia que periit a Pojale solo terre cum casa super se habentem cum introito & exito suo usque in uia puolica & cum omni super se & infra se habentem in integrum zedex legitime mensurato per longo ad ambabus lateribus pedes uiginti sex . & per ambabus capitibus pedes nouem & semisso de ista mensura que supra legitur abeat suprascripto Bonando & Maria jugales pedes septem justa se alio predicto Bononio & Roza jugalibus abeat sicut superius legitur pedes duo & semisso. Finis ejus ubi esse uidetur ab uno latere possidet suprascripto Bonando & Maria jugales alio latere possidet suprascriptus Bononius & Roza jugales ab uno capite possidet suprascripto Bonando & predicta Roza alio capite uia publica que periit a Pojale & si quis aliis . . . . . . omnia qualiter supralegitur presenti die per hec instrumenta manifestacionis damus nos supradictus Dominicus & Gualdrada de predicto solo terre cum Casa uobis suprascriptis Bonando & Maria Jugales Bononius & Roza jugalibus uestrisque heredibus ad habendum tenendum & faciendum quicquid uobis placuerit excepto heredes quondam Bonefacius & illorum . . . . salua justicia Dominica persoluenda & post completas heredibus uestri emptotis calciarios dandam . alia tale scriptura dantis uel daturis . . . . in oc ordine renuetur. Sic ita tamen ut exinde inferri debeatis uobis suprascriptis petitoris uestrisque heredibus ad nobis suprascriptis Domineci . . . . & a nostris heredibus singulis quibusque inde pensionis nomine in integrum denariorum Veneticorum tres ita ut dictum est pensio persoluatur. Et nos suprascriptus Dominicus & ualderada jugales nostrisque heredibus pro dicto solo terre cum casa uobis suprascriptis Bonando & Maria jugalibus adque Bononio & Roza jugalibus uestrisque heredibus omni tempore ab omni homine defensare & autorizare promittimus. Si qua uero pars que contra hanc pagina manifestacio . . . . . . tentauerit & non conseruauerit omnia qualiter supra legitur det pars parti pene nomine in integrum denarios ueneticos solidos centum . Et post hec pena soluta hec instrumenta manifestacionis sicut supra legitur omni tempore in sua maneat firmitate. Hactum foris Ciuitate Bononia Indictione supra scripta tertiadecima.

✠ Signum †† manibus Dominico & Gualderada jugales qui hec instrumenta manifestacionis sicut supra legitur scribere rogauerunt.

✠ Signum †† manibus Ugo nepus Johannis de Anso. Ardoino de li Garimanni Bonipanizero Dominici qui uocatur Cerfolio Dominici filius. Martinus Squarzabulza rogatis testibus.

✠ Ego in Dei nomine Petrus Notarius de Bamburge que hec instrumenta scripsi & manu firmaui.

NUM.

NUM. LIX.

Dall' autografo presso a' Nobili Giovanetti.

An. 1061. 17. Febbrajo.

Lamberto, Bonvicino, Raginério, ed Azzo figli di Bonando da Caprdra donano al Monastero di S. Bartolomêo di Musiâno parte della Chiesa di S. Salvatôre in Bedolêto colle sue pertinenze.

In nomine Sancte & indiuidue trinitatis. anni ab incarnatione domini nostri Jehsu Christi milleximo sexagexímo primo. regnante Dominus Enricus rex filius quondam Domini enrici Imper. anno quinto die septimo decimo mensis februarius indic. quarta decima. Omnibus manifestum est adque congruo ra . . . . libenter annuere que a uenerabilia loca utilitatibus meliorandi causa perficitur . . . . Scriptura uinculum oportet confirmari. Hactum est igitur Christo ausiliantem . . . . . . nos quidem in dei nomine lambertus & bonusuicinus seo ugoni & raginerio & azo germanis . . . . qui uocatur bonando de capraria bono animo & bona uoluntatem placet adque conuenit . . . . . dictis germanis per hoc membrana donationis manifestationes & cess. seo transfersionis adque per partia . . . . nostra . . . . uoluntatem una pro timore omnipotentis Dei & remedio luminarie anime de quondam dominum ugoni marchio & de quondam lamberto presbiter & de quondam suprascripto bonando & Willa jug. genitor adque genetrice nostra damus & donamus in monasterio Sancti bartolomei apostoli qui uocatum in musiliano & mo . . . . . dominus auto presbiter & monachus & gratia dei abbas ipsius monasterius tuisque successoribus & fratribus monachi ad habendum tenendum & possidendum in perpetuum ad usum monachorum. Idest nostra portione de ecclesia sancti Saluatoris que est constructa in loco qui uocatur betholeto cum suis pertinenciis cum decimis & primiciis cum terris & uineis & campis & castagnetis & cum omnibus arbustis arboribus cultum incultum diuisum & indiuisum & quantacumque a nobis pertinentibus omnibus offertum largitum uel oblatum fuerit similiter de sepulturis. & nos uolumus in ipsa ecclesia die noctuque faciatis psalmis & inn.is & misse & matutinis & ore canonicas. finis ubi ipsa ecclesia & retroscripta terra uineata & aratoria & agra & silua & castagneto esse uidetur ab uno latere riuo corrente qui dicitur dadocciola. ab alio latere fluuio septa tercio lat. uia publica. quarto uero latere poss. heredes quondam alberti comes

comes infra istis designatis lateribus sicut latera designant & cum omnia super se & infra se abentem omnia que nobis pertinent integriter & integrum uel si quis aliis ad fines sunt omnia qualiter supra in ista die damus nos retroscriptis germanis dona . . . . dicto monasterio & tibi retroscripto domino auto abbati tuisque successoribus uestrisque fratres monachi ad habendum tenendum & possidendum ordinandum & disponendum & faciendum quidquid uobis placuerit in perpetuum ad jura propria ad usum monachorum. ut neque da nos neque da nostris heredibus aut per somisse uel rogatiue persone nostre neque per nullum jus ignenium nullam exinde abeatis molestacionem aut causacionem. Sed promittimus nos retroscriptis lamberto & bonusuicinus & raginerio & azo germanis nostrisque heredibus de predicta nostra port. de antedicta eccl. & de retroscripta terra uineata & aratoria & agra & castagneto qualiter supra in suprascripto monasterio & tibi domino auto abbas tuisque successoribus uetrisque fratres monachi omni tempore ab omni omine defensare & autorizare promittimus. & si minime defensare potuerimus aut contra hoc membrana donacionis manifestacionis & cessionis adque . . . . translationis a nobis facta aliquando per quodcumque ignenio quod umanu sensu capere potest agere aut causare uel querere aut molestare uel aliquid se mouere presumserimus aut agentibus consenserimus & non permanserimus in ea omnia que supra. tunc daturi promittimus nos retroscriptis lambertus & bonus uicinus seo ugo & raincrio & azo uel heredibus nostris componere & dare infrascripto monasterio & tibi domino Auto abb. tuisque heredibus uetrisque fratres monachi pene nomine . . . . & post pena soluta presens hoc membrana donacionis manifestationis sicut supra omni tempore in suo robore & firmitate permaneat. Hactum in castro qui uocatur planorio indictione quartadecima.

✠ Signum †††† manibus Lambertus & bonusuicinus seu ugo & raginerio & azo germanis donatoris qui hoc membrane donacionis sicut supra fieri rogauit.

✠ Signum ma †††† nibus arardo qui u. Alegrito fil. q. zenarius seo Johannes fil. q. petro da casalia sitque Johannes q. uodala ualle . . . . . . oluro qui uocatur fusculo fil. q. Sichizo de bonezo rogatis test.

✠ Scripta hoc membrana donacionis per manus sichizo tabell. fil. quondam azo rogatus a retroscriptis donatoris sicut supra post roborata a testibus tradita uidi compleui & dedit.

NUM.

NUM. LX.

Dal Murat. Antiquit. Med. ævi. T.V. Diss. LXVII. pag. 615.

An. 1062. 14. Febbrajo.

Rolando Vescovo di Ferrâra investe Ugo Conte figlio d'Ugo Marchese, e Matilda sua moglie della pieve di S. Giórgio detto Intramâra e d'altri possedimenti nel territorio di Ferrâra e Gavello.

In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Anno Dominice Incarnationis Millesimo sexagesimo secundo Pontificatus Domini Alexandri Pape Anno primo Regnante Henrico Tertio quondam Henrici Imperatoris filio Anno quinto die quarto decimo mensis Februarii Indictione quintadecima in Palacio juxta Ecclesiam Sancti Georgii Episcopii Ferrarie. Notificamus ad memoriam future recordacionis qualiter Domnus Rolandus egregius Episcopus Sancte Ferrariensis Ecclesie concessit & largitus est titulo atque inuestitura beneficii Domino Ugoni Comiti filio quondam Ugonis Marchionis nec non inclite uxori ejus Matilde totam & integram plebem Sancti Georgii que dicitur Intramara & integram medietatem . . . . plebe Sancte Marie de Gabiana & Villa que uocatur Rotunduli. & decimationem & totam decimationem habitancium omnium in Villa Corrigie tam ex una parte gurgi quam ex alia. Et insuper donamus quantum nobis pertinet per testamenti paginam Arche positum Via Uratica uel in aliis locis que omnia sunt recta & laborata per manus heredum Milonis atque heredum Almerici cum illorum consortibus. Et iterum concedimus uobis predictis similiter pro beneficio quantum uos ambo scilicet uir & uxor concesistis hodie michi meeque Ecclesie imperpetuum que uobis obuenit quocumque modo uel titulo de hereditate quondam Almerici tam in Comitatu Ferrarie quam in Gauellense. Eo uidelicet pacto atque tenore ut si quis ex uobis duobus predictis prius obierit sine aliqua diminucione deueniant atque permaneant in potestate & lucro ejus qui suprauixerit. Et qui suprauixerit si cum legitimis heredibus mortuus fuerit deueniant hec omnia ad heredes eodem jure beneficii. Quod ut absit si contingerit uobis ambos sine heredibus mori hec omnia integraliter reuertantur sine aliqua occasione uel mora ad predictam nostram Ecclesiam cujus est jus & proprietas. Et si ego Rolandus predictus Episcopus hec omnia cum meis Successoribus non obseruauerimus uel uobis eam tollere aut diminuere uestris heredibus ego cui aut mei successores per uim uoluerimus. tunc promitto atque obligo me meosque successores dare uel componere uobis pre-

prediɑis uestrisque heredibus auri optimi libras sex & post solutam penam hoc beneficium permaneat in suo robore firmitate. Quod paɑum per manus meas Gregorii Diaconi atque Sanɑe Ferrariensis Ecclesie Notarii conscriptum ueraciter usque ad finem deduɑum sub die mense & Indiɑionibus prescriptis omnibus rogatus compleui & dedi.

✠ Bonus Judex Romani Juris Rolandum Episcopum rogantem uidens ss.

☧ Ego Signoritus Sacri Palacii Judex interfui & subscripsi.

Signum manus.

Guidonis de Frederico & Gerli qui Vertelo & Pagani Alberici filius & Uberti . . . . Domni prescripti Episcopi & Agislulfi Gisulfi atque Ezolo Guezonis Arimundi Johannis Tabelii Adam de Amizo Ungarelli & Vettoli ad omnia prediɑa cum releɑum est teste sicut supra legitur.

Noticia testium idest		
Guidonis	ulx.	testis
Teli Johannis	ulx.	testis
Pagani	ulx.	testis
Uberti Adam	ulx.	testis
Agisulfi Ungarelli	ulx.	testis
Gisulfi	ulx.	testis
Ezoli Etto	ulx.	testis
Guezonis	ulx.	testis
Arimundi	ulx.	testis

NUM.

NUM. LXI.

Dall' Archivio de' Canonici della Chiesa Bolognése. Filza I. num. 10.

An. 1062. 28. Febbrajo.

Pdolo Prete figlio di Giovanni dona a' Canonici della Chiesa Bolognése alcune terre in Britalia, ed in altri luoghi del territorio di Bologna.

In nomine Sanĉte & indiuiduc trinitatis. anno ab incarnatione Domioi nostri Jehsu Christi millesimo sexagesimo secundo regnante domino Henrico filio Enrici imperatoris anno sexto pridie Kalendas marcii indiĉtiooe quintadecima. ego quidem in die nomine paulus presbiter filius Johannes bono animo bonaque uoluntate placet adque conuenit mihi ut per hoc instrumentum concessionis pro timore omnipotentis dei & remedio luminarie anime mee & de quondam petrus de calenda & de petrus presbiter & ursa que uocatur femina filio & filia ejusdem petri de calenda mea conueniencia qui supra paulus presbiter do adque concedo & transfero in canonica regularis Sanĉte bononiensis ecclesie & uobis domino leone archipresbitero & domino Samuele archidiacono prefate Sanĉte uestre bononiensis ecclesie uestrisque successoribus adque fratribus uestris canonicis qui modo in eadem canonica uobiscum permanent & in futuro auenerit ad abendum tenendum & possidendum. idest ex ista parte fluuio reno infra uico qui uocator brittalia pecia una terra uitata eciam & trans fluuio sauena in loco qui uocatur mercurano pecia una terra aratoria ambas cum introito & exoito suo usque in uia publica uel cum omnia super se & infra se abentem in integrum. prima pecia terre que est uineata in prediĉto uico brittalia a pertica decipeda mensurata ab uno latere detinet heredes leoni de maria cum consortibus illorum perticas decem & oĉto & media & ibi uia que est exoito de commune. ab alio latere juxta berno de calendo perticas sedecim & pedes oĉto. ab uno capite terra indomnicata Sanĉti petri apostoli quam detinet in feodum bonusfrontino filius Winibaldi perticas sex & pedes tres & palmo. alio capite uia de comune perticas quioque & pedes quatuor. secundam pecia terra aratoria que est in prenominato loco qui uocatur mercurano a pertica decipeda mensurata ab uno latere juxta heredes quondam petri bonici perticas triginta & quinque. ab alio latere possident prediĉti heredes petri bonici perticas trigiota & due. ab uno capite juxta heredes randoini perticas quatuordecim. alio capite uia que est exoito

to de comune perticas nouem & pedes quatuor. A presenti die do atque concedo & transfero ego prenominato paulus presbiter uobis retroscriptis domino leone archipresbitero & domino Samuele archidiacono uestrisque fratribus canonicis qualiter superius legitur & uestris successoribus ad habendum tenendum & possidendum & quidquid uobis opportunum fuerit exinde faciendum in perpetuum ad jura propria ut neque a meis successoribus ullam exinde abeatis molestacionem aut causacionem uel intencionem. Set de me uel de meis successoribus & de meoque dominium aufero potestatem in uos & in uestris successoribus uestroque dominium confirmo & transfero potestatem. & ego predictus paulus presbiter meique successoribus predicta amba pecie terre una uitata & alia aratoria qualiter supra legitur uobis retroscripti domini leoni archipresbitero & Samuele archidiacono uel fratribus uestris canonicis & jam dictis successoribus omni tempore ab omni omine defensare & autorizare repromitto. alioquin . . . . . . daturo me promitto ego retroscripto paulus presbiter uel successoribus meis componere & dare uobis retroscripto leo archipresbitero ac Samuele archidiacono uel uestris successoribus pene nomine in . . . . . denariorum ueronensium libras uiginti & post penam solutam hoc instrumentum concessionis sicut supra legitur omni tempore in sua maneat firmitate. actum in canonica Sancte bononiensis ecclesie. indictione retroscripta quintadecima.

✠ Paulus presbiter Sancte bonooiensis ecclesie sicut supra legitur rogaui & ss. m. m.

✠ Signum manibus Johannis bono filius petri de alberto & leo filius boni de martinus ruso & bulgaro filius gottifredi de uuazemanno & ato filius leoni de ato. & alberto filius alberti de petro de saura rogatis testibus.

In Christi nomine. ego tabellio petrus de porta parmense hoc instrumentum concessionis sicut supra legitur scripsi compleui & dedi.

NUM.

NUM. LXII.

Dall' Archivio Pomposiano.

An. 1062. 7. Ottobre.

Ugo figlio di Gerardo d' Almerdda assegna a Tedelberga figlia di Pietro di Re . . . . . . la sesta parte de' feudi ed allodj, che possiede nel Contado di Bologna, Ferrara, Modena, ed Imola.

BREVE recordationis de juramento quod fecit Ugo filius gerardi de almerada Giseltrude uxori petri de Re . . . . . . & filie ejus Tedelberge in presentia domni Lamberti Episcopi & Samuelis Archidiaconi & aronis de Urso de abraam & Gerardi Clerici de Gerardo de Sora & in presencia Ugoni Vicedomini & pagani filio . . . . & Johannis de leo diacono & . . . . filii aberti de atto & gerardi filii Bilixi . . . . . . erte in presencia omnium supradictorum jurauit ugo filio Gerardi de Almerada giseltrude . . . . . natis . . . . . . debere dare Tedelberge filie ejus sextam partem omnium que habet in aloio & in feodo & in fidice seruis & ancillis & liberis & sextam partem omnium que habet & tenet de proprio & de condeticia & de mobile & immobile infra istos quatuor comitatus idest comitatu bononiense Ferrariense Imolense & motinense prenominato Ugo cum Tedelberga cum omn. . . . . . retinere debet prenominato Ugo a. . . dare . . . . . . bonum feodum ad . . . . habet si ille . . . . poterit . . . . . .

Hec omnia prenominato Ugo laudauisse . . . . nullo ingenio si Deus illum adjuuet & sancta quatuor Euangelia. Factum fuit hoc Sacramentum . . . . in domo domni Lamberti Episcopi die septimo mensis octobris. indictione quintadecima.

NUM. LXIII.

Dall' Archivio dell' Abbazia di Santo Stefano.

An. 1063. 24. Febbrajo.

Arardo Diacono della Chiesa Bolognese figlio di Richizo dona a Rodolfo suo fratello, e alla moglie Berta, ed ai loro figli, ed eredi i suoi beni nella Città, e territorio Bolognese.

In nomine sancte & indiuidue trinitatis. anno ab incarnatione Domini nostri Jehu Christi millesimo sexaiesimo tertio. rengnante dominus henricus rex anno . . . . . . Sexto Kalendas martii indictione prima. Et ideo in dei nomine ego quidem in dei nomine arardus diaconus sancte bononiensis ecclesie filius quondam richizo mea propria hac spontanea uoluntate ut per hec instrumenta manifestatio concessionis mea conuenientia do & dono sitque concedo de meo jure meoque dominio in uestro jure uestroque dominio uobis rodulfo & Berta uir & uxor germano & cognata mea uestrisque filiis & heredibus ad habendum tenendum & possidendum. idest omnes res & possessiones meas quantas mihi pertinet trans fluuio Itisce pago celari . . . . . territorio bononiensis judicaria montinensis . . . . meo que est recto & laborato per manus petri de alberto russo qui illud . . . . ere jacet in massa pita cum omnibus angariis & obsequiis & relationibus suis. & petia una terre aratorie quam detinet martinus plano & insuper quantasque . . . . terra lineata infra comitatui bononiensis uel motinensis uel infra episcopio ejusdem. hec omnia cum terris & uineis casis edifitiis & uacuamentis ecclesiis . . . . . & oratoriis etiam as . . . . an aliis manenciis uel resedenti colonis uel ascrititiis & inquiliniis cum pratis pascuis siluis salectis arboribus paruis . . . . & infructiferis diuersisque generibus atque uineis siluis rupinis . . . . . . sis aquarum fontibus cultum & incultum diuisum & indiuisum domnicatum & ordinatum propr. . . . . conditita sunt deptinuerit a salua justitia & tam infra Ciuit. bononia quam qui in burgo uel inter ciuitate bonon. siue in montibus quam in plani omnia & ex omnibus sicut supra legitur mee pertinencie totis scilicet predictis rebus uobis tam dicto rodulfo dulcissimo germano meo & retroscripta berta cognata mea quam uestris filiis & heredibus abeatis & teneatis & possideatis in integrum in omni euo futuro & ego scripto arardo heredibus & successoribus predictis rebus qualiter jam supra legitur tibi jam scripto rodulfo & tuis filiis & heredibus omni tempore defensare & autorizare promittimus. alioquin si contra agere aut causare

re presunsero aut agentibus consensero & non defensauero . . . . qualiter supra legitur nunc data. & promitto ego scripto arardo & meis heredibus & successoribus componere & dare uobis dicto rodulfo & berta uir & uxor & a uestris filiis & heredibus pene nomine auri optimi libras duas & post pena soluta hec instrumenta manifestacionis & concessionis ut supra legitur in suo maneant robore. Actum in terr. cui tuscus margarita indictione suprascripta prima.

Arrardus diaconus manu mea scripsi.

†††† Signum petri cap. . . . . . & urso filio bononio de azo & Johannes filius teuzo da paterno & petri filio bonmartinus de petri guilla rogatis testibus.

Tabellius dominicus hec instrumenta concessionis per rogatio de dicto arardo scripsit & mei robur accomodauit & compleuit.

NUM. LXIV.

Dall' Archivio de' PP. di S. Francesco.

An. 1064. 13. Gennajo.

Adalberto Conte figlio d' Ugo Marchese investe Pagano di Gottifrédo da S. Venanzo e Righiza sua moglie d' alcune terre nel territorio Bolognése in luogo detto Severático.

In nomine domini. anno dominice incarnationis millesimo sexagesimo quarto regnante domino enricus filius domini enrici imperatoris anno octauo die tercio decimo mense januarius indictione secunda. petimus ad te dominus adalbertus comes filius quondam domini ugonis Marchio ut nobis petro qui u. pagano filius quondam gotofredo de Sancto Venancio & righiza jug. atque heredibus nostrorum per enfiteoticario nomine jure present die nobis concedere dignetis rem juris uestre proprietatis idest in loco & fundo qui uocatur siuiratico pecia una terre aratorie cum introito & esito suo usque in uia plubica atque omnia super se & infra se abentem in integrum. perticas decipedas mensurata. ab uno latere juxta uia corente perticas treinta quatuor. alio latere justa germano meo qui supra alberto petticas treinta & duo. ab uno capite justa liflochi pert. uiginti & quinque. alio capite juxta bonus fantinus de gazanitico & . . . . perticas uiginti & due uel si quis aliis adfines sunt. omnia qualiter supra legitur presenti die dabo ego retroscripto alberto predicta pecia terre arat. uobis retroscriptis petitoris uestrisque heredibus ad abendum tenendum & possidendum & faciendum quitquit uobis placuerit a salua justicia donnica persoluenda. & post completas heredes uestras qui supra petitoris calcia-

calciarios dandi enfiteosin in oc ordine renouentur. sic ita tamen ut ex inde inferre debeatis uos retroscriptis petitoris uetrisque heredibus ad nos retroscriptis adalbertus dominacione meisque heredibus singulis quibusque indic. pensionis nomine in argento den. duo ueneticorum . . . . . ut dictum est pensio persoluatis. & ego retroscripto albertus meisque heredibus predicta pecia terre aratoria uobis retroscriptis petitoris uestrisque heredibus omni tempore ab omni omine defensare & autorizare promittimus. si qua uero pars que contra hec instrumenta enfiteusim ire tentauerit & non conseruauerit omnia qualiter supra legitur det pars partis pene nomine in argent. denariorum ueronensium libras uiginti & post pena soluta hec instrumenta enfiteosin sicut supra legitur omni tempore in sua maneat firmitate. actum in ciuitate bononia. Indictione retroscripta secunda.

✠ Signum manus retroscripto alberto comes qui hec instrumenta enfiteosia sicut supra legitur fieri rogauit.

††††† Signum manibus azo filio ricardo & fusceratus de petrus de bonifredo & minucio filius Teucio & aldeberto filius rusticello de gualberto & uberto filius petro de Johannis sichici rogatis testibus.

✠ Scripta hec instrumenta enfiteosin per manus me not. filius arardo not. rogatus. sicut supra legitur compleui & absolui.

NUM. LXV.

Dall' Archiv. de' Canonici della Chiesa Bolognese.

An. 1065. 10. Giugno.

Lamberto Vescovo di Bologna dona ai Canonici della sua Chiesa parecchie terre in Arcoveggio, ed in altri luoghi del Contado Bolognese.

In nomine domini. anno ab incarnacione domini nostri Jehsu Christi millesimo sexagesimo quinto. residente domino alexandro papa in apostolica sede beati petri apostolorum principis anno tercio regnante domino Enrico filio bone memorie domini Einrici magnifici anno ejus nono die decimo mensis junii indictione tertia. Lambertus diuina fauente gratia bonn. episcopus. si seruorum dei ministrorumque ejus idoneis precibus aures nostras accomodauerimus deo placere indubitanter credimus. quocirca cunctorum presencium ac futurorum sancte Dei ecclesie fidelium pericie notum fieri uolumus quod canonicam nostro tempore nostroque studio dorante Christo misericordia congregatam atque canonico more ordinatam apo-

apostolico quoque & imperiali precepto rite munitam bono animo ardentique desiderio angeri ditari firmari quantum possumus omni jure uehementer cupimus. quoniam quidem sine dubio scimus fidelium animas oblacionibus orationibus helemosinarum quoque largitionibus a peccatorum uinculis absolui posse. Idcirco igitur quia nostros canonicos in studiis intentos esse decreuimus dignum fore duximus eos bonis ecclesie cui studiose seruiunt fulciri studeamus assidue quatenus curis secularibus sepositis inlicitis etiam occasionibus Dei laudibus uacare ualeant libentius. ideo quidem quemadmodum superius taxatum est perfecta uoluntate donamus concedimus atque perpetualiter tribuimus tibi leoni archipresbitero Sancte bonn. ecclesie tuisque confratribus tecum comorantibus tuis quoque successoribus communiter uiuentibus ad habendum tenendum possidendum & quicquid uobis opportunum fuerit exinde faciendum. idest unam peciam terra uineatam subtus ciuitate bononiam juxta alueum de Sauena antiqua qui u. arcouegio prope oratorium Sancti hermetis qui habet in se tornaturias duas cum introito & exoito suo usque in uia publica. & omnia super se & infra se habentem in integrum pertica decipeda mensurata. finis . . . . esse uidetur. ab uno latere juxta bonumfantinum filium johannes Kamarlingi secundo latere juxta uineam Sancti benedicti tercio latere juxta petrum castaldionem quarto latere juxta predictum alueum. atque subtus prefatam ciuitatem in loco qui u. roncalie Sancti petri petiam unam terre aratoriam similiter cum introitu & exoito suo atque usque in uiam publicam. hec omnia super se & infra se habentem in integrum pertica decimpeda mensuratam ab uno latere juxta uiam que ducit ad curticellam perticas quadraginta & nouem. alio latere ad uiam qua itur ad salicetum similiter perticas quadraginta & nouem. alio latere juxta terram prefate ecclesie donnicatam quadraginta & nouem quarto latere perticas quadraginta juxta arnulfum de ronzano cujus terre proprietatem similiter uobis concedimus quam ibi tenere uidetur. aliam quoque peciam ab uno latere ab oriente habentem perticas quadraginta quinque cum ingambaturia sua juxta ezolum cujus terre proprietatem similiter uobis concedimus quia ibi tenere uidetur & terram Sancti petri donnicatam. alio latere ab occidente juxta uiam quadraginta & quinque tertio latere juxta heredes Johannes de Sergio similiter perticas quadraginta & quinque quarto latere juxta petrum Castaldionem perticas quadraginta & quatuor. aliam quoque peciam terre juxta uiam perticas septuaginta & septem. alio latere perticas septuaginta & quinque ab uno capite desuper juxta ingambaturia perticas triginta & nouem. alio capite juxta terram domnicatam sancti petri perticas triginta & mediam & ipsa ingambaturia. ab uno latere juxta uiam publicam habet perticas uiginti & quatuor. alio latere juxta heredes Ursonis de presbitero Habraham perticas uiginti & qua-

quatuor . ab uno capite que est juxta uiam perticam decem & nouem & media . alio capite juxta jam dictam terram perticas uiginti & quinque similiter . donamus uobis duas alias petias terre in eisdem roncaliis in loco qui u. carescedo ab uno latere juxta heredes Gerardi Corui perticis sexaginta & quatuor alio latere juxta fusceradum de petro de bonifredo simul ab uno capite desuper juxta albertum filium alberti de atto perticas octo . alio capite juxta terram Sancti petri quam albertus judex tenet per feudo . Secunda petia ab uno latere juxta prenominata heredes Corui perticas quinquaginta & septem . alio latere similiter ab utroque capite perticas octo & media . nec non & aliam uineatam prope monasterium Sancti naboris & felicis supra & juxta stratam ab uno capite perticas sex . alio capite juxta tebaldum filium petri judicis perticas sex & pedes duos . ab uno latere juxta heredes petri de uuandilo de benizo sclao perticas decem & nouem & pedes octo . alio latere juxta supradictos heredes petri de Wandilo perticas decem & nouem & semisso . alia nanque terram uineatam & aratoriam que est in loco qui dicitur fabrolini ab uno latere juxta paganum filium rodulfi perticas triginta & sex secundo latere juxta heredes quondam johannes de clarissimo perticas triginta & nouem & ab uno capite juxta terram clarissimi diaconi de rusticelli de presbitero petto de dinna perticas triginta & una & media alio capite juxta uiam publicam perticas triginta & duas & media . Similiter damus omnia que uobis merolarius & uxor ejus condonauerunt . Insuper etiam cuncta que a nostris antecessoribus & a nobis siue etiam ab aliis hominibus qui de nostre Ecclesie proprietate fuerunt que per mundiburdia imperatoris siue pape precepta uestris antecessoribus & uobis donata concessa quocumque modo fuerunt seu deinceps quecumque adquirere potueritis rationaliter uos uestrisque successores tam in montibus quam in planis laudantes concedimus atque perpetualiter tribuentes firmamus ut neque a nobis neque a nostris successoribus neque ab aliqua magna uel parua persona aliquam molestiam uos uel uestri successores perpeti debeatis . Quicumque hujus nostri decreti adjutor & defensor fuerit omnipotentis Dei benedictionibus Sanctorum omnium perfruantur & nostra . qui uero temerarius uiolator extiterit perpetuo anathematis uinculo condemnetur ex parte Dei & Sanctorum omnium & nostra sit maledictus stando & eundo dormiendo & uigilando cunctaqoe maledictiones ueteris & noue legis super eum ueniant nisi resipuerit . ut autem hoc decretum uerius credatur & firmius teneatur propria manu subtus firmauimus . Actum in predicta canonica indictione tertia .

Lambertus bononiensis episcopus M. M. S. S.

Signum ††††† wido filius petri de giso . fuscuradus filius q. petri rusticel-

sticellus fil. quondam attonis. leo de Dominico de albina. bonandus fil. quondam Johannes de uitale.

In Dei nomine ego Johannes Diaconus ejusdem ecclesie preceptum Domini mei Episcopi sicut supra legitur scripsi & absolui.

NUM. LXVI.

Dall' Archivio del Monastero Nonantoldno.

An. 1068. 15. Decembre.

Pietro, e Bonando figli d' Alberto, Arardo figlio d' Ugo, e Ildebrando figlio d' Alberto detti d' Aramino Bolognési investono il Monastero Nonantoldno della Chiesa di San Bartolomeo Apostolo ne' Borghi di Bologna fuor di Porta Ravenndte, e di tutte sue pertinenze.

In nomine domini dei & saluatoris nostri Jhesu Christi anno ab incarnatione ejusdem millesimo sexagesimo octauo. octauo decimo Kalend. Januar. Indictione septima. Stetit atque conuenit inter petrum & bonandum germanos filios quondam Alberti & Arardum filium quondam Ugonis atque Ildeurandum .... filium qu. Alberti qui dicuntur Aramini de Ciuitate Bononie nec non & inter donnum landulfum abbatem & alios abbates aduenientes in omni sequenti tempore monasterii Sancti Siluestri sito Nonantule & Johannes prepositum atque petrum ardengum & martinum seu constantinum namque rodulfum presbiteros & monachos monasterii Sancti Siluestri siti nonantule pro se & in uice aliorum monachorum extantium & suis successoribus ut in dei nomine debeant dare sicut a presente dederant iidem ipsi suprascripti petrum & bonandum germanos & arardum atque Ildeurandum suprascripto Landulfo abbati pro se & aliis Abbatibus & suprascriptis monachis eorumque successoribus a parte suprascripti Monasterii ad habendum tenendum fruendum libellario nomine in perpetuum idest nominatiue ecclesiam Sancti Barthlolomei apostoli que est sita in burgo ciuitatis bononie a porta que dicitur rauenniana cum cimiteriis & claustris & omnibus terris casis uineis campis pratis pascuis ortis atque linaribus siluis & sallectibus ripis rupinis aquis aquarumque ductibus molendinis & omnibus rebus ad eamdem ecclesiam nunc pertinentibus uel que aliquo juris titulo in futuro pertinuerint omnia & ex omnibus cum finis & accessionibus & pertinenciis earum rerum in integrum. Ea uero racione ut ipse predictus Abbas uel alii sequentes Abbates & predicti Monachi & eorum successores omni tempore quotiescumque uigiotl & nouem anni expleti fuerint libellum renouare debeant a suprascriptis petro & bonando germanis & arardo atque ildeurando uel ab eorum heredibus & proheredibus per-

perpetuis temporibus & pro ipsa renouatione libelli centum solidos ueronensis monete & non plus suprascriptis locatoribus uel eorum heredibus. qualiter supra legitur present & persoluere exinde debeant nomine pensionis predictus Abbas cum aliis aduenientibus abbatibus & predicti monachi & eorum successores singulis annis tertiam partem de omnibus oblationibus que in tribus principalibus festis paxe scilicet & natiuitatis domini & in uocabulo Sancti bartholomei apostoli a deum timentibus ad eamdem ecclesiam oblate fuerint excepto quod in luminibus predicte ecclesie expensum fuerit. Eo uero ordine ut predictus petrus & bonandus germani & arardus atque ildeurandus & eorum heredes ac proheredes similiter in perpetuum predictam ecclesiam & omnes res suprascriptas ad eamdem ecclesiam pertinentes uel in antea aliquo modo peruenturas omni tempore ab omni contradicente homine defensare debeant ac quiete & pacifice sine omni sua uel heredum suorum ac proheredum molestacione predicto Abbati aliisque abbatibus & predictis monachis eorumque successoribus omni tempore qualiter supra legitur possidere permittent.

Penam uero inter se posuerunt ut si quis de predictis uel eorum heredibus & proheredibus ac successoribus se de hac conuenientia aliquo modo remouerit & non permanserit in his omnibus sicut supra legitur ut componat illa pars que non seruauerit hoc a parte fidem seruantis pene nomine argenti de bonis denariis Veronensis libras centum & post penam solutam hec promissio predicte conuencionis in sua permaneat firmitate quia sic inter uos conuenit.

Et inde duo libelli uno tenore scripti sunt.

Actum in Castro Nonantule feliciter.

Ego Petrus ut supra legitur mm. ss.

Bonando mm. ss.

Signa manuum teberto & fredulfum & pezulo atque adam . . . . . petrum amazzacaballo scilicet petro massaro ac dominic. notar. qui in his omnibus sicut supra legitur rogati sunt testes.

Ego Petrus notarius scripsi post traditum compleuit & dedit.

NUM.

NUM. LXVII.

Dall' Archivio dell' Abbazia di Santo Stefano.

An. 1068. . . . .

Alberto Conte da Pånigo, e la moglie Imelda, e il figlio Milone donano al Monastero di Santa Lucia la Chiesa della Trinità in luogo detto Prato di Baratto colle sue pertinenze.

In nomine Sanctæ trinitatis. anno ab incarnatione domini millesimo sexagesimo viii. regnante domino enrico rege indictione vii. in dei nomine ego Albertus comes de panigo & uxor mea nomine imelda cum filio nostro nomine milo pro peccatis nostris & omnium parentum nostrorum uiuis ac defunctis ut in die judicii bonorum retributionem accipiamus a domino donamus ecclesiam sancte trinitatis fundata in loco qui dicitur prato baratti ad sanctam luciam uirginem per omne tempus in proprietate & in alode & a me uenerabilis abbas urso nomine & cunctis successoribus suis post tam abbatibus quam monachis sancte lucie uirginis ad tenendum ad possidendum & ad ordinandum in jura monachorum omni tempore sit in tua potestate & dominatione cum omni possessione & ereditate sua quam olim habuit & modo habet & in antea habuerit uel acquisierit sicut rolandus presbiter & monachus melius eam tenuit & habuit sic tibi domno urso abbas ecclesiam supradictam concedimus & donamus firma donatione in perpetuum ut suprascriptum est sine ingenio malo & sine ulla mala usuracione. sic donamus & propriis manibus firmamus ego Albertus Comes & uxor mea Imelda & filius noster milus cum consilio & uoluntate cunctis fratribus meis & parentibus in tali racione si fuerit aliqua subdita persona homo uel femina ex heredibus nostris aut aliqua extranea persona uel priuata hanc cartam contradicere aut molestare uolnerit aut aliud facere nisi hoc quod suprascriptum est iram Dei omnipotentis incurrat & cum Dathan & abiron penam & cum anna & caipha atque pilato & cum Juda traditore domini & cum Simone mago in inferno inferiori dampnationem eternam accipiat nisi resipuerit & a satisfactione coram deo & Sancte lucie uenerit ita ut per molestacionem quam molestauit emendet ad sanctam luciam xxx libras auri purissimi pro pena. & pena soluta hanc cartam in sua maneat firmitate in perpetuum.

Signum manus Alberti Comitis & imelde uxoris sue & filii sui mili qui hanc cartam scribere fecit & sua manu firmauit.

†††††† Presbiter Sigezi de saxoni. engezo Castaldo. boneto Castaldo. Gaiulfo de Stamignano. Guido de pagano & flamignino rogati sunt tt.

 Ego

Ego honestus X misericordia tabellio scripsi & post prefatam corobora-tionem compleui & firmaui.

NUM. LXVIII.

Dall' Archivio de' Patrizj Guastavillani.

An. 1069. . . . . Marzo.

Orso figlio di Giovanni detto Bolnexe investe Pietro di Giovanni detto d' Ingelbe . . . d' alcune terre.

In nomine Dei amen. Anni ab incarnatione domini n. . . . . . . xagesimo nono. Regnante Domino Enrico filio quondam . . . . tertiodecimo die tertio idus Mense Martius ind. . . . . galeria saltus pano territorio bononiensi & judiciaria mo. . . . . . se Petimus ut uobis Urso filio quondam Johannis qui uocatur Bolnes . . . & . . . . . . nobis Petrus quondam Johannes qui uocatur de ingelbe . . . . cum enfiteosin nomine jure presenti die nobis concedere dig. . . . . qua per refusionis causam. abemus da benno filio quondam cor. . . . . seria medietatem de solo uno terre cum Casa cum introito. & exi . . . . uel cum omnia super se & infra se abentem in integram perticas dec . . . . in longitudinem suam per ambabus latere possidet johannes de geor. . . . . . . de qui uocatur de ramberto de imolensi. ab uno Capite flu. . . . . . . plubica infra istis lateribus medietatem sicut . . . . aliis affines sumus. omnia qualiter supra presenti die nobis pe. . . . . ut diximus in integram & abendi tenendi & possidendi tum . . . . tuis eredibus & post completis filiis & nepotibus tuis quos p. . . . . alia paina libellum enfiteusin in oc ordine . . . . petitore & tuis heredibus oportunum fuerit uendere & . . . . seat perueniat & uendat ut nos scriptis datoris . . . . justum precium dare noluerimus licentiam abeatis d. . . . . ris placuerit expeto eredibus quondam Alberto com. . . . . in justicia Dominica persoluendi & inferi debeam ego S. . . . . & meis eredibus uobis scriptis Urso & Maria jugalibus datoris . . . . annus infra indicione pentionis nomine in argento demus ro. . . . . est pensio persoluatur. & nos scriptis Urso & Maria jug. . . . . sa qua litem supra uobis scriptis patrum & ut uestris eredibus omni t. . . . . nes defensare & autoriare promittimus. Si qua u. . . . . paina libellum enfiteusim ire tentauerit & non conse . . . . omnia que aliter supra dat pars partis pene nomine in ar. . . . . ta ueronense & post penam solutam hac paina . . . . . . sicut supra omni tempore in suo robo-

robore . . . . & firmitate . . . . in burgo galeria indicione scripta septima.

Signum †† manibus Urso & Maria jugalibus scriptis datoris qui hoc . . . . enfiteosin sicut supra fieri rogaui & eos uel . . . .

Signum †††† manibus johannes floro & Alberto de . . . . const. . . . . & corutlo qui uocatur treculino & Johannes filio fuscara . . . . rogatis testibus.

Ego Johannes tabellio scriptor sum de hoc libellum & . . . . roboraui & roboratum a testibus tradita ui . . . .

NUM. LXIX.

Dall' Archivio Pomposiano.

An. 1074. 17. Febbrajo.

Pietro Prete detto Brina figlio di Giovanni Lando investe Guido Prete figlio di Pier Gavignano d'un pezzo di terra in Bologna antica distrutta in luogo detto Campolungo.

In nomine Sancte & Indiuidue Trinitatis. Anno ab Incarnacione Domini nostri Jesu Christi Millesimo septuagesimo quarto. Regnante Domino Enrico filio Enrici Imperatoris anno octauo decimo tertio Kalendas Marcii. Ego quidem in Dei nomine Petrus Presbiter Brina filius quondam Johannis Landi bono animo & uoluntate placet & conuenit michi ut per hoc instrumentum concessionis a presenti die do & concedo tibi Guidum Presbiterum filium Petri Gauignano & cui tu eciam significare uolueris & heredibus illorum ad habendum tenendum & possidendum idest hic intro Ciuitatem Bononia antiqua destructa in loco quam dicitur Campo longo non longue ab Ecclesia & Monasterio Sanctorum Martirum Geruasii & Protasii solo uno terre uacuo cum introitu & exoitu suo usque in uia publica uel cum omnia super se & infra se abentem in integrum a pede leitimo mensurato. ab uno latere desuper pedes uiginti nouem juxta Leonem de Axulfo. alio latere de supto pedes triginta juxta Reuerendum Guidonem Presbiterum & Leonem de Cerunda. tercio latere pedes quadraginta & septem juxta predictum Petrum Presbiterum Brina quarto latere pedes quadraginta & quatuor juxta supradictum Reuerendum Guidonem Presbiterum & Martinum Presbiterum & Teucia de Presbitero Johannis & heredem Rodaldi. uel si quis aliis adfines sunt. Ipso namque solo terre que superius legitur sicut superius scripta & determinata esse uidetur do & concedo ego prefato Petrus Presbiter Brina tibi prefato Guidum Presbitero & cui tu significare uolueris & heredibus illorum ad habendum tenendum & possi-

possidendum & quicquid uobis placuerit exinde faciendum a salua justicia domnica persoluendum. & sit tibi supradicto Guidum Presbitero & cui tu significare uolucrit licencia per unamquamque Indicioonem pensio denariorum Veneticorum tres a dominacione dare & quacumque tempore uobis placuerit renouare. ut neque a me neque a meis successoribus & heredibus ullam exinde abeatis molestacionem aut causacionem uel intencionem. Et ego prescriptus Petrus Presbiter Brina meisque successoribus predicto solo terre qualis superius legitur tibi prenominato Guidum Presbitero & cui tu significare uolueris donec a dominacione renouaueritis ab omni homine defensare & autorizare promitimus. alioquin tunc daturo me promitto ego supradictus Presbiter Brina meisque successoribus & heredibus componere & dare tibi supradictus Guidus Presbiter & cui tu significaueris pene nomine in integrum denariorum Veronensium solidos triginta & post penam sulutam hec instrumenta concessionis sicut superius legitur omni tempore in sua maneat firmitatem. Actum in supradicta Ciuitate Bononia antiqua destructa Indictione supradicta duodecima.

✠ Ego Petrus Presbiter Brina manu mea scripsi.

†††††† Signum manuum Martinus de Urso de Leo & Johannes filius ejusdem Martini seu Benajo filius Bononii Capitanii & Petrus filius Azonii de Sancto Cassiano & Johannes filius Bononi Johannis Marmorarii. & Martinus filius Dominici Mancuoso rogatis testibus.

✠ In Dei nomioe ego tabellio Petrus hec instrumenta concessionis scripsi & firmaui.

NUM. LXX.

Dall' Istituto delle Scienze. Monum. Eccl. Bonon. T. XXVII. num. 14.

An. 1074. 23. Marzo.

Gregòrio VII. Pontefice conferma alla Chiesa Bolognese le sue possidenze e giurisdizioni.

Gregorius seruus seruorum Dei. notum omnibus fieri uolumus quod reuerentissimus lambertus Ciuitatis bon. Episcopus Romam ueniens uisitare apostolorum limina ostendit nobis munimina & inuestitiones factas ab antecessoribus nostris idest agapito & pelagio & gregorio dialogo & formoso apostolicis de rebus sue ecclesie. Proinde inclioati precibus ejus concedimus atque confirmamus sue ecclesie saluo in omnibus jure & Romane Ecclesie priuilegio monasterium Sancti Michaelis archangeli positum in fundo pater-

paterno cum omnibus rebus & pertinentiis. seu donamus monasterium Sancte marie situ in massa que uocatur monte Palense quam *Juanninus* Imperator tradidit bononiensi Ecclesie cum curte ibique tenente se que nominatur aurelia cum montibus qui in circuitu prefati monasterii positi sunt & curtem aliam que uocatur bombiania cum casalibus & pertinentiis suis & montem qui uocatur Cauallorum. & concedimus portum qui cognominatur Galliana cum ripatico & teloneo & paludibus & piscariis & siluis & cum omnibus rebus que ad ipsum pertinere dignoscuntur & duas curtes unam que nominatur curtis major & aliam que dicitur minor posita infra plebem qne dicitur boida. Insuper & damus monasterium Sancti Anastasii fundatum in fundo Petriculo cum portu & teloneo & ripatico cum Siluis & uenationibus cum paludibus & cum omnibus que ad Cuttem que uocatur petriculo & ad prefatum monasterium pertinere uidentur. nec non & curtem que uocatur Cellola (*) juxta flumen quod uocatur Sauena cum oliuetis uineis campis siluis famulis colonis & cum omnibus sibi pertinentibus & ibique non longe fundum uenetic. integrum quod sociorum uocatur pertinentem ad ipsam curtem atque curtem in Panigale que continet in se tres fundos terrarum & uinearum que hoc nomine uocantur Candidatis Pulosia & Grisintelli & monasterium Sancti Prosperi situm in supradicto loco qui uocatur Panigale & curtem que dicitur Cumo cum omnibus suis pertinentiis & monasterium Sancti martini in Pojo cum curte & omnibus sibi pertinentibus & monasterium Sancti martini in Casaliclo cum omnibus suis pertinentiis. atque donamus fraternitati sue portam in Ciuitate bon. que communi nomine dicitur Sancti petri & stratam que nominatur salaria cum stratico & cum omni redditu quam antiquitus persoluere solent ipsi homines qui per prenominatas stratas ire uel redire soliti sunt. Comonemus quoque ut statuto tempore prefatum reditum absque negligentia persoluere studeant & monasterium Sancte Marie que uocatur major cum omnibus suis pertinentiis cum Casa salariata infra Ciu. bon. que est juris ipsius monasterii & monasterium Sancti Columbanii Confessoris cum omnibus rebus suis. & monasterium Sancti Thome apostoli situm ante portam Sancti petri cum omnibus suis rebus & monasterium S. Johannis Euangeliste fundatum in monte qui uocatur Oliueti cum omnibus suis pertinentiis. Similiter concedimus monasterium S. Stephani qui uocatur Jerusalem & quod Dominus petronius edificauit ad usum ejusdem ecclesie & cum mercato Sancti Johannis Baptiste ubique tenente. Seu confirmamus atque stabilimus curtem que nominatur milonis cum porta & ripatico & teloneo & mercato & siluis & uenationibus & cum paludibus & piscationibus & cum seruis & ancillis & cum omnibus ad se pertinentibus. Simili-

(*) *Leggasi* Cicula.

militer concedimus cuncta predicta possessiones monasteria uidelicet & plebes & ecclesias baptismales castella uillas abbates monachos presbiteros diaconos Clericos literatos & illiteratos seruos & ancillas dei atque diaconissas famulos utriusque sexus & homines omnes super terram predicte ecclesie Bononiensis residentes ut in tua tuorumque successorum sint potestate ac defensione infra terminos & confinia episcopatus bononiensis sicut est a flumine quod dicitur Gaibana & riuus qui Sablosulus uocatur & strata que Ungarista dicitur usque ad stallogallum & locus qui uocatur curte & fluuius qui dicitur leo & alius qui uocatur muza. Similiter concedimus prefate ecclesie curtem que dicitur Maxumaticum cum rebus & possessionibus cunctisque pertinentiis. hec omnia que superius dicuntur que prefata Ecclesia nunc juste tenet uel deinceps acquisitum est tam tibi quam cunctis qui in eo quo es ordine loco successerint uel uis quorum interesse poterit in perpetuum reseruanda decreuimus.

Dat. x. Kal. Aprilis per manum petri S. R. E. presbiteri Cardinalis ac bibliotecarii anno I. pontific. domini Gregorii VII. pape. Indictione XII.

NUM. LXXI.

Dall' Archivio della Cattedrale di Bologna. Filza num. 4.

An. 1074. 18. Aprile.

Alberto Conte Bolognese figlio d' Ugo Marchese e Matilde sua moglie confermano a' Canonici della Chiesa Bolognese le donazioni d' Ugo Marchese suddetto.

In nomine Sancte & indiuidue trinitatis. anno ab incarnacione Domini nostri Jehsu Christi millesimo septuagesimo quarto & tempore domini gregorii pape in apostolica sede residentis. regnante domino Enrico filio enrici Imperatoris anno quarto decimo tertio Kal. madii Indictione duodecima. Nos quidem in Dei nomine Albertus Comes Bononiensis filius bone memorie Ugonis incliti Marchionis & Mathilda Comessa jug. bono animo atque bona uoluntate placet & conuenit nobis ut per hoc instrumentum cessionis largitionis transfersionis diffinitionis largimus & transferimus pro salute & remedio anime nostre & remissione peccatorum nostrorum & parentorum nostrorum. a presenti die in Canonica B. Petri Apostoli Sancte Bononiensis Ecclesie & tibi Donno Leoni VV. Archipresbitero ejusdem Ecclesie tuisque confratribus tecum canonice commorantibus uestrisque successoribus ad habendum tenendum possidendum & quicquid uobis . . . . . fuerit exinde

de faciendum & rei domi . . . . idest terras quas Ugo Marchio uestris antecessoribus . . . . dedit scilicet per manu Hei . . . . fra curte que uocatur de fundo . . . . quatuor alio latere perticas centu . . . . Filius Aldebrandi . . . . ab uno capite juxta Petrum Filium Alberti perticas sexaginta . . . . alio capite juxta Fossa que uocatur lama . . . . alia pecia terra ibi prope ex latere uno fossa de Lamario perticas . . . . & octo. alio latere juxta fossa de Gross. . . . . naginta sex. de uno capite juxta Heredes Bezoni perticas septuaginta & trexs. Alio capite juxta Flumecel . . . . ejusdem terre ex latere uno juxta Lamarium perticas quinquaginta & triginta tres. Alio latere juxta fossa . . . . inta & uiginti octo. de uno capite juxta Heredes Bezoni & Heredes Alberti de Girardo perticas quinquaginta . . . . Carbonem perticas quinquaginta & unam. quarta pecia ex eadem terra a latere uno perticas quinquaginta . . . . Rusticellum filium Gotifredi. Alio latere juxta filios Alberti de Girardo perticas quinquaginta uiginti & ochto . . . . . juxta Leonem de Martino Presbitero perticas uiginti. alio capite desuper . . . . . perticas uiginti juxta quinta pecia terra ab . . . . . . Petrus filius Alberti perticas triginta & ochto. alio latere perticas triginta & una juxta predictum Carbonem. ex uno capite juxta filios Gotifredi de Teucio perticas uiginti. Alio capite juxta uiam . . . . tres. sexta pecia terre ejusdem ex uno latere . . . . perticas quinquaginta & nouem. alio latere . . . . . . perticas quinquaginta & septem. ex alio latere juxta uiam perticas tredecim. alio capite desuper perticas sexdecim juxta . . . . uel si quis aliis adfines sunt. ipsas namque pecias terre & canpora que supra leguntur sicut superius scriptum esr . . . . concedendo rransferendo diffinicionem facimus in predicta canonica Sancti Petri & uobis supradicto VV. Leoni Archipresbitero uestrisque confratribus & successoribus presentibus & futuris ad habendum tenendum & possidendum & quicquid uobis . . . . faciendum & licitum sit uobis uestrisque successoribus dominacione per his obedire & renouare . . . . ut neque a me neque a meis heredibus nullam exinde unquam habeatis molestationem aut causationem . . . . Albertus & Mathilda jug. prenominati & nostris heredibus omnia sicut scripta sunt & nobis pertinet ab omni homine defensare atque auctorizare promissimus. Alioquin tunc daturi promittimus nos prefati Albertus Comes & Mathilda jugales nostrisque heredibus . . . . . Leoni Archipresbitero tuisque successoribus . . . . . pene nomine auri obtimi libras duas & post pena soluta . . . . . . sicut supra legitur omni tempore in sua manear firmita-

mitate. Hactum in ciuitate Bononia indicione suprascripta duodecima;

☒

Signum manuum suprascripti Albertus Comes & Mathilda . . . . . donacione . . . . . ut supra legitur scribere rogauerunt.

Signum manuum Azo filius Ricardi & Albertus filius Gotifredi de Teucio & Paganus filius Joanni Diaconi. Leo & Guidus filius petri de Guido & Suchizo de Critulo & Petrus filio suo & Norandus filius Joannis Tencherado rogatis Testibus.

In Dei nomine ego Tabellio Petrus hoc instrumentum concessionl difinicionis scripsi & firmaui.

NUM. LXXII.

Dall' Istituto delle Scienze di Bologna. Manuscript. X. B. 4.

An. 1074. 13. Maggio.

Teudelinda e Bonomo dimettono a Guiberto Arcivescovo di Ravenna, e suoi successori in detta Chiesa alcuni terreni nel territorio Ravennate.

In nomine Patris & filii & spiritus Sancti. Anno dominice incarnationis millesimo septuagesimo quarto. Regnante uero Henrico filio quondam Heinrici Imperatoris anno octauodecimo die tertiodecimo mensis madii. Indicione duodecima. Rauenne in domus Sancte Rauennatis Ecclesie. dum adessent uiri bone mem. & laudabilis fame quorum nomina hec sunt. Lambertus episcopus bononie. Adelricus episcopus corneliensis. Orandus diaconus. Paulus quondam Judex. Aldebrandus de Gisla. Petrus Grasso. Gerardus de Onesto. Johannes de Urso de Luizo & me presente deusdedit not. Sancte Rauennatis Ecclesie & ceteri. In nostra. predictorum & aliorum presentia aprenderunt uirgam in manibus suis Teudelinda & bonus homo & miserunt eam in manu domini Uberti Sancte Catholice Rauennatis Ecclesie Archiepiscopi dicentes. refutamus uobis & uestris successoribus duos fundos integros unus uocatus Casa masse alter positus est in longirano & adilano & in radiclata & in Curti & spondimus nos nostrosque filios & heredes uobis uestrisque successoribus quod non agemus nec ullam molestiam inferemus de jam dictis fundis uel futuris eorum fructibus uel proficuis. & si contra hec ire uel agere aut contendere uoluerimus uel contra hec omnia qua supra fecerimus obligamus.nos nostrosque filios & heredes daturos uobis uel uestris successoribus ante omne litis initium aut interpelacionem pene nomine auri libras quatuor & soluta pena maneat uinculum hujus obligacionis ratum & firmum. & tunc

& tunc predictus d. Wibertus Archiep. sic recipiens dixit. deprecor uos omnes presenti testimonio. hoc factum est sub die & indictione duodecima. Signum manus predicte Theodelinde ad omnia predicta cui &c. Signum manus predicto bonhomini ad omnia predicta cui &c.

NUM. LXXIII.

Dall' Archivio Diplomatico di S. A. R. il Signor Arciduca Granduca di Toscana.

An. 1075. . . . . Marzo.

Nordillo Messo di Beatrice Duchessa di Toscana aggiudica al Monastero di San Michele nel Castello di Martoli alcuni possedimenti occupati da Sigizone Fiorentino.

IN Christi nomine. breuis recordationis pro futuris temporibus ad memoriam habendam uel retinendam qualiter in presentia Nordilli missi domine Beatricis Ductricis & Marchionisse & Johannis uicecomitis . . . . . in judicio cum eis residentibus Guillielmo judice & Pepone legis doctore & Rodulpho filio bone memorie Rustici & Aldeberto filio bone memorie Baruncelli & Stefano filio bone memorie Petroni & Benzo filio bone memorie Benzi & Segnoritto filio bone memorie boniti & reliquis pluribus proclamauit Johannes aduocatus Ecclesie & monasterio Sancti Michaelis siti in Castello qui nocatur Martuli una cum prepositus Gerardo ejusdem Ecclesie & monasterii aduersus Sigizonem de florentia de quibusdam terris & de Ecclesia Sancti Andree sitis in loco papajano que fuerunt Winizonis filius bone memorie Ugonis & ostendi . . . . . . per quam predicto Winizonis . . . . . . Marchioni concessit & quondam aliam qua continebatur Ugonem Marchionem easdem res prefato Monasterio dedisse. Huic intentioni prefatus Sigizo temporis prescriptionem objecit dicens inter se suumque patrem predictas res per quadrainta annorum curricula esse possessas. quam Sigizonis exceptionem pars Sacrosancti Cenobii allata replicatione infirmauit. affirmans infra prefata tempora hujus litis factam esse prelationem & tribus idoneis hominibus productis. scilicet Johanne predicte Ecclesie aduocato & Stefano filio bone memorie Petroni & Aldiberto filio bone m. baruncelli dixerunt abatem Johannem de predictis rebus marchioni Bonifacio & Guidricum abatem duci Gotifredo & Comitisse Beatrici proclamasse & ita se juraturos promiserunt & insuper predictus Johannes aduocatus tactis sacrosanctis Euangeliis jurauit . . . . . . Stefano quoque & Alberto . . . . . jurare uolentibus utraque pars consensit Aduocati Sacramentum sufficere. his peractis

ractis supradictus Nordillus predicte domine Beatricis missus lege degestorum libris inserta considerata per quam copiam magistratus non habentibus restitutionem in integrum pretor pollicetur. Restituit in integrum Ecclesiam & Monasterium Sancti Michaelis de aczione omnique jure quod amiserat de terris & rebus illis que fuerunt Winizonis de Papiano quas ipse Ugoni Marchioni tribuit . & Ugo Marchio in Ecclesiam Sancti Michaelis contulit. actum est hoc anno ab incarnatione domini nostri Jesu Christi septuagesimoquinto post mille Mense Martio Indicione quartadecima Februarii. factum est hoc intus Burgum qui uocatur Martuli prope plebem Sancte Marie territurio Florentino.

Addo fidem dictis scriptis ego Nordilus istis.

NUM. LXXIV.

Dal Fiorentini mem. della Contessa Matilde. Monum. pag. 156.

An. 1078. 27. Agosto.

Matilde Marchesa, e Duchessa figlia di Bonifazio Marchese e Duca dona alla Chiesa Pisana la Corte di Scanello, ed altri possedimenti.

In nomine Domini nostri Jesu Christi Dei Eterni. anno ab Incarnatione ejusdem Millesimo septuagesimo octauo sexto Kalendas Septembris. Indictione xv. Episcopio S. Marie Pisanensis Ecclesie ubi nunc D. Landulfus d. urbis Episcopus preesse uidetur. Ego Matilda filia q. Bonifatii Marchionis atque Ducis que professa sum lege uiuere salica offertrix & donatrix ipsius Episcopii Pisanensis Ecclesie presens presentibus dixi. Quisquis in sacris ac in uenerabilibus ex suis aliquid contulerit rebus juxta auctoris uocem in hoc seculo centuplum accipiet insuper & quod melius est uitam possidebit eternam. Ideo Ego que supra Mattilda Marchionissa ac Ducatrix dono & offero a presenti die in eodem Pisanensi Episcopio pro anima patris matrisque & mee mercede eo tamen ordine ut supra legitur idest curtem unam que uocatur Scanello. & medietatem curtis Popoclii . & medietatem curtis Casadici . & medietatem curtis Lusiliauli. & medietatem curtis Montis Ereturii. & medietatem curtis Castri ueteris . & medietatem curtis Castri S. Ambrosii . Domos calcoles cum castrorum & capellis inibi habentes seu cum casis massaritiis & omnibus rebus seruis atque ancillis ad supradictas curtes & capellas seu castra pertinentibus juris mei quas habere uisa sum in locis & fundis plebis Sancti Petri Barbaroli & plebis S. Marie Barbere-

se. & plebis Sancte Marie Gessi. & plebis Sancti Burdignani. & sunt prefate curtes cum Sanctis jam dictorum castrorum & capellarum totarum & jam dictarum rerum ad ipsas curtes & castra seu Capellas pertinentium sunt per mensuram ad justa super totas sexcentos mansos. etsi amplius de meis juris rebus ad supradictas curtes & castra seu capellas pertinentibus inuentum fuerit quam ut supra mensuram legitime per hanc offersionis cartulam supradicti Episcopii in potestate pertineat proprietario jure ut dictum est tam predictas curtes & castra seu capellas pertinentibus cum sediminibus uineis cum areis suis terris arabilibus & gerbis pratis pascuis siluis stallareis riuis ripis ac paludibus seu molendinis piscationibus & uenationibus cultis & incultis diuisis & indiuisis una cum omnibus terminis accessionibus & usibus aquarum aquarumque ductibus & omnibus jure adjacentiis & pertinentiis earum per loca & uocabula ad ipsas curtes & castra seu capellas pertinentibus in integrum. Quas autem suprascriptas curtes & domos calcoles cum jam dictis castris & capellis seu rebus omnibus ad eas pertinentibus juris mei superius dictis una cum accessionibus & ingressibus seu cum superioribus & inferioribus suis qualiter superius legitur in integrum ab hac die in eodem Episcopio dono cedo confero & per presentem cartulam offersionis ibidem habendum confirmo. insuper per cultellum festucam nodatam guantonem & uasonem terre seu ramum arboris ad partem ipsius Episcopii legitimam facio traditionem & inuestituram & me inde foras expulsam guarpiui & absentem me feci & ad ipsius Episcopii proprietatem habendam reliqui & faciat exinde Episcopus qui nunc esse electus & pro tempore in eodem Episcopatu ordinatus fuerit & Canonici qui nunc & pro tempore in canonica supradicti Episcopatus S. Marie Pisanensis Ecclesie ordinati fuerint & communiter & caste uiuet eo tamen ordine ut supra legitur quicquid uoluerit pro Anime patris matrisque mee mercede ita tamen ut medietas predictorum honorum sit in sumptu & usu predicti Episcopii altera uero medietas ad usum & sumptum predictorum Canonicorum communiter & caste uiuentium. eo tamen modo ut non liceat Episcopo uel Canonicis supradicta bona commutare uel alienare seu locare aut in beneficium dare uel aliquo alio modo alicui concedere nisi pro utilitate ejusdem Ecclesie. quod si Episcopus non obseruarit predicta usufructu careat usquequo emendauerit & concessio uel alienatio irrita habeatur & predictorum bonorum usus fructus deueniat ad edificationem uel restaurationem uel thesaurorum acquisitionem supradicte Ecclesie aut in redemptionem captiuorum concessa facoltate alicui clerico qui hoc pro timore Dei curare uoluerit quod eodem modo de supradictorum Canonicorum parte constitutum est nisi Canonici canonice non uixerint predicto usufructu careant usquequo ad communem & castam redierint uitam & similiter in

pote-

potestate ciuium deueniat. Insuper & hanc conditionem sopradicto tenore Episcopo imposuimus ut annuali uel Anniuersarium matris mee Beatricis honorifice celebretur pro mercede animę matris mee patris mei & mee sine omni mea & meorum heredum uel proheredum meorum contradictione uel repetitione. si quis uero quod futurum esse non credo si ego ipsa Matilda quod absit aut ullus de heredum ac proheredibus meis seu quelibet opposita persona contra hanc cartulam offersionis ire quandoque tentauerimus aut eam per quoduis ingenium infringere quesierimus tunc inferamus ad illam partem contra quam exinde litem intulerimus multam que est pene auri optimi libras duo millia & argenti quatuor millia pondera & que repeterimus uendicare non ualeamus. Sed presens cartula offersionis diuturnis temporibus firma permaneat atque persistat inconcussa stipulatione subnixa & bergamenam cum atramentario de terra eleuaui paginam & Teuperti notarii D. Imperatoris hanc. n. cartulam offersionis tradidi scribi rogans. In qua subtus confirmans testibus obtuli roborandum. Actum in Burgo Marture feliciter.

Ego Matilda in hac cartula offersionis a me facta S. S.

Ego Ardericus Judex interfui & S. S.

Signa manuum Roberto filio q. Gulielmi. & Eruero filio q. Arunfi. Seo Ordoardo filio q. . . . . . testium lege uiuentium Salica.

Signa manuum pagani filii q. Rodilandi. Gualandi filii q. Sigherii. & Sigherii q. Mattei & Gherardi q. Lanfranchi & Adthonis f. q. Ghisle seu Rainerii filii seu Sigherii Gandulfi filii q. Caroli & Gerardo filii Golosuli testium omnium lege Longobarda uiuentium.

Ego qui supra Teupertus Notarius D. Imperatoris scriptor hujus cartule offersionis post traditam compleui & dedi.

NUM. LXXV.

Dall' Archivio del Consorzio di S. Prospero num. 1.

An. 1084. 19. Maggio.

Pietro, e Giovanni figli di Martino da Romano, e consorti vendono a Giovanni Prete, e suoi confratelli nella Congregazione di S. Prospero un pezzo di terra in luogo detto Pojdle.

In nomine Sancte & indiuidue trinitatis. anno ab incarnatione Domini nostri Jehsu Christi millesimo octuagesimo quarto. regnante Domino enrico filius Enrici Imperatoris anno uigesimo octauo. die nono decimo mensis madii indicione septima. Nos quidem in Dei nomine petrus. & Johannes germani filii martini de romano & petrus consangui-

guinio filius martini de romano & alberto filius bonardi. bulgaro filius liutardi & alberto & martinus filiis suis. guidus presbiter & dominicus filius martini de mauringo bono animo & uoluntatis placet & conuenit nobis ut per hoc instrumentum concessionis a presenti die damus atque uendimus & tradimus tibi Johannes presbiter & tuis fratribus in congregatione Sancti prosperi tuisque successoribus ad habendum & possidendum. idest solo uno terre uacuo fori ciuitate bononia infra ciuitate rupta antiqua in loco qui u. pojale prope ecclesia Sancti prosperi cum introito & exoito suo usque in uia plubica uel cum omnia super se & infra se abentem in integrum. a pede legitimo mensurato a totis quatuor lateribus ex omni parte pedes uigintiquattuor. finis ejus per ambabus latera possidet petrus filius Johannes de margarita. tercio lat. Johannes cum fratribus. quarto latere uia plubica uel si quis aliis adfines sunt. ipso retroscripto solo qualiter supra legitur damus nos Johannes conceditoris uobis retroscripto Johannes presbiter tuisque confratribus & successoribus ad habendum tenendum & possidendum. & liceat uobis uestrisque successoribus a dominacione cui jura est pensio dare & quocumque tempore uobis placuerit renouare & usque dum renouaueritis retroscripto solo terre que est uacuo qualiter supra legitur promittimus Johannes conceditoris nostrisque heredibus uobis retroscripto Domno Johannes presbiter tuisque confratribus successoribus omni tempore ab omni homine defensare & octorizare. alioquin tunc daturi promittimus nos retroscripto petrus & Johannes germani filiis martini de romano & petrus consanguinio filius martini de romano & albertus filius bonardi. burgaro filius liutardi & albertus & martinus filiis suis. uuidus presbiter & dominicus filius martini de mauringo uobis retroscripto Johannes presbiter tuisque confratres aut successoribus pene nomine . . . . . denariorum ueronensium solidos . . . . & post pena solutam &c. hactum foris ciuit. bononia infra ciuitate rupta antiqua. indicione septima retroscripta.

✠ Infrascriptis petrus & Johannes germanis filiis martino de romano. & petrus consanguinio filius martini de romano. & albertio filius bonardi. bulgaro filius liutardi. & arbertus & martinus filiis suis. & dominicus filius martini de mauringo hanc concessionis sicut supra legitur scribere rogauerunt.

Paganus filius petri de guandolo. petrus filius bocco & petrus filius marchiselli. & Dagibertus & petrus filiis petri de urso. fabro & gisuto filius Urso de teuzo rogatis testibus.

In Dei nomine ego Johannes Tabellio per consensu & data licencia a quondam petrus tabellione genitore meo hanc cartam concessionibus sicut supra legitur scripsi & firmaui.

NUM.

NUM. LXXVI.

Dalle Delizie degli Eruditi Toscani.
T. X. pag. 173.

An. 1084. . . . . Giugno.

Ugizzone Conte figlio di Bulgario Conte rende alla Chiesa Fiorentina la Pieve di San Michéle di Baragazza invasa da' Bolognési.

In Summi Dei Nomine. Anno Dominice Incarnationis Millesimo octuagesimo quarto. Indictione septima Mense Junio. Ugicio corporea ui & animi uirtute preditus. Clarissimorum prosapia editus Seculi dignitatis Comes nobilissimus. Gloriosa Patris sui Bulgarii memoria splendidus sue uero augmento uirtutis splendidior. Rozzoni Ecclesie Florentine Beatissimi Joanni Baptiste Archipresbitero & Preposito suisque Confratribus Canonicis sibique successuris tituli siue Plebis Sancti Michaelis Archangeli de Baragazza Memoriale restitutionis in perpetuum. Natura & usu doctrine nobiscum faciente cognouimus equitati obtemperare atque religiosis petitionibus aures accomodare honestati omnino congruere. Quapropter Canonicorum precipue uenerabilis Archipresbiteri Florentini Episcopatus precibus pro injustitia quam eorum Ecclesia de Baragazensi titulo uel Plebe a Bononiensium inuasione patiebatur sepe pulsati & fidelium nostrorum testificatione presertim ejusdem loci confinium & accolarum permoti cum didicissemus ad Florentini Episcopatus Diocesim Baragazensem Ecclesiam cum sibi suppositis Oratoriis pertinere hoc modo eamdem deliberauimus restitui oportere. Illuc quidem Wilgelmum Capellanum nostrum Deum timentem justitiamque amantem coram dicto Archipresbitero & Canonicis Florentine Ecclesie misimus qui Baragazensi Clero & Plebi in hac causa unum & parem eis & non dominum nos annuntiare quia licet loci & habitantium potestate Domini simus hoc tamen diffidentes eorum unus fieri uoluimus ut quod hujus rei ipsi eligerent ipsisque placeret nobis quoque complaceret. Quid multa. Inquisiti plane ueritatem protinus simpliciter narrant. Diocesanos uere Florentine Ecclesie & Chrismatis perceptione & obedientie subjectione atque decimarum redditione se quondam fuisse unanimi recordatione declarant seseque non aliud cupere quas non fieri uellemus aperte conclamant atque ad proprie Matris gubernationem reduci continuatis uocibus ingeminant. Causam quoque cur ab ea deuiauerint licet abhorrendam tamen tristes recitant. Chrisma enim a Plebitanis Sancti Gauini accipere soliti

ti quia pretium qood ex hoc improbe petebatur dare noluerunt a quodam Plebitaneo nostro quoque tempore mortuo denegatum est. Hoc quidem discessionis causa hoc uero amissionis & inuasionis extitit uia. Hinc quoque liquido apparet prenominatam Baragaze nunc dictam Plebem titulum olim Plebis S. Gauini extitisse. Quomodo enim ab ea Chrisma perpetuo caperet si ejus dictioni subjecta non esset. Per manus ergo predicti Wilgelmi Capellani nostri Plebs siue titulus Baragaze cum omnibus Canonice pertinentibus sibi in manus prefati Rozonis Archipresbiteri Confratribus suis Sichelmo Presbitero & Gerardo Subdiacono atque Martino S. Gauini Plebitaneo adstantibus Clero & populo ejusdem Ecclesie sepe multumque quasi uno ore hoc expetentibus Florentine Ecclesie restituit. Accedens interea Bonizo ejusdem Ecclesie Plebitaneus sua sponte dimittit refutat in prenominati Archipresbiteri manus omne jus & potestatem quam quoquo modo in ipsa Ecclesia hactenus habuerat. Deinde uero petit unum de confratribus suis quemcumque Archipresbiter Florentinus uellet ordinari. Interrogat deinceps Archipresbiter populum quem cuperet sibi Rectorem preponi eumdem an alium. Respondit dein hinc populus ipsum uelle restitui causam subnectens uidelicet in reedificando locum hunc plurimum impendisse laborem qui etiam erat cernere. Ad honorem itaque Sanctissimi Johannis Baptiste in cujus nomine Florentina Ecclesia dedicata permanet uice sui Episcopi cum suorum consensu fratruum sub reuerentia tamen nostri cum libro tradidit atque commisit regimen ac gubernationem ejusdem Baragazensis Ecclesie ipsi Bonizoni Presbitero cum omnibus juste pertinentibus ad eam. Concessit quoque sibi Sanctam coram animarum & Corporum populi. Donauit etiam Ecclesie illi decimarum quartam partem quam nos quoque ipsi Archipresbitero nuper dedimus ut deinceps neque ipsi Bonizoni Presbitero neque suis successoribus licitum sit alii Ecclesie preterquam Florentine subjectum esse. Nunc igitur per hanc nostram deliberationis & confirmationis paginam Baragazensem titulum uel Plebem cum Ecclesiis sibi subjectis o Beatissime Joannes Baptista incuria tuorum quasi perditam decimationis tamen perceptione libellario nomine uel jure a progenitoribus nostris a te acquisite & a nobis quoque retente per nos tibi quasi possessam immo uere possessam Diocesis Episcopatus tui Florentini restituendo confirmamus atque jure Rozonis Prepositi & Regularium Canonicorum tuorum subponimus. Et ad dedicandum Ecclesiam & ad omnia que ad rectam christianitatem pertinent Episcopatui Florentino subjicimus. tamen itant quidquid honesti emolumenti ideo quia tibi subjecta est inde prouenerit utilitati Canonicorum suorum quorum cura sibi restituta est & retinenda eorumque successorum accedat. Sancimus itaque hanc nostre memorabilis restitutionis paginam addentes uiolatoribus hujus banni no-

stri penam. Quicumque ergo titulum uel Plebem Baragaze cum omni territorio juste pertinente sibi contra hoc nostre pagine Statutum a Diocesi Florentini Episcopatus separare substollere seu dimittere machinatus fuerit bannum nobis uel filiis nostris heredibus & Nepotibus uel Pronepotibus nostris uiginti librarum boni argenti componat aut amissionem dimidii bonorum suorum sustineat. Ut autem hec nostre restitutionis pagina in secula ualeat & tam nobis nostrisque heredibus quam a nostre potestati subjectis inuiolata incorrupta & illibata seruetur decernimus hanc ipsam signo nostre proprie manus ob remedium animarum parentum nostrorum meorum & dilectissime Conjugis mee Cilie & filiorum nostrorum & domus nostre ad honorem nominis tui quatinus nos tua intercessione salues Beatissime Johannes Baptista Domini libentissime tibi firmare. (*)

NUM. LXXVII.

Dall' Archiv. della Badia di S. Stefano.

An. 1085. 18. Maggio.

Uberto Conte figlio d' Alberto Conte per se, e per Enrico suo fratello dona al Monastero di San Bartolomeo di Musiano la Chiesa di San Niccolò nel Castello di Migarano colle sue pertinenze.

In nomine Sancte & indiuidue trinitatis. anno dominice incarnacionis millesimo octuagesimo quinto regnante dn. henrico filio henrici imperat. anno uigesimonono. die octauo decimo mensis madii. inditione octaua. ego quidem in dei nomine domino Uberto commite filius quondam bone memorie dn. Alberti comiti tam pro me quam pro ex persona dn. henrico germano meo. bono animo & bona uoluntate mee placet adque conuenit mihi ut per hanc cartam uere proprietaria do & concedo in monasterio Sancti Bartholomei in musiliano & tibi dn. johannes presbiter & abbas de jam dicto Monasterio tuisque successoribus & .... fratribus monachis de eadem monasterio pro anima jam dicto alberto genitori meo ut dominus deus misereatus sit ei & det ei uitam eternam. idest nominatiue ecclesiam Sancti Nicholai sita in castro qui u. migarano cum complementum de triginta tornaturia de terra laboratoria & cum omnibus pertinenciis suis de eadem ecclesie. cum decimis & primiciis & oblationibus a presenti die do & concedo ego jam dicto uberto pro me & genitore meo quod superius legitur tibi jam dicto Abbate

(*) Io non posso astenermi dal sospettar questa carta d'una qualche interpolazione.

bate tuisque successoribus ad habendum tenendum & possidendum & quicquid uobis uestrisque successoribus exinde placuerit faciendum ad usum monachorum retinere ea uidelicet racione predictis rebus & predicta ecclesia nec uendere nec donare set omni tempore in predicto monasterio domnicata permaneat a jura propria. & insuper do & concedo ego jam dicto Uberto comite quadruor clusuras de terra in suprascripto castro tibi jam dicto abati tuisque successoribus per enphiteosin ... quod est permensum a totis lateribus pedes uiginti quatuor sub pensione denarium ueneticorum uno tantum ut dictum est pensio persoluitis. ut neque a nos jam dicti ubertus & henricus germani neque da nostris heredibus & ecclesia qualiter supra legitur. tu jam dicto abate tuique successoribus & monachis ullam abeatis molestacionem aut causacionem uel interrucionem. set in omni tempore ab omni omine defensare & autorizare promittimus. alioquin tunc daturum me promitto ego jam dicto uberto comite tam pro me quam pro ex persona henrico germano meo tibi jam dicto Johannes abbas tuisque successoribus pene nomine in argento denariorum ueronensium libras quinquaginta. & post penam solutam hanc cartam sicut supra legitur in sua maneat firmitate. actum in Claustro Sancti uitalis indicione jam dicta.

✠ Suprascripto dn. Uberto commite pro se & henrico germano suo hanc cartam sicut supra legitur fieri rogauit.

✠ Azo filius richardi inuestitore. & richizo filio quondam richizonis. & Sarracino de ponteclo. & azo filio suo. uuinibaldo de gargognano. & liuerare cler. & petrus filius johannes de presb. johannes rog. testibus.

✠ In Dei nomine ego Johannes tabelio hanc cartam sicut supra legitur firmaui & scripsi.

NUM. LXXVIII.

Dall' Archivio Nonantolano.

An. 1085. 28. Luglio.

Ingône figlio d' Ugo di Nascimbêne dona al Monastero di Santa Maria in Strata la sua porzione del Castello di Corte.

In nomine domini Dei Saluatoris nostri jesu Christi. anno ejus millesimo octuagesimo qninto. imp. Domino Enrico rege anno secundo. v. Kal. aug. indic. viii. Ego quidem in Dei nomine Ingo filius Ugonis nascimbeni una Dei timore & remedium anime mee & de quondam parentorum meorum do & concedo atque offero tibi domnus Johan-

hannes gratia Dei abbas de Monasterio S. Marie in strata in uice & nomine Sancti blasii de loco conflitto ut habeat nominaliter ueram & integram meam partem de uniuersis rebus & pertinentiis juris mei quas mihi pertinet in loco ubi dicitur castro da la Curte cujus finis sic sunt. a mane butrii. a meridie cluzam. a sero limes qui dicitur Bisentulo de subto limes de monteroni. sicut quoque do & concedo atque offero predicti Sancti blasii omnia que mihi pertinet in ciliano quod detinet a me filiis de uinezo in istis nominatis locis & in isti confinibus do & offero totam & integram meam porcionem de predictis rebus tum castro de curte cum capella quam foris terris & uineis casis hedificiis boscuis & omnibus mihi pertinentibus in ipsum Sanctum blasium habeat teneat & ad jus proprium possideat tali tenore ut nullus patronus. nullus abbas neque monachus liceat uendere donare & mutare infrascripta re. & si hoc ne quouis ingenio alienare nulla uirtus liceat ibi patronis facere & si hoc factum fuerit irritum sit & in suo maneat robore idem in ipsa ecclesia Sancti blasii & in uita monachorum. & ego Predicto Ingo una cum meis heredibus da meam porcionem de predictis rebus ad predictum Sanctum blasium omni tempore ab omni homine contradicente defensare & auctores esse permitto. quod si aliter a nobis factum fuerit tunc componere & dare promitto ego predicto ingo uel heredibus meis ad predictum Sanctum Blasium pene nomine auri libram unam & post penam solutam presens hanc cartam offersionis sicut supra legitur omni tempore in sua maneat firmitate. Actum in predicto Monasterio feliciter.

Ego ingo m. m. ss.

Signa ††††† manuum Johanni de petro & johanni bono de girardello. atque leo succo. seu johanni filius petri de Florentia etiam Johanni filius quondam petri decimator qui rogati sunt testes.

In dei nomine fredulfus tabelio scripsi complcui & dedi & confirmaui &c.

NUM.

NUM. LXXIX.

Dall' Istit. delle Scienze di Bologna. Monum. Eccl. Bonon. T. XXVII. num. XV.

An. 1086. 15. Maggio.

Guiberto Arcivescovo Ravennate Pseudopontefice detto Clemente III. dona al Monastero di S. Giorgio alcuni terreni nel Fiorentino.

In nomine Patris & filii & spiritus Sancti amen. anno incarnationis dominice MLXXXVI. anno III. deo propitio pontificatus domini Clementis Pape. Imp. Henrico fil. quondam Henrici Imp. anno III. die XV. Mens. Maj. Ind. IX. Rau. Wibertus seruus seruorum dei diuina gratia Archiepisc. Gratie Venerabili abbatissa atque Abbas monasterii Sancti Georgii & per te in eodem monisterio tuis . . . . . successoribus in perpetuum. Congruum atque utillimum esse decernimus a petentium desideriis non abhorrere sed domini . . . . . considerantes citius subuenire ut in futuris pro uobis petentes grariarum referant actiones. Idcirco concedimus & donamus & in perpetuum confirmamus pro eterna remuneratione & oblatione atque illuminatione animarum Sancte mem. Sigelfredi Sancte bon. ecclesie episcopi & Orlandi Diaconi fratris sui in eodem monasterio in perpetuum permanendas uidelicet L. tornatorias terre laboratorias justo Podismo designatas que sunt posite in loco qui dicitur Mutafeno in finibus ejus hoc est ab uno latere detinet altare Sancti Georgii martiris & b. nicholai confessoris Christi qui predicto altario intra Sancta Rauennate Ecclesia consacratum esse uidetur & ab alio latere Ungato de Ursone Vulpio juris Sancte nostre Rauennatis ecclesie. a tertio latere uia percurrente. a quarto latere jura Sancte Rauennatis ecclesie cum terris campis pascuis arbustis arboribus & cum omnibus ad suprascriptas res integriter pertinentibus sitis territorio fauentino plebe Sancti Stephani in Tegurio pro prima requie concedimus uobis predicto abbas & per te in dicto monasterio tuisque successoribus in perpetuum predictas res que superius legitur pro eo quia unoquoque die canere deberent in conuentu psalterium unum prout jam diximus pro eterna remuneratione animarum Christi fidelium Sigelfredi Sancti bon. Ecclesie episcopi & Orlandi diaconi fratris sui & non liceat uobis predicto Abbas neque uestris successoribus predictas res quas concedimus uobis uendere nec donare neque commutuare neque nullum contractum nullis hominibus neque per feudo. Sed ad lucrum & utilitatem predicti monaste-

sterii more solito in perpetuum permanendas. qui hujus nostri precepti auctoritatem conseruauerit dei omnipotentis & Sancti Georgii Episcopi Martiris benedictionibus repleatur uiolator autem qui extiterit nisi satisfaciens rescipiscat tercentorum decem & octo Sanctorum patrum anathematis uinculo interdicatur. quod ut uerius credatur & ab omnibus observetur manu propria subterscribendo confirmauimus. quam uero paginam a deusdedit not. Sancte nostre Rauen. Ecclesie scribendam jussimus in qua nos subscripsimus sub die mense & inditione IX. Rauenne. legimus.

NUM. LXXX.

Dall' Ughelli Ital. Sac. T.V. pag. 1277.

An. 1089. 8. Novembre.

Gerardo Vescovo di Bologna dona alla Chiesa di San Giórgio Maggiore di Venézia la Chiesa di Santo Stéfano in Torre.

In nomine Sancte & indiuidue trinitatis. anno Dominice incarnationis MLXXXIX. indictione XII. die octaua mensis nouembris. Si ad Celestia regna peruenire desideramus non pigro studio laborare debemus ut ecclesiasticam exaltationem subleuare possimus quam Ecclesiam dominus noster Christus proprio Sanguine redemit. quapropter ego Gerardus Dei gratia bononiensis episcopus ob timorem Dei & omnium Sanctorum cujus uice indigni fungimur concedimus tibi Carimano gratia Dei Abati monasterii Sancti Georgii majoris de uenetiis quod est situm in partibus uenetie in loco qui dicitur Laguna atque tuis successoribus cunctisque fratribus in perpetuum jus ecclesie Sancti Stephani de turre in quantum nobis pertinet in omnibus nec non damus atque concedimus decimas primitias & quicquid deinceps juste & rationabiliter infra nostrum episcopatum acquiesieritis atque datum & largitum oblatumque a timentibus domini fuerit. ut deinceps in antea omnia que acquisieritis abeatis teneatis sine omni perturbatione uel molestatione tam a nobis quam a nostris successoribus uel ab aliqua mortali persona. Statuentes enim diuino auxilio precipimus atque ex parte Dei omnipotentis & b. Petri principis Apostolorum & omnium Sanctorum interdicimus & ut nullus mortalis homo presumat bona predicte ecclesie que fuerint acquisita ab Abate intra nostrum episcopatum sita ui auferri aut depredari aut furari uel insultum facere in suis locis aut contra suos familiares sine maxima & ineuitabili ratione. Si quis hoc nostrum preceptum uiolare pre-

presumpserit & in omnibus sicut prediximus non obseruauerit postquam hoc preceptum ei notum fuerit post triginta dies non emandauerit sciat se auctoritate Dei Sanctique Petri & omnium Sanctorum & nostro uinculo excommunicationis innodatum & fiat maledictus sicut Dathan & Abiron. Qui autem hujus nostri precepti & omnibus osseruator & custos fuerit uel extiterit benedictionem & gratiam ab omnipotenti Deo & beato petro Apostolo percipere mereatur. Preterea ego Gerardus Dei gratia episcopus bononiensis tibi domino Carimano Abati promitto dictam ecclesiam defensare auctorizare atque tuis successoribus & fratribus omni tempore ab omni mortali persona tam pro me quam pro meis successoribus. alioquin ego prenominatus gerardus tibi Abati Carimano cum meis successoribus componere & dare libram unam auri optimi & post hujus pene solutionem hoc nostrum preceptum sicut supra diximus in perpetuum duraturum promitto.

Ego Gerardus Episcopus m. m. s. s.

Ego Daldus Archidiaconus.

Ego Albertus Diaconus.

Ego Bernardus m. m. s. s.

Ego Johannes Not. sancte bon. ecclesie hoc instrumentum & hoc preceptum supradictum scripsi firmaui atque absolui.

NUM. LXXXI.

Dall' Archiv. Nonantolano.

An. 1094. . . . Agosto.

Alberto Conte figlio di Guido Conte dona a Raginberto da Petrósa alcuni terreni presso al Castello Petrósa.

In nomine domini saluatoris nostri Jehsu Christi. Anno ab incarnacione ejus millesimo nonagesimo quarto Enricus gratia Dei Romanorum Imperator Augustus tercio nonas augusti Indictione secunda. Et ideo in dei nomine ego quidem Albertus gratia Dei Comes filius quondam Guidonis Comitis de Ciuitate Bononia bono animo & bona uoluntate placet mihi per hoc instrumentum donationis dono atque trado tibi Raginberto de loco petrosa rem juris . . . . . idest nominatiue pecias terre uineate & ex parte busciua tres que sunt prope castellario petrose prima pecia in loco ubi dicitur curzio a mane possident filie Sigizonis de pagano & ezo cum suis consortibus. a meridie rifredi. a sero ubertus & alegtitus. de subto girardinus filius carboni uel si quis alii adfines

fines sunt & est per mensuram justam ac perticam legitimam de pedibus liutprandi mensurata per longum pertice decem & septem & media per caput. ab uno capite pertice sex & media ab alio novem. secunda peciola est in loco ubi dicitur roncathalle a mane possidet azo de roncadelle. a meridie & a sero ubertus & dindo . . . & est per predictam mensuram a duobus lateribus pertice quatuor & media a duobus aliis pertice tres. tercia pecia est in loco ubi dicitur Caluanella a mane possidet predictus raginbertus a parte predicto comite alberto a meridie albertus de petro de leo & filii predicti Raginberti. a sero mar. scauinus. de subto uitalis & est per jam dictam mensuram mensuratum pro ambobus capitibus pertice sex & media per longum uiginti & due. & sunt super totum facta racione predicte pecie turnaturie due una ex predicta Caluanella & alia alie due pecie ratione facta cum jam dicta mensura legitima. que autem predicte uineate atque busciue qualiter superius legitur cum superioribus & inferioribus atque cum ingressibus & accessionibus suis in integrum & cum entroito & exoito suo usque in uia publica & cum omnibus supra se & infra se abentem taliter a presenti die & ora & per hanc Cartulam donationis in tua qui supra Raginberto tuisque heredibus aut quibus dare uolueritis maneant atque persistant potestatem. ad abendum tenendum faciendum alienandum quidquid placuerit exinde jure proprietario nomine sine omni mea Alberto Comite heredumque meorum contradictione. quidem spondeo atque promitto tam pro me quam pro meis heredibus tibi qui supra Raginberto tuisque heredibus uel quibus dare uolueritis predictas res ab omni omine defendere & auctorizare. quod si non defensauero aut contra hanc cartulam donacionis per aliquem modum uel ingenium agere uel causare presumpsero uel agentibus consentiens fuero & non permansero in his omnibus ut superius legitur tunc secundum quod predicta res meliorata & . . . . . fuerint in consimilibus locis in duplum restituamus. & nec mihi liceat amodo ullo tempore nolle quod semel uolui sed quod hic a me semel factum uel conscriptum inuiolabiliter conseruare promitto cum stipulatione subnixa. Actum in burgo cellule libenter.

✠ Signum manus predicti alberti comitis qui hanc cartam rogavit fieri.

Signa manuum ††† Petri de uigna † leonis notarii † alberti de petro de leo testes interfuerunt.

In dei nomine ego Vitali Christi misericordia scripsi.

NUM.

NUM. LXXXII.

Dall' Istituto delle Scienze di Bologna. Monum. Eccl. Bonon. T. XXVII. num. XVI.

An. 1096. 19. Settembre.

Lettera d' Urbano II Pontefice al Clero, e Popolo di Bologna. Raccomanda Bernardo destinato a loro Pastore, loda la risoluzione di quelli, che hanno presa la Croce, e prescrive i metodi atti a render meritoria l' espedizione.

URBANUS Episcopus seruus seruorum dei. dilectis filiis Catholicis in Clero pop. bononiensi salutem & apostolicam benedictionem. bonitati uestre gratias agimus quod inter Schismaticos & hereticos constituti quidam semper in fide catholica permansistis quidam uero per dei gratiam ueritate comperta & errorum deuia dimisistis & jam que catholice fidei sunt sapitis. Hortamur ergo in domino dilectissimi ut in ueritatis uia uiriliter incedatis & bonis initiis meliores euentus addere procuretis. non enim qui ceperit sed qui perseuerauerit usque in finem hic saluus erit. Venerabilem fratrem nostrum & Coepiscopum B. quem pastorem uobis per manus nostras diuina prouidentia conferre dignata est caritati uestre attentius commendamus ut si deum diligitis in ejus uicario ostendatis. Ipse enim de hujusmodi dixit. qui uos audit me audit. Nonnullos uestros in Hierusalem eundi desiderium concepisse audiuimus quod nobis plurimum complacere noueritis. Sciatis autem eis omnibus qui illuc non terreni comodi cupiditate sed pro sola anime sue salute & ecclesie liberatione profecti fuerint penitentiam totam peccatorum de quibus ueram & perfectam confessionem fecerint per omnipotentis dei misericordiam & Ecclesie catholice preces tam nostra quam omnium pene Archiepiscoporum & episcoporum qui in Galliis sunt auctoritate dimittimus quoniam res & personas suas pro dei & proximi charitate exposuerunt. neque Clericis uero neque monacis sine episcoporum uel Abbatum licentia illuc eundi concedimus facultatem. Porro episcopis cura sit ne parochianos suos sine clericorum consilio & prouisione dimittant. Juuenibus etiam coniugatis prouidendum est ne temere tantum iter sine conniuentia uxorum suarum aggrediantur. omnipotens Deus in suo uos timore & amore corroboret & ab uniuersis peccatis & erroribus absolutos ad summe caritatis & uere pietatis perducat intuitum.

data papie XIII. Kal. Oct.

NUM. LXXXIII.

Dall' Istituto delle Scienze. Monum. Eccl. Bonon. T. XXVII. num. XVII.

An. 1097. 17. Aprile.

Lettera d' Urbano a Bernardo Vescovo di Bologna. Gli partecipa quello, che è stato prescritto dal Sinodo Piacentino intorno alle ordinazioni di Guiberto, e de' Pseudovescovi.

URBANUS episcopus Seruus Seruorum Dei. Uenerabili fratri B. Bonon. Episcopo Salutem & apostolicam benedictionem. de ordinationibus ab heresiarca Guiberto factis postquam a B. mem. Gregorio Papa & a Romana Ecclesia dampnatus est queque etiam a pseudoepiscopis per eum postea ordinatis perpetrate sunt placentine synodi generali iudicio definitum est ut irrite habeantur nisi probare uoluerint se cum ordinarentur eos nescisse dampnatos. quia uero fratres super quibus rogas religiosos asseris & omnino uim passos & tractos ad ordinandum confiteris magnam etiam ecclesie tue necessitatem conquereris. utrum eis in sacerdotali ordine condescendendum sit tue prouidentie pro grauiori opportonitate committimus. uestra uero experientia caueat ne in eos aut scandalum aut infamiam Ecclesia patiatur. In aliis quando eadem religionis gratia & uiolentie illatione excusabiles sunt omnino synodalis judicii sententiam persequeris. Si quos tamen propensiori necessitate restitueris non sine penitentie quotidiane remedio patieris. & ipsos autem inter eos quibus ordinandis manum imponis dum orationum sollempnitas agitur interesse precipito. quod tamen omnino precipimus ne sine grauiori Ecclesie necessitate & personarum merito ullatenus presumatur. data laterani XV. Kal. maii.

NUM.

NUM. LXXXIV.

Dal Sig. Zaccaria. Anecdot. Med. Ævi. pag. 300.

An. 1098. 9. Agosto.

Matilde Duchessa figlia di Bonifacio Marchese dona all' Ospitale di San Michele Arcangelo posto in Bombidna in luogo detto Pidno della Corte terre, e giurisdizioni all' intorno.

In Nomine Domini Jesu Christi Anno ab Incarnatione eius Millesimo nonagesimo octauo regnante Imperator Heinricus. quincto Idus Augusti Indictione sexta. Sancto autem Hospitale quod est constructum ad honorem Dei & Beati Michaelis Archangeli situm in locum Bumbiano ubi dicitur plano de la Curte prope Reno. Ego Domina Matilda Ducatrice propter Deum & remedium anime mee uel abluentis peccatis mei que commisi & pro anime Bonifacii Marchinioni Genitori meo & Beatrice matris mee concedo seu offero uobis donato Presbiter & Girardo Monacho a parte predicto Ospitale seu in uestris successoribus ad jure eidem Ospitali idem locum & plano ubi edificatum est cum juges quadraginta & octo de terra bona laboratoria id sunt mansibus quatuor in circuitu predicti ospitalis & de alia Silua Bonbiano habeant ministratoris hospitalis hujus pascendi gregis & lignis & feno faciendi quantum oportum fuerit ad prefato ospitale his jam dictis rebus qualiter superius concedo & offero ego predicta Domina Mathilda eadem racione ut ospitale fiant sub jogum S. Petri cujus est proprietas. hoc uidelicet obseruandum ut nullus Boloniensis Episcopus tollat bonis de ospitale & si tollent reuertat in meam potestatem qui autem quantum jam dictas res qualiter superius legitur cum superioribus & inferioribus atque cum ingressibus & accessionibus & affinibus suis in integrum taliter a presenti die & hora per hanc paginam offertionis mee in uobis predictis donato Presbiter & Gerardo Monacho uestrisque successoribus a parte nostro ospitale maneat & persistat potestatem ad habendum tenendum absque omni contradicione meam meorumque successorum & insuper spondeo atque promitto ego predicta Mathilda uobis nostro Donato Presbiter & Girardo Monacho a parte ospitali nostris rebus omni tempore ab omni homine defensare juxta legem dampna litis omnia sustinere. quod si ad defensandum minime fuero aut contra hanc offertionem per quodcumque uis ingenium agere aut causare presumpsero uel si agentibus consentientes fuero tunc promitto componere libras quinquaginta denariorum lucensium & post pe-

nam solutam hanc paginam offertionis mee omni tempore in sua maneat firmitate. Actum in Prato Fescofo feliciter. in presentia Bernardo Episcopo feliciter. Signum ✠ manus. Ego predicta Matilda que hec fieri rogauit. & insuper jubeo atque precipio & jussionem facio ut nullus homo audeat predare neque furtum facere aut nullam offensionem facere ad jam dicto Ospitale & quicunque hoc non obseruauerit sciat se compositurum libras quinquaginta nomine pene.

Signum scriptum manibus Alberto Comite. & Raginerius Filiis quondam Bulgarelli. & Cortolo & Alberto Filiis Maginfredi. & Sasolo da Balianello. & Uberto de Stagno qui rogati sunt testes.

· F. namque Ardrico Judice Teste.

Ego Gosberto Notarius feliciter post tradita compleuit.

NUM. LXXXV.

Dall' Archivio del Monastero di Santo Stefano.

An. 1099. 7. Febbrajo.

Beatrice Contessa figlia d' Ugo Conte e moglie d' Alberto d' Orso dona al Monastero di San Bartolomeo Apostolo parecchie terre sul Bolognese.

In nomine sancte & indiuidue trinitatis. anno ab incarnatione millesimo nonagesimo nono. imperante Domino Inricus filius quondam inrici imperatoris. anno quinto decimo. die septimo mensis Februarii. indicione septima. Et ideo in Dei nomine ego Beatrisia Cometissa bone memorie ugonis Comitis filia Alberto uiro meo presente & consentiente pro remedio anime mee & de quondam parentum meorum hac spontanea uoluntate & per hoc instrumenta donacionis atque perpetualis transationis conueniencia do & concedo atque transfero in Monasterio Sancti Bartolomei Apostoli & tibi ingizo Abbas eiusdem monasterii & in tuis fratribus & successoribus ad abendum tenendum & possidendum proprium in perpetuum & conduticias unde pertinuerit a salua iusticia idest tertia porcione de omnibus rebus & possessionibus meis quantacumque mihi pertinet de . . . . que fuit & pertinuit a quondam Ugo & matilda genitor & genitrice mea que in me seruaui da illam cartulam quam feci de duabus portionibus Alberto uiro meo omnia & ex omnibus abeatis & teneatis ista terciam portionem integriter in integrum. Presenti die do & concedo atque transfero ego prenominata Beatrisia per hoc instrumenta donacionis & concessionis & perpetualis transacionis ut diximus in integrum

grum ad abendum tenendum & possidendum & tibi iam dicto Ingizo & in tuis fratribus & successoribus utilitas exinde faciendum proprium in perpetuum & conduticium unde pertinuerit a salua justicia dominica persoluendum. Ut neque a me qui supra Beatrisia donatrice neque a meis heredibus aut per summissam uel rogatiuam personam neque per nullum uis ingenium uel argumentum de predictam terciam porcionem qualiter supra legitur nullam exinde habeatis molestacione uel interrucione tibi prenominato Segezo & tuis fratribus & successoribus. sed omni tempore ab omni homine defensare promitto & si minime defensare potuerimus aut contra hoc instrumenta donacionis & concessionis atque perpetualis transacionis a me rogata scribere aliquando per quodcumque ingenium quod umanum sensum capere potest agere & causare presumpserimus aut agentibus consenserimus & non permanserimus in hoc quod supra legitur. alioquin datura promitto ego prenominata Beatrisia & heredibus meis componere & dare tibi iam dicto Ingizo aut tuis fratribus & successoribus pene nomine in argentum den. ueronensium libras centum & post penam solutam hoc instrumentum donacionis sicut supra legitur omni tempore in sua maneat firmitate. Hactum in ciuitate bononia indictione retroscripta VII.

Signum † manibus supradictam beatrise que hoc instrumentum donacionis sicut supra legitur fieri rogauit.

Signum † manibus Albertus filius quondam ursonis de I... ne qui in ac donacione interfui & consensi.

†††† Gerardo filius quondam raginerio de Johanne. & ungaro filius rodulfi de amizo. & petrus fil. petri Clerici. & Lambertus filius bonus fantini rogatis testibus.

Tabellius petrus hec instrumenta donacionis per rogacionem de suprascripta beatrisia scripsi & mei robur accomodauit & compleuit.

NUM.

NUM. LXXXVI.

Dall' Archivio Arcivesc. di Ravenna.
Caps. E. num. 9319.

An. 1102. . . . . .

Ugo Conte di Bertinóro concede alla Chiesa Ravennate il Castello di Bertinóro, e sue pertinenze.

In nomine Domini. Anno ab Incarnatione ejus Millesimo C. II. Indicione . . . . Ugo Comes Castri Britinori & mea uoluntate non ui concedo tibi domino Johannes Uenerabilis Archiepiscopi Sancte Rauennatis Ecclesie omnibusque tuis socessoribus cum meis filiis & heredibus pagine precepto Castrum Britinori cum apendiciis suis cum introitibus & exitibus suis eum massis suis & cum morariis & parantis suis cum uiis pascuis montibus & Collibus usque in appendiciis Casal. & usque ad Cruces Forinpopoli. & usque ad montem Altram. & usque ad fines Polente sicut tenuit Agabitus Proconsul Rauenne tempore Archiepiscopi & eensum concedentis tibi tuisque successoribus in festiuitate Sancti Appollenaris aureos duodecim & si pro nostra culpa steterit quod Censum non reddamus per spatium trium Annorum in uestro Archiepiscopio non . . . . mieos nisi placuerit uestre sanctitati relinquere sicut aparet per meum instrumentum factum per manus ipsius Notarii & pro eo quod promittis mihi destruere Castrum Montem Madii ita ut nunquam in amplius redificetur & eo eunigo & uiuigaicum eum hominibus quod ibi abetis in Castro Bretonori ad abitandum ueniant & consuetum censum quod ipsi uobis soluere solent nobis soluant sicut in capitulari uestro apparet & redditi quos autem prouidebimus ponere in Villis abitabunt in eo loco ubi precipiemus. Clerici uero & Milites in Castro Britonori habitabunt milites uero ponere promitto justa gironem & in regione Sancti Laurentii & ad alios Clericos quoque in plebe ponemus & in nostra Capella Sancti Andree & ubi cum uestro Consilio ponere potuerimus & possessionem Ecclesie Montis Madii in nostra plebe concedetis. Insuper uineas quas propriis manibus detinuistis Micalupio mihi conceditis. Domus Gusbertinorii ad arbitrium domini Guidonis Osaurei & Ricardi uestri Camerarii & domini Guidonis Sigizi emendabo. Domus Jasanorum ad preceptum Giberti Arriessi & Armani Melosi emendabo. Domos Sassonis pomarii ad

ad arbitrium Presbiteri Petri Patritii emendabo. Domos Ferrariorum ad arbitrium domini Bulgari emendabo. Domum Acletini ad ejus uoluntatem emendare promitto. Domos Gerardi Greci & Petri Greci & Rodulfi ad estimationem Brittonis & Randisci emendabo. Domum Guiberti ad ejus jusjurandum emendare promitto domum . . . . rolli ad ejus jusjurandum emendare promitto. domum Domini fidelis ad arbitrium Nicolai Perocci & Rainerii Crassi emendabo. Domus Arimbaldi & Gregorii & Sicelini ad arbitrium Petri Clerici & Baronis emendabo. domum Balduini Tiniosi sicut ipse jurabit emendare promitto. domum Gibellengorum ad uoluntatem Tancredi Nasonis & Petri Burgensis & Angelini emendare promitto. Et nunc ad presens centum libras bonorum denariorum dare promitto tibi domino Archiepiscopo & quando in uestro Archiepiscopatu nutu Dei acciderit quod Archiepiscopus ordinetur usque triginta dies fidelitatem ei jurabo si hoc nobis confirmauerit sicut in mea Cartula legitur & quamdiu per eum steterit reconfirmatio nos non negamus ei de fidelitate neque de pensione postquam ipse fecerit nobis cartulam confirmationis nos teneamus ire Romam cum eo cum nostro expendio. Preterea si moriuntur ibi nobis eque uos emendabitis nobis ad consuetudinem boni juris. Quando inuitabitis nobis ad uestram prouinciam contra uestros inimicos cum militibus quingentis in Romanie partibus ueniam & cum . . . . si ultra padum cum uiginti militibus ueniam sed tamen ad usum bone curie fiat si ibi aliquid damnum passus fuero. Inter primos curie stare me promittitis & in bello & in pace componenda secundum uestram bonam consuetudinem. Ita . . . . tias quas inde habere potuero bona fide sine fraude . . . . negotium uestrum . . . . in festiuitate Beati Apollenaris onorifice ad curiam uestram deo annuente ueniam pro singulis annis. negotia quos nobis commiseritis bona fide tractabo & secretum quod mihi credideritis ad uestram dannietatem non pandam. Ad mortem meam destrerium bonum & unum Runcinum & loricam cum Elmo & galero . . . . ad Archiepiscopatum relinquam. Emendationes uero domorum justa sex menses postquam destructus fuerit Castrum Montis Madii persoluam & interim domos ad abitandum eis pacifice tribuam donec ipsi sine fraude domos eorum edificent in illis locis ubi inter nos jam statutum est. Et si in accipienda sedia domorum aliqua discordia nata fuerit ad arbitrium Episcoporum tuorum scilicet Bononiensis & Ariminensis & Boibensis de discordia decidatur. Et si ex hinc ad quindecim dies aliquod boni ad confirmandum quod statutum est inter me & Dominum Archiepiscopum anted. Gibertus adibere uoluerit obbedire paratus ero.

ero. Et ego dictus Comes Ubo si contra hec omnia que supradicta sunt temptauero & omnia non obseruauero componam domino Archiepiscopo suisque successoribus centum libras auri Optimi. pro eo quod ipse similiter michi pena centum librarum auri promisit si omnia quod in mea cartula agitur non obseruasset & nos omnia scribere rogauimus Demetrium Cesanensem Notarium in die & anno supradenotato. Et castrum uero destruere promittitis ex hinc ad octo dies.

✠ Ego Johannes dei gratia umilis Archiepiscopus Sancte Rauennatis Ecclesie manu mea subscribo.

✠ Ego Gibertus diaconus Sancte Rauennatis Ecclesie . . . . me subscribo.

✠ Placuit hec omnia Uberto duci. ✠ Sinebaldo de Ponte Marino. ✠ Johanni de Pepo. ✠ Petro Pelazeario. ✠ Uberto Pretioso. ✠ domino Giberto de Sancto Johanne Euangelista & Fratri suo Capriolo & Gusberto & Cioffo.

Ego Demetrius Notarius Cesenensis feci supradictorum dominorum scilicet domini Johannis Archiepiscopi & Domini Ugonis Britonori Comiti eorum precibus scripsi.

NUM. LXXXVII.

Dall' Archivio Nonantolano.

An. 1102. 17. Marzo.

Matilde Contessa coll' assenso di Bernardo Cardinale della Chiesa Romana, e Vicario in Lombardia di Pasquale II. Pontefice, dona al Monastero Nonantolano il Castello, e Corte di Cèllola, e la Corte di Raigósola nel Bolognése, e Castel Tedaldo coll' altre terre di suo diritto nel Ferrarése.

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Anno ab Incarnatione ejus Millesimo Centesimo secundo quinto decimo Kal. Aprilis. Indictione Undecima. In Dei nomine ego Mathildis Comitissa Dei gratia si quid sum jussione & data licentia Domni Bernardi Dei nutu Sancte Romane Ecclesie Cardinalis atque in Lombardie partibus Vicarii Domni Paschalis Diuina fauente clementia ejusdem Summe Sedis Antistitis in meorum peccatorum remissionem & ad thesauri Sancte Nonantulane Ecclesie restaurationem in qua Corpus Beatissimi Siluestri Christi Confessoris requiescere noscitur quem prefate summe Sedis jussione ejusdem tuitione que tunc temporis ab aduersariis intollerabili infestatione uexabatur expandi. Tibi Domno Johanni Preposito & Adigerio ejus-

ejusdem prefati Cenobii Auocato a parte scilicet prefate Ecclesie in perpetuum ad habendum concedo . idest nominatiue Castrum & Curtem Cellule cum edificiis & Ecclesiis una in honorem Beati Johannis Baptiste . alia Sancti Cassiani . tertia Sancti Michaelis Arcangeli ibidem consecratis . & Curtem Raigosole cum Ecclesia dedicata in honore Beatissime Virginis Marie & omni jure ad predictum Castrum & Curtes pertinente. Castrum etiam Tedaldi cum Ecclesia in honore prefati Sancti Johannis Baptiste edificata & omnibus ejus pertinentiis omnesque res territorias quas .in toto Comitatu Ferrarie uideor possidere omnes scilicet res supradictas quas prelibate Sancte Romane Ecclesie jure proprietario tradidi & nunc ab ea uideor possidere. Eo uero ordine ut pars predicte Esclesie Sancti Siluestri omnes predictas res ut dixi in perpetuum teneat ac prout ei melius uisum fuerit utiliter disponat sine omni mea que supra Mathildis meorumque heredum ac proheredum contradictione. Ita tamen ut pro omnibus suprascriptis rebus a parte jam fate Nonantulane Ecclesie unus bisancius annualiter in Lateranensi Palatio pensionis nomine persoluatur illi uidelicet prime Sedis Pontifici qui per Catholicos Cardinales inibi pro tempore fuerit ordinatus. Quidem & ego qua supra Mathildis una cum meis heredibus & proheredibus omnes predictas res ab omni contradicente homine defensare promitto . quod si omni tempore easdem res non defensauero uel si hanc mee promissionis paginam quolibet modo infringere temptauero . . . . . . nomine me meosque heredes & proheredes quinquaginta libras auri optimi predicti Beati emendaturos spondeo & insuper hec mea promissio in sua maneat firmitate quia sic inter nos conuenit. Actum in Castro Panciano feliciter.

✠ Ego Bernardus dictus Cardinalis Presbiter Sancte Romane Ecclesie & Domni Pape Paschalis secundi Pape in Longobardie finibus Legatus atque Vicarius dictante justitia ex utraque parte hoc scriptum fieri jussi & manu mea subscripsi.

✠ Ego Frater Johannes peccator Monachus dictus Prior hanc cartulam accepi & ideo subscribo etiam si opportuerit saltem mearum litterarum ualeat comparatio.

✠ Ego Ardericus judex interfui audiui & scripsi.

✠ Ego Bonus judex interfui & s. s.

✠✠✠ Ego Alberius m. m. scripsi. ugo armatus Albericus de Nonantula de hac scripta pagina rogari fuerunt testes.

✠ Ego Wido notarius sacri Palatii scripsi postraditam compleui & dedi.

NUM. LXXXVIII.

Dal Corpo del Gius Canonico. Ivi decret. Part. II. Caus. XVI. Quest. I. C. IX.

An. . . . . . .

Lettera di Pasquale II. Pontefice a Vittóre Vescovo di Bologna. Gl' impone, che raffreni nella sua Diocesi gli Abati, e Monachi, che s' arrogavano i diritti Vescovili.

PERVENIT ad nos unde ualde miramur quod quidam Monachi & abbates in parochia uestra contra Sanctorum patrum decreta episcopalia jura & officia sibi arroganter uindicant uidelicet penitentiam remissionem peccatorum reconciliationem decimas & ecclesias. cum absque proprii episcopi licentia uel apostolice sedis autoritate hoc nullatenus presumere debeant. sicut in Chalchedonensi concilio de hujusmodi a sanctis patribus cautum est & sub anathematis uinculo monachis omnibus prohibitum. Mandamus itaque dilectioni tue ut eos conuenias. & ne talia deinceps presumant omnino prohibeas.

NUM. LXXXIX.

Dall' Archivio de' Canonici della Chiesa Bolognése.

An. 1105. 19. Luglio.

Matilde Contessa figlia di Bonifázio Duca, e Marchese dona a' Canonici della Chiesa Bolognése la Chiesa di San Michéle presso Argeldta colle sue pertinenze.

IN nomine Sancte & Indiuidue Trinitatis. Anno Dominice Incarnationis millesimo centesimo quinto. quarto de . . . . . . Kal. Augusti Indictione tertiadecima. Ego quidem in Dei nomine Mathilda Dei gratia Cometipsa filia quondam bone memorie Bonifacii Ducis & Marchionis bono animo & uoluntate placet & conuenit mihi ut per hanc cartulam offersionis atque concessionis a presenti die do atque concedo in Canonica S. Petri Bon. Ecclesie & uobis Dn. Dominicus Archipresbit. & Clarissimo Archidiac. uestrisque Confratribus qui nunc ibi sunt aut pro tempore fuerint ad habendum tenendum possidendum . . . . . . commu-

niter conuersancium Fratrum. idest Ecclesiam S. Michaelis que est sita juxta Castrum Argellate cum omnibus ad eandem Capellam pertinentibus dono do offero pro remedio anime mee & parentum meorum in perpetuum ad utilitatem prefate Canonice S. Petri. Insuper do atque concedo medietatem medietatis Masse Tauranl cum pensione & renouatione eo uidelicet tenore quod in uita mea concesseritis mihi decimationem ipsius Masse & placitum & districtum & de ipsis decimis quas mihi reseruo uolo atque cedo decimam partem predicte Canonice. post meum uero obitum in integrum totum concedo scilicet decimas placitum & districtum & cetera omnia in integrum jam dicte Canonice S. Petri. Et hoc quidem in me reseruo sicut superins legitur nulli ominum alienabo neque per feudum neque per nullum ingenium & neque per me &c.

Actum in Episcopatu Lucensi in loco qui dicitur Galliganum Indictione tertiadecima. In presencia Domni Bonsenoris VV. Regiensis Episcopi. & Capellani dicte Comitisse. Signum †† Alberici & Trochi. in presencia Judicum Ubaldi de Carpeneta & Boni Judicis de Nonantula & . . . .

NUM. XC.

Dall' Archivio de' Canonici di San Gio. in Monte.
Lib. I. num. 29.

An. 1107. 19. Gennajo.

Sigizo figlio di Giovanni Bonardo Fduro investe Doménico e Andreurga jugali, ed Orso e Gandelberga jugali figli e nuore d' Ugo Longobardo d' alcune terre in Cepidno.

In Dei nomine amen. Anno Domini nostri Jehsu Christi millesimo centesimo septimo. XIX. Mensis Januarii. indict. xv. Petimus Sigizio Filium Johannes bonardo fauro ut nobis Dominicum & Andreurga jugales pro medietate & Urso & gandelberge jugales in alia medietate germani & Cognate Filii & nurus Ugoni longouardo per hunc libellum enfiteosin concedere dignemini idest trans fluuio Reno in loco ubi dicitur Capiani prope Ecclesie Sancti Victoris due pecie tere arator. ab uno lat. a sera pert. triginta sex juxta tera monast. Sancti Stephani cum consor. . . . . . ejus alio latere a mane pert. XXX. uia antiqua ab uno capite de subtu pert. X. juxta tera monast. Sancti Stephani alio capite de super pert. VIII. juxta heredes Urso de Petri de Engizo. alia petia ab uno latere a mane juxta nos petitores alio latere a sero

juxta uiam publicam tertio latere desuper juxta Graciano filium' petri de Richelda. Quarto latere de suptus juxta nos petitores. Actum in Ciuitate Bononia rupta antiqua in burgo Sancti Columbani indict. retroscripta qintadecima. Andreas filius bonardi de Roizo. Petrus de serra. Teukus filius carbone. Petro de lo Castaldione. Vandolo. Bernardo albergatore rogatis testibus. Ego Johannes Tabellio &c. . . . . ut supra legitur roboraui & absolui.

NUM. XCI.

Dall' Archivio Pomposiano.

An. 1108. 2. Marzo.

Matilde Contessa figlia di Bonifazio Marchese investe Natalia detta Mazola, e Giovanni suo figlio d'alcuni terreni in Argelata.

In nomine Sancte & Indiuidue Trinitatis. Anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi. Millexìmo centeximo octauo. die secundo Mensis Marcii Indictinne quintadecima.

Petistis a me in Dei nomine Matilda Cometissa Filia Marchionis Bonifacii. Uti uobis in Christi nomine Natalia Mazola & Joanni filio tuo. petitoribus tam pro uobis quamque pro filiis & nepotibus uestris. & uestris heredibus usque ad expletam terciam personam. & quarta renouandi. per emphiteotecariam jus a presenti die rennuo uos de pecia una terre aratoria. cum omnia super se posita in burgo dicto Argelata inter affines ejusdem pecie terre. ab ambobus lateribus abentur pertice decimpede uiginti & sex & mediam. ab uno latere terram Sancte Marie. ab alio latere terram de heredibus Petri Remengarde. quam detinent heredes Joanni de Fuscolo Leonis de manzoni. & ab uno Capite pertice undecim justa Terram predicte Sancte marie. & ab alio Capite pertice septem & mediam justa fossam. uel si quis aliis. hanc autem peciam Terre abeatis teneatis & quicquid uobis uestrisque heredibus placuerit exinde facite. Et licentia uendendi & donandi. Salua pensione mihi & a meis heredibus persoluenda omni anno denarii duo blanchi. & in tempore renouacionis a me uel a meis heredibus renouate. Et ego Commetissa Matilda cum meis heredibus uobis Natalia & Joanni filio tuo. uestrisque heredibus predictam peciam terre ab omni persona hominum defensare. & auctorizare promitto. & non agere neque contextare aut litem inferre. sub nomine pene centum

tum solidorum Verone. & soluta pena hanc renouacionem firmam permaneat.

Actum in Castro Floranelli.

Ego Commetissa Matilda hanc renouacionem scribere rogaui.

Testium nomina Albericus filius Bulgari. & Rodulfus de Garfagnano. & Azo de Sala. & Albertus Joculi. & Lanfrancus de Sauignano & Albertus Joanni Pauli.

Ego Florus Tabellius hanc renouacionem scripsi & compleui.

NUM. XCII.

Dal Bacchini, Istoria del Monastero di Polirône, Monumenti pag. 93.

An. 1112. 23. Maggio.

Matilde Contessa figlia di Bonifazio Marchese dona alla Chiesa di San Cesareo la Corte di Wilzacara, col Castello, e Borgo di San Cesareo.

In nomine Dei eterni Saluatoris nostri Jesu Christi millesimo centesimo duodecimo. Indictione v. octauo die intrante Madio. ego Mathilda Comitissa dei gratia si quid sum filia quondam Bonifatii Marchionis que professa sum lege uiuere Salica offertrix & donatrix Ecclesie Sancti Cesarei cui domnus Petrus preesse uidetur a presenti die in antea dono & offero pro anime mee remedio & Parentum meorum uidelicet totam curtem Wilzagaram intra & extra in intus suis finibus terminatam in mane aqua que dicitur muza & capitanei & uia que dicitur casxola. a meridie curtis de bazano & Sauignano & castri ueteris a sero aqua nizola sicut decurrit & fluit in fluuium Scultennam & ab eo loco sicut Scultenna fluit usque ad terras capitaneorum. a Septentrione uia Claudia & ecclesia de Zena & terra Capitaneorum. quam predictam curtem totam intus & extra cum omnibus aremaniis angariis perangariis bannis fodris Collectis & uadimoniis & cum omnibusque sibi in quibuscumque locis in intus pertinere noscuntur. Idest cum Castro Broilo & burgo Sancti Cesarei cum casis sediminibus & uineis . . . . cum omnibus terris cultis & incultis pratis syluis nemoribus pascuis scalareis aquis sibi adjacentibus aquarum usibus omnibus & ductibus earum ripis rupinis rupibus & paludibus & cum omnibus usariciis in terris totius curtis. Intra quam curtem Sancti Cesarii nullus mortalium gratia alicujus usus ullo modo extra uoluntatem meam aut predicte Ecclesie Sancti Cesarei cui predictam curtem totam dono

dono offero cedo & trado intrare audeat propter aliquod usum mittere pasculare uel boscare aut quicquam ibi ordinare uel uti ullo modo debet . quam a tempore nostro & progenitorum nostrorum actenus habuimus pacifice & quiete . molendina quoque pro uoluntate sua eadem Ecclesia Sancti Cesarei habeat cum aqua Scultenne que mea est quam eidem Ecclesie trado dono & offero cum supradicta curte ut supra uel intus nulli alii donata obnoxiata obligata sed libera & absoluta persistit . quam memoratam curtem Ecclesie Sancti Cesarei eo uidelicet modo ut predicta Ecclesia Sancti Cesarei habeat & teneat predictam curtem Sancti Cesarei in perpetuum cum omni honore & jurisdictione & districtu sicut supra dictum est sine omni mea & heredum meorum ac proheredum contradicione & molestacione. & eadem ecclesia Sancti Cesarei & omnes clerici qui in ea stant aut in futuro erunt de supradicta Curte cum omnibus pertinenciis suis in intus faciant omnem suam utilitatem sine contradicione alicujus persone ut supra legitur . Preterea cunctos uassallos meos uidelicet capitaneos ualuassores & alios qui feudum habent in eadem curte eidem ecclesie Sancti Cesarei dono & offero qui faciant eidem ecclesie fidelitatem per Sacramentum quam mihi & antecessoribus meis usque modo fuerunt solummodo de quartis militaribus & usatis de fructibus & non de terris . quas terras ego predicta Matilda Comitissa ad proprios usus ibidem degentium in ecclesia eadem & ad suam uoluntatem pro utilitate ipsius dono & offero concedo trado & relinquo . quorum quidam similiter a me habent ami. . . . & nihil omnino aliud in ipsa curte preter illos de Sala uiros nobiles qui mihi multum seruierunt in discordia Imperatoris Enrici quarti qui a me habebant mansos nouem in eadem curte in confinio illorum de Sancto marcho juxta illam curtem Sancti marci cum omni responsione preter decimam illorum mansorum que est jam dicte ecclesie Sancti Cesarei & si alii ut habent in jam dicta curte Sancti Cesarei tota responsio ad ipsam ecclesiam pertinet preter solummodo quarta usata & preter petrum de Gomula cui dedimus unam braidam nostram que jacet in uilla de Scurzarolo que est de curte Sancti Cesarei quam uolo ut teneat & habeat a predicta Ecclesia Sancti Cesarei per fidelitatem cum omni responsione . Si quis uero contra hanc largitionis donacionem & piam uoluntatem nostram agere temptare presumpserit quadraginta pondera optimi argenti & quadraginta libras auri pro pena memorate ecclesie persoluat & hec donatio semper inuiolata permaneat cum stipulatione subnixa. Et bergamenam de terra propria manu leuaui & Ubaldo notario scribendam tradidi & scribere rogaui. Actum in Curte bondeni de rongoris feliciter.

Signa testium. Arduini de palude. Opizo da Gonzaga. Amedeus. petrus rozonis rogati sunt testes.

Si-

Signa testium. rainerius de castro ariani. girardus de Plaza. Wibertus de Gonzaga & alii plures testes rogati sunt.

Signum testium alberti Manfredi Widonis de rosa & Mainfredus & Gerardus de S. Benedicto rogati testes.

MA TIL DA DEI GRA SI QID EST de domo autem Waberti de S. Cesario & de domo . . . dicimus quod bene seruire debent & omnia precepta prelati ecclesie Sancti Cesarei conseruare. & ipsi debent habere terram suam cum omni responsione si bene seruierint ad uoluntatem predicte Ecclesie & banna sua similiter & omne districtum ecclesie debet habere de eis.

Ego Ubaldus not. hec audiui & scripsi.

NUM. XCIII.

Dal Rossi. Hist. Ravenn. lib. V. an. 1113.

An. 1113. .. Maggio.

Matilde Contessa aggiudica a Sichelmo di Rotechério il Castello di Zello nel Contado Ferrarése.

ANNO ab incarnatione Domini millesimo centesimo tertio decimo mense Madii Indictione VI. Dum adesset Domina Mathilda grandis Ducatrix & Comitissa Marchionis Bonifacii filia in loco bauiana ibique cum ea Ubaldus Judex & Bonus Judex. Albertus de Adigerio & Petrus Judices & Sigenfredus Judex. Causidici quoque Uuarnerius de Bononia. Lambertus & Albertus seu anricus namque Azo Judex de Ferraria. & Lambertus di Ciuitate Rauenna. & Petrus Aduocatus Ecclesie Sancti Andree de Rauenna. Joannes & Grando da Ficarolo. & Rolandus Judex. Marchisellus. & Rolandus de Bononia. & gisle Zone. Capitaneis quoque Ugone de Magnifredo. Amedeus. Teberdus. Nordillus & ejus filius. Scilicet Rainerius & Othericumus. Gerardus da Erbera. Guinlielmus da Ferraria. Petrus Canes. Bombellus. Rufinus. Guido Bonfantes & piures alii. In eorum presentia Sichelmus filius Rhotecherii petiit mercedem suprascripte Comitisse M. de medietate fundo & castro Zello & de medietate aliorum fundorom rejacente in Comitatu Ferrariense. quam Ramelmus & Grimilda ejus congnus acceperunt per anteriorem emfiteosim in monasterii Sancti Andree de Rauenna. Et ante eam & prescriptorum Judicum per placitum definitum fuit ut misisset eum in tenerem & ejus bannum super ipsam rem. prescripta Comitissa Domina M. cum taliter audiuit cum consilio Judicum per fustem quem suis tenebat manibus misit bannum supra Sichelmum & super prefatam

tam rem. Quod si aliqua persona magna paruaque presumpserit disuestire uel molestare suprascriptum Sichelmum uel suis eredes sine legali judicio ciad se compositurum nomine pene argenti optimi libras centum. medietatem parte publice & medietatem predicte partis.....

NUM. XCIV.

Dall' Archiv. Arcivescov. di Bologna.

An. 1114. 2. Marzo.

Pasquale II. Pontefice conferma alla Chiesa Bolognese i possedimenti, e le immunità, e stabilisce, che i Vescovi eletti ricevano la Consecrazione dal solo Pontefice.

PASCHALIS Episcopus Seruus Seruorum Dei. dilecto in Christo Fratri Victori Bononien. Episcopo ejusque successoribus canonice substituendis in perpetuum. Sicuti injusta petentibus nullus est tribuendus assensus sic legitime desiderantium non est differenda petitio. Tuis igitur frater carissime precibus annuentes ad perpetuam Sancte Bonon. Ecclesie pacem ac stabilitatem presentis decreti stabilitate sancimus ut uniuersi parochie fines sicut a tuis antecessoribus usque hodie possessi sunt ita omnino integri tam tibi quam tuis successoribus in perpetnum conseruentur. Qui uidelicet fines a flumine Gaibana usque in Riuolum Sablosulum decurrunt. Deinde in Stratam que dicitur Ungarista. Deinde in stallo Gallam & in locum qui dicitur curte. Deinde in flumen qui dicitur Leo. Deinde in fluuium qui dicitur Muzza inter quos fines quecumque plebes & quecumque alie Ecclesie uel Monasteria Ville uel oppida site sunt uel fuerunt sub tua tuorumque Catholicorum successorum Episcopali prouidentia & dispositione permaneant. Quantumcumque uero homines super Ecclesie Bonon. terra resident cojuscumque conditionis in potestate & defensione nostra seruentur. Concedimus itaque uobis Massam Uulpini & Mozolarii & massam Nerpulini. Itemque confirmamus fraternitati tue omnia que a predecessoribus nostris idest Agabito. & Pelagio. & Gergorio dialogo. & Vii. Gregorio. uidelicet Monasterium S. Stefani quod uocatur Hierusalem constitutum a S. Petronio Episcopo. & S. Proculi Martiris. & Sanctorum Naboris & felicis. & Sanctor. Geruasii & Prothasii. & S. Columbani confessoris. & Sancte Marie Majoris. & Sancti Vitalis & Agricole in arena. & S. Barbatiani. & Sancte Margarite. & S. Michaelis Archangeli in fundo paterno cum pertinentiis suis. & S. Marie situm in Monte Palense cum curte ibique tenente seque uocatur Aurelia. & cum Montibus qui in circuitu prefa-

ti Monasterii positi sunt . & S. Lucie de Roffeno . & Monasterium S. Helene . & S. Prosperi in Panigale . & Sancti Martini in Poio cum Curte & omnibus sibi pertinentibus . S. Petri in Strada . S. Marie in strada cum omnibus suis pertinentiis . S. Petri cum curte que dicitur Nucifatico cum omnibus suis rebus . S. Martini in Casalecchio cum omnibus suis pertinentiis . atque donamus petitione tue portam Ciuitatis Bononie que dicitur S. Petri . & stratam Salariam cum stratatico & omni redditu quem persoluere solent euntes per eam . & Ecclesia S. Andree Apost. ante portam S. Petri . & S. Thome Apost. & Joannis Euangeliste in Monte Oliueti cum omnibus suis pertinentiis . Confirmamus etiam uobis curtem que uocatur Millonis cum porto & ripatico & teloneo & mercato cum siluis & uenationibus & paludibus & piscationibus cum seruis ancillis Colonis & omnibus suis pertinentibus . Item Curtem de Brento . Curtem que dicitur Bombiano cum omnibus suis pertinentibus. Montem Cauallorum portum qui uocatur Galliano cum Ripatico & Toloneo & paludibus & Piscariis & siluis & cum omnibus ad ipsum portum pertinentibus . Curtes etiam duas unam que dicitur prata major & alteram que dicitur prata minor positas infra plebem que dicitur Boida . Curtem quoque que dicitur Marsumaticum cum omnibus suis pertinentiis . Abbates Monachos presbiteros Diaconos Clericos litteratos & illiteratos seruos & Ancillas Dei & omnes homines utriusque sexus infra prefatos jam dicte Bonon. Ecclesie terminos habitantes tue subjicimus dispositioni tuorumque Cattolicorum successorum . Preterea quecumque predia quascunque possessiones uel a predecessoribus nostris Apostolice Sedis Episcopis uel a quibuscumque catholicis regibus Karolo & Ottone Bonon. Ecclesie concessa sunt Nos quoque decreti presentis auctoritate firmamus . ad hec adjicientes statuimus ut justa ueterem consuetudinem Ecclesie Bonon. electi semper a Romano Pontifice gratiam Episcopalis consecrationis accipiant sicut & tu oppitulante Dei Omnipotentis gratia suscepisti . Si quis sane in crastinum Archiepiscopus uel episcopus Imperator aut Rex Princeps aut Dux Comes Vice Comes Judex aut Ecclesiastica secularisue Persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere uenire temptauerit secundo tertioue commonitus si non satisfactione comgrua emendauerit potestatis honorisque sui dignitate careat reumque se diuino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat & a Sacratissimo corpore ac Sanguine Dei & Domini Redemptoris Nostri Jesu Christi aliena fiat atque in extremo examine destricte ultioni subiaciat . Cunctis autem Ecclesie eidem justa seruantibus sit pax Domini Nostri Jesu Christi quatenus fructum & sue bone actionis percipiant & apud districtum Judicem premia eterna pacis inueniant . Amen &c.

Scriptum per manum Raynerii Scriniarii Rationarii & Notarii Sacri Palatii.

Ego Pasqualis Catholice Ecclesie Episcopus.

Datum Albe per manum Joannis Sancte Romane Ecclesie Diaconus Cardinalis ac Bibliothecarius II. Men. Martii Indictione septima. Incarnationis Dominice MCXIV. Pontificatus quoque Domini Pasqualis secundi anno quinto decimo.

NUM. XCV.

Dall' Archivio della Badia di Santo Stefano.

An. 1114. 29. Decembre.

Uberto Conte figlio d' Alberto Conte del Contado di Bologna vende a Pietro di Verardo Chierico da Pianoro, e ad Imelda Jugali alcuni terreni posti nella Corte di Pianoro.

In nomine Domini nostri Jehsu Christi. anno ejus millesimo centesimo quinto decimo. regnante dominus Enricus rex filius quondam secundi enrici Imperat. IIII. Kal. Jan. Indictione octaua. Profitens profiteor ego Uberrus Comes filius quondam Alberti Comitis de comitato bononiensis qui professus sum ex natione mea lege uiuere Romana. accepi sicuti in presentia testium manifesto sum quod accepi a te petrus & imilda jug. fil. & nurus quondam uerardi Clerici de loco planorio in argento denar. lucens. soll. sex finitum pretium sicut inter nobis conuenit per omnes res immobiles quas habetis aut tenetis aut a uobis pertinet siue precario jure aut per feudum da me infra tota corte planoria. Quo autem jam dicta res qualiter supra legitur cum superiore & inferiore seu cum fine & accessione sua in integrum a presenti die & hora pro supradicto pretio & per hanc cartam uenditionis in uestra qui supra emptoris in eis maneat & persistat potestatem ad habendum & faciendum exinde & cui uos dederitis uel uestris heredibus jure proprietario nomine quicquid uolueritis sine omni mea heredumque meorum contradictione. Spondeo quidem atque promitto ego qui supra uenditore una cum meos heredes uobis qui supra emptoris petrus & imilda jug. uel a uestris heredibus supradictas res que uobis supra uenundaui in integrum omni tempore ab omni contradicentem hominem defensare secundum quod in legibus cautum est. quod si ad defensandum minime fecero aut si contra hanc cartam uenditionis per quoduis ingenium agere aut causare presumpserimus uel si agentes consentiente fuero ego uel meis heredibus tunc supradicta res que uobis supra uenundaui sicut

pro

pro tempore meliorata fuerit aut ualuerit sub estimatione in consimilibus locis uobis uel a uestris heredibus in duplum restituam quia sic inter nobis conuenimus. Hactum in castro planorio indictione supradicta octaua.

✠ Signum nom. supradicto Uberto comes qui hunc contractus uenditionis sicut supra legitur coram testibus in antiqua carta scribere rogauit per manus tegrimus tabellio de planorio antiquam cartam scripsit & compleuit.

Signum nomina testium de antiqua carta uenditionis hec sunt. Lambertus rodulfi filius. Lambertus qui u. de bona. Rolandus azoni filius. ato filius Johanni quibus in antiqua carta uenditionis rogatis testibus.

Hoc exemplar ex authentico ducto.

Ego teutius not. de castro gene qui hunc contractus uenditionis sicut in antiqua carta legitur in ista noua carta ita scripsi & compleui juxta ecclesiam Sancti Jacopi de hospitale qui u. da planorio. millesimo C. quadragesimo tertio temporibus innocentii pape regnante corradus Rex die XVIII. Mensis junii indictione VI.

NUM. XCVI.

Dall' Archivio Publico Bolognése. Registro detto Grosso pag. I.

An. 1116. 15. Maggio.

Enrico Imperatore riceve in protezione il Comune di Bologna, e lo privilegia.

In nomine Sancte & indiuidue Trinitatis. Anno Domini Millesimo Centesimo Sextodecimo. Idus Madii. Indictione IX. Henricus Dei gratia Romanorum Imperator Quartus Cesar Augustus. Imperialis proprium est clementie fidelium nostrorum precibus pro merito sue deuotionis in beneficiis largiendis annuere. Proinde cunctorum Ciuium Bononiensium personas set & res eorum mobiles uel immobiles tam acquisitas quam acquirendas in nostra temporali tuitione seu defensione recepimus ubicunque contingat eos degere uel conuersari. ita ut ne quis hominum presumat eos injuste molestare uel eorum personas seu res aliquibus injuriis afficere. Omnes publicas uias tam in terris quam in aquis & nominatim nauigium Padi & deorsum in Venetiam & sursum in Longobardiam ita libere concedimus eis ut ne quis omnium prorsus audeat eos in iisdem uiis & itineribus aliquatenus impedire uel quibusdam molestiis implicare. Nemo eos umquam constringat nullam prestationem quis-

quam ab eis exigat occasione banni uel ripatici uel alicujus talis cause nomine & hoc nominatim in Ferraria ejusque territorio uetamus. exceptis nostris Legatis qui per loca solent ea que juris & consuetudinis sunt facere & exigere. Antiquas etiam consuetudines intactas & illesas perpetuo precipimus obseruari & pabulum Silue a Plebe Buida usque ad Paludes & usque ad Centum. In toto Rheni alueo nihil fiat operis quo pejus nauigetur. Negotiatores de Tussia subter Stratam negotiandi causa non transeant nisi duabus per annum uicibus idest ad Mercatum Oliuarum & Sancti Martini. Pro parata seu fodero ultra centum Libras denariorum Veronensium non exigantur. Et nullus Comes eorum Colonos seu Inquilinos pro albergariis quod Mansionaticum dicitur molestare audeat. Quo tempore in nostra erunt expeditione nulla de re judicium eis pati uolumus nisi quid ibidem commiserint. Hec omnia pro tenore supra descripto in perpetuum custodiri demandamus. Si quis uero contra prefatum nostre clementie beneficium uenerit uel hoc in aliquo uiolauerit centum Librarum auri purissimi pene subjaceat cujus dimidium nostris scriniis dimidium jam dictis persoluat Conciuibus. Quod ut uerius credatur & appareat Sigilli nostri imagine presens scriptum precipimus insigniri.

Actum in loco qui Gubernolo nuncupatur Indictione suprascripta.

Ego B. . . Dei gratia Cancellarius subscripsi.

Ego Guarnerius Judex affui.

NUM. XCVII.

Dall' Archivio Publico Bolognése Registro detto Grosso pag. 1.

An. 1116. . . . .

Enrico Imperatore perdona al popolo Bolognése la distruzione della Rocca.

IDEM Imperator remisit Bononiensi Populo omnem offensionem quam ipse Populus aliquo modo sibi commisit. & precipue Roccam que ab ipso Populo destructa fuerat tam ipsi Populo quam omnibus qui auxilium prebuerant. Hec omnia impetrata sunt ab Alberto Grasso & Ugone de Ansaldo. Et hujus Precepti receptioni cum predictis affuit Azo filius Azonis. Witternus filius Carbonis. & Rolandus Nepos ejus. & Bono de Tegerio & Donusdeus filius ejus. & Guido de Beatrice. & Petrus de Leone & Petrus Clericus de Seraglio. Hec omnia facta sunt in presentia Arduini filii Widonis. & Conradi Comitis. & Comitis Al-

Alberti filii Bosii . & Pelauicini. & Caoalcabouis Marchionis. & Bernardi & Alberti Germani filii Mainfredi & Ubaldi nepotis eorum . & Guidonis filii Mainfredi . & Uberti Comitis Bon . & Ducis filii Diadonis . & Nordilli de Castroueteri . & Wilielmi filii Henrici de Verona . & Opizi de Gonzaga . & Tassonius de Bibianello . & Ubaldi Causidici de Carpeneta . & Gandulfi Judicis de Argelata . & Gerardi de Plazia . & Bruni de Monte . & Henrici de Verona .

NUM. XCVIII.

Dal Campi Istoria di Cremona lib. I.

An. 1116. 28. Maggio.

Enrico Imperatore riceve in protezione il Monastero di Gurdila nel Cremonése, e conferma gli antichi possedimenti, ed immunità. (*)

HENRICUS Diuina fauente clementia IIII. Rom. Imp. Augustus . omnibus Sanĉte Dei Ecclesie & nostris fidelibus tam futuris quam presentibus notum fieri uolumus qualiter nos interuentu nostre dileĉte conteĉtaldis Mathildis Regine & Episcoporum Religiosorum Bernardi Parmensis Escopi Epponis Nouariensis Episcopi nec non Ven. Pontii Cluniacensis Abbatis atque Dodonis Monaci fidelis nostri & pro remedio anime nostre nostrorumque parentum Ecclesiam de Virada in honorem Sanĉti Petri construĉtam sitam in Episcopatu Cremonensi sub nostra tutela & Mundiburdio suscepimus cum omnibus bonis suis adquisitis uel adquirendis possessionibus mobilibus & immobilibus & utriusque sexus familie nec non alodiis & precariis libellariis & cum omni utilitate que de his exire uel prouenire solent ea uidelicet conditione ut nullus dehinc Archiepiscopus Episcopus Marchio Comes Vicecomes Gastaldio Scultator Abbas seu aliqua magna uel parua persona prediĉtam Ecclesiam uel fratres inibi Deo famulantes de suprascriptis bonis audeat inquietare molestare uel disuestire . Si quis uero quod absit aliquo temerario ausu contra hoc ire tentauerit auri optimi libras centum componat . medietatem Camere nostre & medietatem supradiĉte Ecclesie uel fratribus ibidem Deo militantibus quod ut uerius credatur ab omnibus inuiolatum & inconuulsum permaneat hanc cartam inde conscriptam & manu propria corroboratam impressione nostri Sigilli insigniri jussimus . Burcardus Canzellarius & Episcopus Monesteriensis recognouit IIII. Kal. Junii Indiĉtione nona . Anno Dominice Incarnationis MCXVI. Regnante Henrico IIII. Rege Rom. Anno XI. Imperio uero illius VI. Aĉtum est Footaoe in Christo feliciter . Amen.

NUM.

(*) Questa carta è sospetta d' interpolazione.

NUM. XCIX.

Dall' Archivio Nonantolano.

An. 1116. 8. Luglio.

Giovanni di Boitana Messo d' Impero aggiudica al Monastero Nonantolano alcune terre nella Corte di Raigósa, che occupavano gli uomini del Castello di Gesso.

In nomine domini Dei & Saluatoris nostri Jhesu Christi anno ab incarnatione ejusdem millesimo centesimo sesto decimo. tercio henrico imperante anno sesto octauo Idus Julii. Indictione nona. Dum esset Johannes boitane misso domni Henrici Imperatoris in curte celule in loco qui uocatur runcus. domnicus justa strathe que uocatur cluza & insimul cum eo domnus Lanfranchus monachus. sitque albericus uicecomitis. seu ildeprandus filius ildeprandi. namque petrus de Seuero. & albertus candidus. azo de golfero & presbiter gianellus de castro gipso. & reginundus de Sandoni & tetelinus filius guarini de uico petrosa & alii plures in presentia suprascriptorum hominum uenerunt hominibus habitatores in castro gipso quorum nomina petrus de Joseph. & albertus qui uocatur perduto & constantinus filius constantini fecerunt finem ac perpetuam transactionem pro ipsis ac eorum consorte in manu prelibati Johannis misso Imperiali uice ecclesie monasterii Sancti Siluestri sito nonantule de omnibus illis rebus territoriis quas ipsi detinebant infra pertinentiis curte ragiguse ex dationibus hominibus comitipse Matilde. que ipsis dicebant eis date essent per Wardam roce gipsadelli quas jam dicta comitipsa matilda ante eorum dationem per cartam proprietatis dedit in predicta ecclesia Sancti Siluestri in restauratione thesauri quam ipse tulit suprascripte Ecclesie. nec abbas suprascripti Monasterii nec alius suus missus concessit neque confirmauit in dactione quam fecerunt suprascripti homines matilde in predictis hominibus gipsi. Et si suprascriptam transactionem non obseruauerint incidant in penam & bannum imperatoris. Et in suprascriptam penam promiserunt dare & conducere omnem redditum blauis de jam dicta terra secundum consuetudinem loci ad hospicium Lauini. Et si in aliquo tempore ostendunt justa legem habere pertinentiam in suprascriptis rebus obseruetur eis. ✠. Omnes suprascripti homines rogati sunt testes.

In Dei nomine ego ✠ albertus Notarius scripsi hec.

NUM.

NUM. C.

Dall' Archivio de' Conti da Panico Patrizj Padovani.

Ao. 1116. 16. Novembre.

Milône Conte dona a Matilde figlia di Witerno la sua porzione delle Castella, e Corti di Pánico, Montásigo, e Vignóla, e Intrigéta dedotta Lámola.

In nomine Domini. Anno ab incarnatione ejusdem millesimo centesimo sextodecimo. imperante Henrico quarto anno sexto. Septimo decimo calendas decenber. indicione nona. Et ideo In Domini nomine Ego quidem Dominus smilo comes hoc donationis simplicis instrumento jure dominii & proprietatis antedictis in presentiarum dedisse & hujus rei gratia tradidisse tibi presentem in Christi nomine Matilde filie Witerni tuisque heredibus meam portionem de castro & curia Paoego cum omnibus pertinentiis suis excepto Lamola. & similiter dono castrum Montasigi cum curia ejus & cum omnibus suis pertinentiis. atque castrum & curiam Vignole cum omnibus pertinenciis ejus cum omoibus supra se & infra se habentes mentem in presenti die dono & hujus rei gratia traddo tibi suprascripte Matilde tuisque heredibus ad habendum tenendum & deinceps tuo nomine possidendum in perpetuum jure dominii & proprietatis & quicquid tibi & heredibus tuis deinceps ex hac placuerit faciendum. de condititia uero salua donica ratione & ex ea liceat tibi renouare & obtinere & pensionem dare solitam. ita inquam ut nullam litem nullamque controuersiam exinde tu uel tui heredes quoquo modo qualibet ex causa a me prelibato Comite uel a meis heredibus aliquo in tempore sustineatis ab omni quoque homine hanc predictam rem scilicet castrum & curiam panigi cum castro montasigi & Vignole & intrigete cum omnibus ejus pertinentiis legitime defendere & auctorizare pro me & meis heredibus tibi suprascripte Matilde tuisque heredibus omni tempore ab omni homine promitto. Sinî autem hujusmodi res deinceps ego uel mei heredes quolibet modo aliqua de causa quocunque in tempore aduersum te uel aduersum tuos heredes agere nel causare aut aliquam molestiam inferre presumpsero aut agenti consensum prebere aur istam carram rumpere aut frangere quesiero & predicta omnia firmiter obseruare noluero tunc pene nomine libras quatuorcentas auri obtimi dare tibi & tuis heredibus promitto & postmodum hoc instrumentum simplex donationis domioii & proprietatem jure semper iotactam & incoruptam tenere spondeo.

Actum

Actum juxta flumen Rheni & hospitale in loco qui dicitur Toresella indicione suprascripta nona predicta. Smilo comes hoc instrumentum simplex donationis dominii & proprietatis jure ut superius rogatus fieri.

Signum manuum suprascripti Comitis. Signum ✠ crucis fecit Warnerius judex. Rolandus de Theuzo de Carbone. Lambertus causidicus. Ugo macagnanus inuestitor hujus rei. Bernardus filius Rolandi de Carbone. Rolandus frater ejus. Henricus itemque Henrici Venetie. Gotifredus filius Rodulfi. Grimaldus fil. Alberti de Gotifredo. Sigefredus filius Segnoreti. Tibaldus fil. Ugoni Ansaldi. Federicus fil. Alberti. Raynerius de Muro. Ildebrandus de Sigezo. Malacopa. Guido . . . . . de Pitreto. Petrus de Gaudio. Tegrimus de Rodulpho. Raymondus de Fauro. isti omnes & alii plures interfuerunt & rogati sunt testes. & in eorum presentia hoc instrumentum simplex donationis perfecte jurauit Smilo comes firmum & illibatum atque incorruptum in perpetuum tenere per omnia nec ullo modo uel ingenio aliquo supradictum instrumentum obuiare & similiter jurauerunt cum eo Raymondus de Theuzo. & Tegrimus de Rodulpho. & Ugi bone de Ubaldo. & Guido de Monte pastori. & Fauros. & Bernardus de la Mola. & Vicecomes ejusdem castri. & Fauro de Panigo ista omnia supradicta ipsum Comitem per omnia obseruare nec contradicere sic deus eum adjuuat & sancta Dei Euangelia.

Ego Bonandus tabellio in domini nomine hoc instrumentum simplicis donationis jure dominii & proprietatis cum debito juramenti ut superius firmaui & subscripsi.

Angelus his metris causidicus ista peregi.
Notarii signo subscribens more benigne.

NUM.

NUM. CI.

Dall' Archivio de' Canonici della Chiesa Bolognése.

An. 1116. circa.

Enrico Imperatore conferma a' Canonici della Chiesa Bolognése gli antichi possedimenti e le immunità.

In nomine Sanĉte & indiuidue trinitatis. *Henricus filius secundi henrici Imperatoris diuina fauente clementia rex.* (*) condecet culmen regiminis nostri juxta modum predecessorum dominorum regum omnibus regalem aulam querentibus humilitate ex ipsa presidium saluberrimum exhibere & nostre eos munificentie beneficio subleuare. Idcirco omnium Sanĉte Dei ecclesie fidelium nostrorum presentium scilicet & futurorum nouerit industria quam interuentu conjugis nostre matildis gislardum archipresbiterum & albertum uicedominum cunĉtosque canonicos sanĉte bononiensis ecclesie regulariter uiuentes cum omnibus rebus & possessionibus eorum per singula loca & territoria constitutis seu cum liberis hominibus seruis & ancillis utriusque sexus uel libellariis seu residentibus diuersis familiis per hoc nostrum regale preceptum sub nostra successorumque nostrorum defensione saluantes recipimus. confirmantes uidelicet eis omnem conquesitum eorum tam in terris & uineis quam & in diuersis speciminibus domibus atque possessionibus per singula ut diximus loca & territoria undecumque illis per quemcunque modum uel titulum aduenisse noscuntur uel in antea adquisierint siue etiam concedimus atque confirmamus generaliter prediĉtis omnibus canonicis Sanĉte bononiensis ecclesie inlibate absque alicujus contradiĉtione quicquid condonatum uel concessum fuit illis uel canonice illorum ab eorum episcopis aut a quibuslibet deum timentibus hominibus per quamcumque concessionem siue preceptum uel per aliquem concessionis titulum possidere idest massam tauriani cum palude riuulis cum casalibus & apendicibus suis. & fossa liogua. & locus qui uocatur gurgosa usque ad limen qui uocatur illanicus. & fundum ducentula in integrum. & de fundo muntonis uncias duas. & fundum tabernulis in integrum coherens se. nec non & fundum castaniolo & fundum ronci. & fundum uiriaticus simul & campis qui sunt inter lopolitum & spicis & quicquid ibi inuentum fuerit de jure Sanĉte bon. ecclesie. & concedimus uobis aĉtum super fluuium Sauene inter territorium bri-

(*) Veggasi nella prima parte del Volume alla pag. 170. la nota (I).

britensis cum omnibus casis & casalibus ad suprascriptum actum pertinentibus que sunt de jure Sancte jam dicte ecclesie. & concedimus uobis massam que uocatur francinaticus cum omnibus casalibus coherentibus se cum siluis & castanetis sibi pertinentibus. reconfirmamus casas & casales que sunt intra saltus planus que a Sancte memorie Domino Clemente Episcopo pro quartarum portione uestris antecessoribus concesse fuerunt. idest fundum reuerentiani Scampaniano & candilioni. atque uillam simul. & in fundum ueniano untias duas. & zaconiticus in integrum. & gorzaniticl. & uitidesi. & fundum caprilia & siuiraticus. & alios casales coherentes sibi. nec non & fundum upupi. & corneliano que sunt positi ad latus basilice sancti petri inter ipsos saltus planos. in montibus quoque super fuuium reni fundus sergis. & coloniola. & pixano cum casale mediana in integrum. nec non fundum qui uocatur barbioticus. & fundum grauselia. atque fundum ceciliano. & fundum cerrito. & fundum Castellione cum campis & siluis coherentibus se similiter. & fundum mixturiano qui est positus super fluuium sitte untias octo in integrum. Insuper etiam constituimus omnes decimationes obnixius totius plebis Sancte marie dei genitricis que uocatur buide. & ecclesiam Sancte marie que est sita in monte palensi cum omnibus oblationibus & pertinentiis suis & quidquid a deum timentibus ibidem per salutem uiuorum & defunctorum fuerit oblatum. cuncta uero olиueta que sunt posita in territorio quod uocatur de garda. domum quoque juxta palatium episcopi ejusdem ecclesie. antiquam etiam pauperum alteram domum hospitii. seu que de jure ejusdem ecclesie nunc habent uel ipsi uel eorum successores juste adquirere potuerunt. Omnes autem decimationes que presentialiter predicti canonici habent uel habere debent siue deuenire potuerint. totum etiam dominicatum ejusdem ecclesie canonice. Ecclesiam Sancti Johannis Baptiste juxta eamdem domum. medietatem uero omnium decimarum totius plebis que uocatur in barbarorum siue cunctas res mobiles & immobiles que nominari juste possint. nec non concedimus illis canonicis de omnibus hominibus per singula loca & territoriis constitutis liberis & seruis utriusque sexus per hanc nostri precepti uel concessionis paginam portaticum toloneum ripaticum paratam & obstaticum & absque aliqua publica functione quiete uiuere sub hoc nostro regali precepto. ut Deo sanctisque omnibus per stabilitatem nostri regiminis preces incessanter fundant. optanter igitur jubemus ut nullus archiepiscopus episcopus dux marchio comes uicecomes nullaque magna uel parua persona uniuscujusque ordinis aut dignitatis in rebus uel possessionibus canonicorum placitum aut injuriam presidentibus super terram ipsorum facere presumat. nec ipsos distingere aut molestare audeat nec pignus tollere aut flagellare presumat. sed liceat predictis canonicis suisque

que successoribus omnibus rebus & possessionibus eorum omni tempore sub tuitionis nostre munimine quiete remota totius potestatis inquietudine permanere. Si quis autem temerarius contra hoc nostre confirmationis preceptum ire temptauerit aut aliquam molestationem inferre presumpserit & per omnia jam dicta non obseruauerit sciat se compositurum auri optimi libras centum medietatem camere nostre & medietatem predictis canonicis suisque successoribus. quod ut uerius credatur & diligentius ab omnibus obseruetur sigillo nostro impressius jussimus insigniri.

Ego Gebehardus Ridtin. Dei gratia Episcopus & ytalie archicancellarius subscripsi. (*)

NUM. CII.

Dal Murat. Ant. med. avi T. III. pag. 679.

An. 1118. 21. Giugno.

Enrico Imperadore riceve in protezione l'Ospitale di S. Michele posto in Riva del Reno in luogo detto Corte del Marchese.

In nomine Domini Dei eterni. Henricus Dei gratia Romanorum Imperator Augustus. Imperiali clementia precibus Teuzi uenerabilis Presbyteri commotus Preceptum quod appellant Bannum emisit super domo uenerabili hoc est Ospitali que constructa est juxta Renum in Curte Marchionis ut in omnibus rebus quas Comissa Matildis eidem uenerabili domui largita erat uel in futurum ei possint adquiri ab omni injuria permaneant inlesa atque inuiolata. Nec uero quisquam hominum publicarum factionum exactorum aliquod ab ea petere uel percipere audeat nisi illi Imperator ipse nominatim [illegible] forte persona pu[illegible]

[illegible] dicte Domui

[illegible] cen-

[illegible] loco Bonbiano. Anno ab Incarnatione Domini Christi Millesimo Centesimo octauo Decimo. xi. Kalendas Julii. [illegible] dictione xi. feliciter. Interfuerunt testes Coruclus de Ferignano. & Serafinellus filius ejus. & Ugizone filio Raineri. & Ubertus de Bibiano. & Ubertinus nepos ejus. & Ubertinus de Siuiliana. & Brunettus. & Jo-

(*) Veggasi la nota suddetta (t).

Jocus de eodem loco . & Melus de Castilione . & Sasolo . & Gislizone de Gato & alii quamplures ibi interfuerunt.

✠

Ego Gernerius Judex affui & subscripsi.

Ego Girardus Judex & Notarius interfui & per jussione suprascripti Henrici Imperatoris qui istum Signum Crucis fecit scripsi.

NUM. CIII.

Dal Murat. Antiq. Med. ævi T. I. pag. 857.

An. 1118. . . . Giugno.

Guido da Mugnano manomette Alberto suo servo.

In nomine Sancte & indiuidue Trinitatis anni Domini nostri Jesu Christi Millesimo Centesimo Decimo Octauo . . . . . . Julii . . . . . . prouidentia Dei . . . . . . primum hominem de . . . . . . humi loc. . . . . . . est cui Christus suam mortem libertatem redidit . . . . seruos nostros liberando ab omni jugo seruitutis. Ego quidem scilicet Dominus Guido filius quondam Domini Verardi de Mognano pro amore Dei omnipotentis & suorum sanctorum & pro anima mea meorumque parentum & pro abluendis peccatis meis hoc Manumissionis Instrumento . . . . Albertum filius Sismondini de Sancto Archangelo . . . . . . cum omni podere & peculio quod habet & tenet & possidet seu se . . . . . . aquirere potuit abuit & tenuit & possidere potuit . . . . . . predictus in presentiarum a mei potestate libero ea ratione ut ab hac ora in antea liber sit & absolutus int . . . . liberos & liberas manere ualeat hac ingenua natiuitate & quacunque uiam eligere uoluerit potestatem eligendi habeat & ut Ciuis Romanus fiat & po . . . . mas apertas habere nullique meorum heredum aliquod seruitutis obsequium impendere. In peculio uero si quid habet aut deinceps habiturus sit in Christi nomine suo jure haberemus patronatus penitus remitto ei liberum atque solutum. Et securus omni tempore uite sue & suorum heredum imperpetuum ualeat permanere & omnia ciuilia negotia suo comodo & incomodo facere emere donare uendere permutare locare testamentum facere in judicio stare sine meo seruitutis obstaculo tamquam monigenio patre & matre esset natus. Si quis uero meorum seu de heredibus meis seu qualibet a me submissam uel submittendam personam per quolibet in tempore contra hanc cartulam Libertatis agere aut pulsare uoluerit in primis . . . . . meorum Dei omnipotentis qui Trinus & Unus est incurrat . . . . Sanctis & uniuersalis Ecclesie sit & anathema & in illa sententia incurrat qua Judas Isca-

Iscariothas habuit qui Deum tradidit & Dathan & Habiron quos terra uiuos deglutiuerat. Et insuper decem Marcas argenti fini nomine pene per stipulationem promissa per me meosque heredes illi uel eis heredibus dare promitto. Et pena soluta hec Libertas omni tempore firma & inuiolata permaneat . . . . aut ullo tempore nolle quod semel uolui . . . . .

Actum in Saragoza . . . . . . Domini Prioris de Saragoza Indictione predicta septima.

Predict. . . . . . . dictus Alpe . . . . . Alberto omnes possessiones & tenuitas Scismundini patris dicti Alberti . . . . Prenominatus Dominus Albertus quondam Domini Verardi de Mognano hoc Manumissionis Instrumentum ut supra legitur rogauit scribere & hec omnia supradicta sub tali condictione facta fuerunt quod si aliquo in tempore dictus Albertus . . . . . . decesserit sine liberis quod eorum bona perueniant aspetato uel ejus . . . . Dominus Girardinus de . . . . . & Dominus Scismondinus de Demozola. & Dominus Mattheus de Batidizo. & Tomaxius Ocacollato de Saragozza. & Ugolinus da loco de Vizano. & Bonauentura de Boa. . . . . de Vizano rogati sunt testes.

Ego Bertoldus quondam I. . . . . . Notarius hoc manumissionis Instrumentum ut supra legitur interfui & rogatus subscripsi & addidi quod dimisi.

NUM. CIV.

Dal Rossi Ist. Raven. lib. V. an. 1118.

An. 1118. 7. Agosto.

Geldsio Secondo Pontefice conferma a Gualtieri Arcivescovo Ravenndte i diritti della sua Chiesa, e gli rende la giurisdizione sui Vescovadi di Bologna, Modena, Reggio, Parma, e Piacenza.

GELASIUS Episcopus Seruus Seruorum Dei carissimo in Christo fratri Gualterio Rauennatensi Archiepiscopo salutem & Apostolicam benedictionem. Unitati Diuine Trinitatis gratie agende sunt que per sue charitatis spiritum diuisa conjungit & multas in se animas unam facit. Ecclesia siquidem Rauennantium per multa jam tempora ab Apostolice Sedis unitate discissa multas eidem Sedi Apostolice persecutiones intulit & Ecclesiis multis peruersi schismatis fomitem ministrauit. Quapropter ad ejus nequitiam deprimendam subiectarum ei Ecclesiarum quasdam sibi Apostolica sedes assumpsit ut uel sic eam ad humilitatis & unitatis tramitem reuocaret. sed cum tandem Diuine majestati beneplacitum fuit eandem Rauennan-

nantium Ecclesiam misericordie sua gratia ad unitatem & obedientiam matris sue Romane Ecclesie reuocauit. iniquitatem namque suam filii recognoscentes delicta patrum corrigere probauerunt ut qui preteritis temporibus per tyrannidem Regiam Presules Regibus placentes accipiebant nunc demum secundum Canonicas Sanctiones Episcopum Deo placentem eligerent & schismate abdicato in Catholice congregationis gremium repedarent. Te siquidem Reuerentissime frater Gualteri a disciplina Fratrum regularium uiolenter assumptum pro religionis ac sapientie prerogatiua in beati Apollinaris cathedram communi uoto ac desiderio posuerunt & in Apostolice sedis obedientiam unanimiter redegerunt. Unde nos Diuine Trinitatis unitati gratias agentes personam tuam pro jure nostre Ecclesie ad Episcopale ministerium cooperante Domino consecrantes tibi & per te Rauennatium Ecclesie dignitatem omnem quam ante illius diuisionis tempora per Romanam Ecclesiam possederat restituimus. Per presentis enim priuilegii paginam saluo in omnibus jure atque auctoritate sedis Apostolice concedimus tibi tuisque successoribus in ejusdem sedis Apostolice subjectione atque obedientia permanentibus Episcopatus Emilie prouincie idest Placentie. Parme. Regii. Mutine. Bononie. Ferrarie. Hadrie. Comacli. Imole. Fauentie. Forliuii. Fori Pompilii. Bobi. Cesene. Ficoclii. Confirmamus etiam uobis Ducatum Rauenne & monasteria Sancti Adalberti & S. Hilari in Galliata & cetera monasteria seu possessiones ad uestram Ecclesiam pertinentes per autenrica priuilegia ab antecessoribus nostris & a Catholicis Regibus tradita. Pomposiani quoque monasterii curam religioni tue saluo Ecclesie nostre jure committimus ut prestante Deo regula discipline per tuam industriam reformetur. Preterea fraternitati tue Pallium Pontificalis uidelicet officii plenitudinem ex Apostolice Sedis liberalitate concedimus quo fraternitas tua secundum Ecclesie tue morem ex Apostolice Sedis concessione permissum se nouerit induendam cujus nimirum pallii uolumus per omnia genium uendicare. Hujus siquidem indumenti honor humilitas atque justitia est. Tota ergo mente fraternitas uestra se exhibere festinet in prosperis humilem & in aduersis si quando eueniunt cum justiria erectam amicam bonis peruersis contrariam. nullius umquam faciem contra ueritatem suscipiens nullius umquam faciem pro ueritate loquentis premens. misericordie operibus juxta uirtutem substantie insistens & tamen insistere etiam super uirtutem cupiens. infirmis compatiens beneualentibus congaudens aliena damna propria reputans. de alienis gaudiis tamquam de propriis exultans. in corrigendis uitiis pie seuiens in fouendis uirtutibus auditorum animos demulcens. In ira judicium sine ira teneas in tranquillitate autem Sanctitatis juste censuram non deserens. Hec est frater carissime pallii accepti dignitas quam si sollicite seruaueris quod

fotis

foris accepisse ostendens intus habebis. Ego Gelasius Ecclesie Catholice Episcopus subscripsi. Signum manus mee. Deus in loco Sancto suo. Dat. Rome per manus Crysogoni S. Romane Ecclesie Diaconi Cardinalis. VII. Id. Augusti. Indict. XI. anno Dominice Incarnationis MCXIX. Pontificatus autem Domini Gelasii secundi Pape anno primo.

NUM. CV.

Dall' Archivio de' Canon. Regolari di S. Gio. in Monte lib. I. num. 38.

An. 1118. 18. Settembre.

Giovanni buono di Pietro di Clarissimo, Alberto Grasso, ed altri concedono la Chiesa di S. Giovanni in Monte al Priore, e Canonici di S. Vittore.

IN nomine Domini anno ab incarnatione ejusdem millesimo cent. octauo decimo - quarto Kal. Octobris. indic. undecima. Nos quidem Johannes bonus filius petri de Clarissimo & Albertus Grassus & Albricus frater ejus atque Albertus de Aginulfo & Ugo frater ejus & Azo fil. Alberti de Clarissimo & ominfredus Capellus sicque Ricardus de Alberto de atto & Guido filius Alberti de guillia nec non Wido & Arardus germani fil. Rodulfi de Clarissimo. Nos omnes qui patroni dicimur refutamus atque renunciamus juri nostro quodcumque habere uidemur aliqua racione uel occasione de ecclesia Sancti Johannis in monte cum cimiterio ejus tibi domino petro uen. presbitero & priori ejusdem ecclesie & domino Alberio. quam refutationem & renunciationem suscepit predictus prior pro se suisque fratribus presentibus & futuris in perpetuum in honorem Dei & Sancti Johannis & Sancti Victoris. ita tamen ut nullam litem nullamque controuersiam exinde inferent. set predicta refutacione & renunciatione firma & incorrupta in perpetuum promiserunt. alioquin si agere aut causare presumpserimus aut agentibus consenserimus aut per ullum litigium miserimus. Tunc spopondemus pene nomine auri obtimi libram unam dare uobis & uestris successoribus & insuper hoc instrumentum refutacionis & renunciationis semper firmum & incorruptum tenere.

Actum ante Ecclesiam Sancti Johannis in monte indicione dicta.

Prelibati patrone hoc instrumentum refutacionis ut supra rogauerunt fieri.

Dominus Amicus monachus. & Albertus presbiter. & atto presbiter. & ada filius ade. & Albertus capellus interfuerunt & rogati sunt testes.

Ego

Ego Bonandus gratia Dei tabellio hoc instrumentum remuneracionis & refutationis ut supra firmaui & scripsi.

NUM. CVI.

Da Zaccaria Anecdot. Med. avi pag. 226., e 228.

An. 1118. . . . . .

Vittòre Vescovo di Bologna concede la Chiesa di San Michèle nella Selva Bombidna al Monastero di San Salvatòre posto in Fontdna detta di Taòne.

In nomine Sancte & indiuidue Trinitatis . anno ab Incarnatione Domini nostri Jeshu Christi millesimo octauo decimo . presidente domno Jellasio uenerabilis Papa in Romana Ecclesia . Victor gratia Dei Sancte Bononiensis ecclesie Episcopus una cum Clero suo . conuenit Episcopali moderamine quo indigne utimus salutiferis seruorum Dei peticionis benigno multis intellectu clementer aduertere & justis ecclesiarum prouectibus presidia confirmationis gratuita uoluntate concedere . Concedimus igitur ac ecclesiastico jure firmamus Ecclesiam Sancti Michaelis que est posita in Silua que uocatur Bombiano in nomine & persona Domni Johannis Abati ejusque successorem de monasterio quod est constructura da honorem Sancti Saluatoris & est positum in loco qui dicitur Fontana Taoni . eo scilicet tenore ut prefatus Abas ejusque successores in quantum Diuina potestas permiserit & sibi attinet prelibatam Ecclesiam digno idoneoque possidendo custodiant . Insuper etiam collaudamus & firmamus eidem Ecclesie & tibi jam dicto domno Johanni Abati tuisque successoribus quinque maosos cum Decimis ejusdem terre quos per antico tempore permansit uestre Ecclesie a nostris antecessoribus sicuti patet in antico uestro instrumento . hanc autem Ecclesiam cum omnibus suis possessionibus prono animo & bona uoluntate pro remedium anime nostre & predecessorum nostrorum sub nostra tuicione atque defensione suspicimus & tibi jam dicto Johanni Abati tuisque successoribus ad regendum & possidendum & semper meliorandum tradamus itaut neque a nobis neque a nostris successoribus nullam molestacionem uel controuersiam exinde abeatis . hanc autem tradicionem eo ordine facimus quamdiu tu uel tui successores sub dicione & regola uallembrosane custodie permanseritis . Si uero quod absit ab eorum societate & regula retrorsum abieritis uolumus ut jam dicta Ecclesia cum suis beneficiis ad nos deueniad ita tamen ut nunquam ullo tempore abeatis licentiam uendendi neque donandi neque quouis titulo commutandi . & quia eadem ecclesia in alodio nostre Ecclesie posita est uolu-

uolumus pro obediencia & reuerentia nostre ecclesie omni anno in mense Junio mihi meisque successoribus afferre debeatis noue cere libras quatuor. Si autem quod Dominus auertat ecclesia nostra post obitum nostrum ab alico non catholico possessam fuerit licentiam abeatis obedendi & respondendi Clericis ejusdem nostre Ecclesie qui eam catholice rexerint. Si qua uero pars hec ita ut scripta sunt non obseruauerit det pars parti auri optimi libras tres & post penam absolutam hoc totum in suo robore & uigore permanead sicut superius diximus. prefatam Ecclesiam cum omnibus suis bonis in nostra suscepimus tuitione atque defensione. Si quis uero adjutor atque defensor hujus rei deinceps extiterit benedicionem & absolucionem peccatorum suorum ad Deo omnipotente & beato Petro atque nostro abead. Si quis temerator prefate rei ita non obseruauerit uel in aliquo offenderit si intra triginta dies emendare non studuerit maledicionem Dei omnipotentis & Beati Petri ac nostra sine dubio abebit & possidebit.

Victor episcopus sicut superius legitur fieri rogauit.

Ego Victor episcopus manu mea subscripsi.

Ego Presbiter Capitaneus manu mea subscripsi.

Ego Albericus diaconus bb. & s. s. manu mea.

Ego Othaldus subdiaconus manu mea subscripsi.

Ego Albertus Causidicus manu mea subscripsi.

Hujus Cartule Albericus filius quondam Jerardi & Jerardus filius quondam ottoni. & Alberto qui uocatur Bovello. & Petrus de Laurte. & Gandulfo filius quondam Ansaldi rogati sunt uic testes. & Liusio qui uocatur rosegone. & nouellino filius quondam Sigezo de Sauignano uic testes rogati sunt.

Rainerius notarius Sacri palacii scripsi ac cartula sicut superius legitur.

NUM. CVII.

Dal Murat. Antiq. Med. avi T.V. pag. 351.

An. 1121. 4. Marzo.

Callisto II. Pontefice conferma a Dodône Vescovo di Módena i diritti, e possedimenti della sua Chiesa nei due Contadi di Módena, e di Bologna.

Calixtus Episcopus seruus seruorum Dei. uenerabili Fratri Dodoni Mutinensi Episcopo suisque successoribus canonice substituendis in perpetuum. Sicut injusta poscentibus nullus est tribuendus effectus sic legitima desiderantium non est differenda petitio. Tuis ergo frater in Chri-

sio carissime Dodo Episcope precibus annuentes ad perpetuum Sancte cui Deo auctore presides Mutinensis Ecclesie pacem ac stabilitatem presentis Decreti auctoritate sancimus ut uniuersi Mutinensis Episcopatus fines quieti deinceps omnino & integri tam tibi quam tuis successoribus conseruentur. Qui nimirum fines his distinctionibus distenduntur. uidelicet a terminis illis qui Lucanum & Pistoriensem Episcopatus a Mutinensi diuidunt usque ad flumen illud qood appellatur Burana. & usque ad terminum illum qui Mutia uocatur. atque inde usque ad illum terminum qui Bononiensem Episcopatum a uestro Episcopatu disjungit. Ex altera uero parte usque ad terminos qui Episcopatum Mutinensem a Regino discernunt. Ecclesiarum uero que infra hos terminos continentur conseruationes Clericorum promotiones decimas & oblationes secundum Sanctorum Canonum constitutiones tibi tuisque successoribus concedimus & confirmamus. Precipue in Plebe Sancte Marie de Dodruntio que est in Curte Sici & in Capellis ejus in omnibus Ecclesiis que sunt in Castro Curte Solarie & in Plebe Roncalie. in omnibus Ecclesiis de Ponte Ducis. in Ecclesia de Camurana. in Ecclesiis de Curte Curtiole. in Ecclesia de Scoplano. in Ecclesia Sancti Petri in Sicula. & in Ecclesiis que sunt in Castro Veteri & in Curte ipsius. in omnibus Ecclesiis que sunt in Castro & Curte Panciani de Leonesi Abbatia. &. in omnibus Ecclesiis que sont in Plebe Rubiani. Quecumque preterea bona quascumque possessiones uel in presenti legitime possidetis uel in futurum largiente Deo juste atque canonice poteritis adipisci firma tibi tuisque successoribus & illibata permaneant. Decernimus ergo ut nolli omnino Episcoporum facultas sit infra predictos fines sine tuo uel successorum tuorum consensu Ecclesiam consecrare Chrisma conficere aut Clericos ordinare preter Ecclesias & Clericos de Castro & Burgo Nonantule. Nulli etiam hominum liceat Ecclesiam uestram perturbare aut ejus possessiones auferre uel ablatas retinere uel temerariis uexationibus fatigare set omnia integra conseruentur tam tuis quam Clericorum & Pauperum usibus profutura. Sane de Presbiteris qui per Parochias ad Monasteria pertinentes in Ecclesiis constituuntur Predecessoris nostri Sancte memorie Urbani secundi sententiam confirmamus statuentes ne Abbates in Parochialibus Ecclesiis quas tenent absque Episcoporum consilio Presbiteros collocent. Set Episcopi Parochie curam cum Abbatum consensu Sacerdoti committant ut ejusmodi Sacerdotes de Plebis quidem cura Episcopo rationem reddant. Abbati uero pro rebus temporalibus ad Monasterium pertinentibus debitam subjectionem exhibeant & sic sua cuique jura seruentur. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica secularisue persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere uenire temptauerit secundo tertioue commoni-

monita si non satisfactione congrua emendauerit potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se diuino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat. & sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte ultioni subjaceat. Cunctis autem nostre Ecclesie justa seruantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi quatenus & hic fructum bone actionis percipiant & apud districtum Judicem premia eterne pacis inueniant. Amen. Amen. Amen.

Ego Calixtus Catholice Ecclesie Episcopus subscripsi.
Ego Crescentius Sabinensis Episcopus subscripsi.
Ego Petrus Portuensis Episcopus subscripsi.
Ego Vitalis Albanus Episcopus subscripsi.
Ego Diuizo Tusculanus Episcopus subscripsi.
Ego Bonifacius titulo Sancti Marci Presbiter Cardinalis subscripsi.
Ego Robertus Cardinalis Presbiter titulo Sancte Sabine subscripsi.
Ego G. G. Cardinalis Presbiter titulo Sancte Prisce subscripsi.
Ego Teobaldus Presbiter Cardinalis titulo Pammacchii subscripsi.
Ego Rainaldus Presbiter Cardinalis titulo Sancte Praxedis subscripsi.
Ego G. G. Presbiter Cardinalis titulo Lucine subscripsi.
Ego Asdeait titulo Sancti Laurentii Presbiter Cardinalis subscripsi.
Ego Georgius Presbiter Cardinalis titulo Sancte Susane subscripsi.
Ego Johannes titulo Sancti Grisogoni Presbiter Cardinalis subscripsi.
Ego Sigizo Cardinalis titulo Sancti Sixti subscripsi.
Ego Romoaldus Diaconus Cardinalis Sancte Marie in Via Lata subscripsi.
Ego Johannes Diaconus Cardinalis titulo Sanctorum Cosme & Damiani subscripsi.
Ego Girardus Diaconus Cardinalis Sancte Lucie subscripsi.
Ego Jacinthus Sancte Romane Ecclesie subdiaconus & subdiaconorum Prior subscripsi.
Ego Romanus Sancte Romane Ecclesie subdiaconus subscripsi.
Ego Ugo Romane Ecclesie subdiaconus subscripsi.

Data Laterani per manum Grisoboni Sancte Romane Ecclesie Diaconi Cardinalis ac Bibliotecarii. Quarto nonas Marcii. Indictione XIIII. Incarnationis Dominice Anno MCXXI. Pontificatus autem Domini Calixti secundi Pape Anno III.

NUM. CVIII.

Dall' Archiv. de' Canonici Lateranensi di S. Gio. in Monte.

An. 1121. . . . Giugno.

Vittore Vescovo di Bologna rinova a' Canonici di San Vittore l' investitura d' alcune terre nella Corte di Fiesso.

In nomine sancte & individue trinitatis. an. domini millesimo centesimo uigesimo primo. Imperatore Henrico quarto anno undecimo mense Junii indicione xiv. Peticionibus emphiteoticariis annuendo ego quidem Dominus uictor diuina prouidentia bononiensis episcopus hoc enfitheosin instrumento renouacionis causa presenti die do & concedo in honorem Dei & ecclesie Sancti uictoris & tui domni Petri presbiteri & prioris predicte Ecclesie tuorumque fratrum & successorum. idest omne quod uos habetis & tenetis in curte flessi jure ecclesie Sancti Petri cum ingressu & egressu suo usque in uia publica & cum omnibus super se & infra se habentibus in integrum. Prima pecia terre arat. cum ingambaturis suis ab oriente juxta uiam publicam sunt pert. trigintanouem & medium. desubtus usque ad iugambaturam juxta andream uulpem sunt pert. quinquaginta tres. in anfractu ab oriente sunt pertice decem & septem. desuptus juxta terram Ecclesie Sancti petri de flesso sunt pert. uigintitres & pedes duo. ab occasu juxta Attolinum de Johanne Clerico sunt pert. uigintitres & pedes duo. de subtus juxta predictum azzolinum sunt pertice trigintaquinque & media. ab occasu juxta henricum sunt pert. quinquaginta una & media. alia terra in qua est busco ab oriente sunt pert. uiginti sex & med. de subtus sunt pert. trigintatres & med. ab occasu sunt perr. uiginti a meridie pert. trigintadue. tercia pecia que est uin. in albeta a meridie juxta Widonem de bono filio sunt per sexagintatres. ab aquilone sunt pert. sexaginta. a meridie juxta insolam sunt pert. septem & media. ab occidente juxta uiam sunt pert. sex & si qui alii fines sunt. omnia ut predixi in integrum in presenti do & concedo tibi prenominato enphiteoticario tuisque successoribus duobus post te ad habendum tenendum & possidendum & quicquid uobis deinceps placuerit faciendum. & post duos tuos successores aliud emphiteosin instrumentum datis quinque sol. luc. hoc ordine renouetur. & hujus tocius rei nomine mihi & meis successoribus pensionis gratia sin-

singulis annis denarium unum luc. uos & uestri successores exhibeant. ego uero predictas res omnes ab omni homine legitime defendere & auctorizare semper uobis promitto. & si ego uel mei successores omnia ut predictum est firmiter semper obseruare noluerimus pene nomine centum sol. luc. dare uobis & uestris success. promitto & insuper hoc emphiteosin instrumentum ut supra legitur semper incorruptum tenere spondeo. Actum in domo sancti Petri Indicione predicta.

Prenominatus dominus uictor episcopus hoc emphiteos. instrum. ut s. leg. scrib. rog. dominus amicus monachus. & Ugo macagnanus. & rolandus de teueio. & pertegone. & albertus de iginulfo. & henricus cast. rog. sunt testes.

Angelus his metris causidicus ista peregi
Notarii signo subscribens more benigno.

NUM. CIX.

Dall' Arch. Pub. Bolognése Reg. detto Grosso T. I. pag. 2.

An. 1123. 10. Giugno.

Gli uomini di Rudidno, Sanguinéto, e Capriglia giurano obbedienza al Comune di Bologna.

ANNO domini millesimo centesimo uigesimo tertio. quarto Id. Junii. Indictione prima. Nos quidem consules bononie pro nobis & pro domno nostro Victore Episcopo ejusque successoribus cum omni nostro bononiensi populo promittimus populo de Rodiliano & de Sanguineta & de Caurilia casamenta que predicti populi in unoquoque castello per cartulam nostre bon. ecclesie & nobis dederunt nullo modo nec per feudum nec per aliquem alium titulum deinceps in aliam quamlibet personam alienare. Sed semper eadem casamenta ad honorem & utilitatem nostre ecclesie & nostri communis bon. retinere. & si nos uel nostri successores aut episcopus uel ejus successores aliter fecerimus. si predicti populi secundum quod per cartam nobis promiserunt obseruare uoluerint tunc carta illa inanis sit. Insuper promittimus jam dictis populis & dicto populo per sacramentum quod nobis pro obediendo fecit jubemus ut deinceps in perpetuum omnem juuamen omneque consilium quod nos & noster populus quolibet modo & ubicumque dare possumus prefatis populis ut nos & noster populus demus ei per bonam fidem contra omnes homines excepto imperatore. quemadmodum nostris carissimis conciuibus & sic eos habuere & tenere deinceps ut ciues bononie.

hec acta sunt in curia Sancti Ambrosii.

NUM.

NUM. CX.

Dall' Archivio de' Canonici della Chiesa Bolognése.

An. 1129. 15. Marzo.

Onòrio II. Pontefice conferma ai Canonici della Chiesa Bolognése gli antichi possedimenti, ed immunità.

HONORIUS Episcopus seruus seruorum. dilectis filiis Lamberto Archipresbitero & ceteris bon. ecclesie B. Petri Canonicis tam presentibus quam futuris salutem. quoties illud a nobis petitur quod intime pertinere cognoscitur animo nos decet libenti concedere & optatum impertiri suffragium. Proinde dilecti in domino filii uestris rationabilibus postulationibus inclinati bononiensem b. Petri Ecclesiam in qua diuino mancipati estis seruitio in B. Petri tuttelam nostramque protectionem suscipimus & scripti nostri pagina communimus. statuentes uobis quecumque bona juste habetis uel habere debetis tam in terris & uineis quam & in diuersis possessionum speciminibus per singula loca & territoria constitutis undecumque uobis per quemcumque modum uel titulum aduenisse noscuntur uel in antea acquisieritis. Insuper etiam obnoxias constituimus uobis omnes decimationes totius plebis sancte marie que uocatur de Buida. & Ecclesiam sancte marie que est sita in monte Palensi cum oblationibus & suis omnibus pertinenciis & quicquid a Deum timentibus ibidem pro uiuorum & defunctorum salute oblatum fuerit. Oliueta quoque que sunt in territorio quod uocatur de Garda. domum quoque prope palatium episcopi ejusdem Ecclesie. Omnes autem domus que ubique sunt ejusdem canonice juris seu quicquid de ejusdem ecclesie jure nunc habetis uel ipsi uel successores uestri juste acquirere deinceps potueritis. decimationes uero omnes quas nunc habetis uel habere debetis siue inuenire potueritis. domnicatum etiam ejusdem Ecclesie totum. ecclesiam quoque sancti Johannis Baptiste juxta majorem ecclesiam positam. medietatem uero decimarum omnium totius plebis Sancti Petri que uocatur in Barbarorum. nec non concedimus uobis cunctas res mobiles que uobis aliquo modo pertinere dici & nominari rite uidentur. Per hanc decreti nostri uel concessionis paginam ut quiete pacifice tenere possidere remota omnium hominum contradictione aut molestatione secure ualeatis. decernimus ergo ut nullus Archiepiscopus Episcopus dux marchio comes uicecomes nullaque magna uel parua persona cujuscumque ordinis in rebus & possessionibus uestris placitum tenere aut injuriam residentibus supra terras uestras facere presumat nec illos distringere aut molestare

aut

aut pignus tollere aut flagellare audeat. Sed liceat uobis & successoribus uestris omnibus rebus & possessionibus uestris omni tempore sub tuitionis nostre munimine quiete frui remota totius potestatis inquietudine. Si quis autem temerarius contra hoc nostrum confirmationis decretum ire temptauerit aut aliquam molestationem inferre presumpserit & supradicta non obseruauerit secundo tertioue commonitus si non satisfactione congrua emendauerit potestatis honorisque sui dignitate careat reumque se diuino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat & a Sanctissimo corpore ac Sanguine Dei & domini Redemptoris nostri Jehu Christi alienus fiat atque in extremo examine districte ultioni subjaceat. Cunctis autem prenominate Ecclesie justa seruantibus sit pax Domini nostri Jehsu Christi quatenus & sic fructum bone actionis percipiant & apud districtum judicium premia eterne pacis inueniat amen amen amen.

Ego Honorius Catholice Ecclesie episcopus.

Dat. Later. per manus Aimerici sancte Romane Diaconi Cardinalis & Cancellarii.

Id. Martii. Indicione VII. Incarnat. Dominice an. MCXXVIII. pontif. autem d. Honorii II. pape an. V.

NUM. CXI.

Dall' Archiv. Arcivesc. di Raven. Caps. F. num. 1912.

An. 1129. 13. Aprile.

Enrico Eletto Bolognese giura obbedienza a Gualtieri Arcivescovo di Ravenna, ed è consecrato.

In nomine Domini nostri. Anno ab Incarnatione ejus millesimo centesimo trigesimo. die XIII. Mensis Aprilis Indictione octaua. Dum D. Gualterius Venerabilis Archiepiscopus Sancte Rau. Ecclesie propter guerram & litem maximam que erat inter Populum Boloniensem & idcirco Clerici & Laici Bolonienses non audebant secure uenire Rauennam ascendisset ad locum Sancti Joannis qui dicitur in Persiceta ut secundum institutionem & morem antiquissimum prefate Rauennatis Ecclesie Henricum electum Bononiensem consecraret. Cumque jam ad examinationem predictus Dominus Gualterius solempniter inductus cum Episcopis suis. Dodone uidelicet Mutinensi. Jacobo Fauentino. Benone Corneliensi. Petro Ficoclensi. Presbiteris uero Rau. Ecclesie Cardinalibus scilicet Joanne de Carda tituli Sancte Marie Majoris. Leone tituli Sancte Agate. Petro Sancti Michaelis. Guidone etiam Archidiacono ejusdem Sancte Rau.

Rau. Ecclesie. Rodulpho Diacono. & Azone Diaconis Cardinalibus .... Rambertino. Tusco Subdiaconis. Henrico. Alberto Presbitero. Joanne. Rainulpho Cantoribus. Peregrino atque Verardo hostiariis ejusdem Rauenn. Ecclesie. Joanne quoque Venerabili Priore Portuensis Canonice cum Gerardo .... & Petro & Joanne de Azone Conuerso ejusdem Canonice. Abbate quoque Ildebrando Nonnantulano. Presbitero Alberto & Ugolino Clericis Fauentinis. & Guidone Presbitero Corneliensi. Odone Diacono Ficoclensi presentibus etiam Lamberto. atque Rodaldo Archidiacono. & Martino Diacono. Presbitero Cattanio. & Gerardo. & Rainerio. & Guidone .... Angelo Canonicis Bolognensis Ecclesie. Raimundo Archipresbitero ejusdem Plebis in Persiceta cum Clericis suis. Petro Priore Canonice Sancti Victoris. presentibus quoque Grimaldo Perticonis. Caualcaboue. Bualello. Gilio Ramberti de Geremia. Guezzolo de Barignola. Guiscardo. Scuguzaprete. Alberto Musso de Sancto Marino. & filio Nucariani cum multis aliis Laicis Boloniensibus. Alberto etiam de sala. Falsabrina. Matteo. Alderico. Alberto de Bonefacio Cataneis Mutinensibus. In istorum hominum presentia dum prefatus Electus Henricus secundum ordinem canonice examinaretur orta est questio ex parte Boloniensium ut Electus eorum consecraretur conditionaliter salua justitia Boloniensis Ecclesie. aduersus quos Dominus Gualterius Archiepiscopus cum prefatis Episcopis & Clericis suis constanter respondit se nunquam consecraturum eum aliter nisi sicut predecessores sui Archiepiscopi consecrauerant predecessores alios electos sub omnimoda obedientia Rau. Ecclesie. Postquam autem causa jam satis esset uentilata & ueritate cognita quod Episcopus Boloniensis perpetui juris esset sancte Rauennatis Ecclesie attestante etiam Gerardo Cardinali Sancte Rom. Ecclesie tituli Sancte Crucis que altero nomine Jerusalem appellatur qui ibi presentialiter aderat quod Episcopus Boloniensis nihil juris haberet aduersus Rauen. Ecclesiam nisi quod semper deberet obedire cum Episcopo suo sicut Matri sue Metropolitane Ecclesie sedata est contentio orta & ita diuina cooperante gratia prefatus Henricus Electus Boloniensis consecratus est in Episcopum sub perpetua & omnimoda obedientia atque subjectione Rauenn. Ecclesie.

Ego uero Henricus Fauentinus Notarius dum in his omnibus interessem sicut uidi & audiui sicque & compleui & propria manu ad perpetuam notitiam scripsi.

NUM.

NUM. CXII.

Da Zaccaria Anecdot. Med. ævi pag. 228.

An. 1131. 13. Gennajo.

Enrico Vescovo di Bologna conferma la Chiesa di San Michéle nella Selva Bombidna al Monastero di San Michéle posto in Fontdna detta di Taóne.

IN nomine Sanĉte & Indiuidue Trinitatis. Anni ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo centesimo trigesimo primo. Aĉtum in fundo Camugnani idibus Januatii. Indicione nona. Henricus gratia Dei Sanĉte Bononiensis Ecclesie Episcopus una cum Cleros suos conuenit Episcopali modetamine quo digni utimur salutiferis seruorum Dei peticionis benigno mentis intelleĉtu clementer aduertere & justis Ecclesiarum proueĉtibus presidia confirmacionis gratuita uoluntate concedere. Concedimus igitur ac ecclesiastico jure firmamus Ecclesiam Sanĉti Michaelis que est posita in Silua que uocatur Bombiano in nomine & in persona Domni Tetericis Abbati ejusque successoribus de Monasterii quod est construĉtum in honorem Sanĉti Saluatoris & positum in loco qui dicitur Fontana Taoni. Eo scilicet tenore ut prefatus Abas ejusque successores in quantum diuina potestas permiserit & sibi atrinet prelibaram Ecclesiam digne idoneoque possidendo custodiant. Insuper eciam collaudamus & firmamus eidem Ecclesie & tibi jam diĉto Domno Thetherico Abati tuisque successoribus quinque mansos con decimis ejusdem terre quos per antico tempore permansit uestre Ecclesie ab nostris antecessoribus sicuti patet in antico uestro instrumento. hanc autem Ecclesiam cum omnibus suis possessionibus prono animo & bone uoluntate pro remedium anime nostre & predecessorum nostrorum sub nostra tuicione atque defensione suscipimus & tibi jam diĉto Tetherico abati tuisque successoribus ad regendum & possidendum & semper meliorandum tradamus ita ut neque a nobis neque a nostris successoribus ullam molestiam uel controuersiam exinde habeatis. Hanc autem tradicionem eo ordine facimus quandiu tu uel tui successores sub dicione & regula ualleumbrosana custodire manseritis. Si uero quod absit ab eorum societate & regula retrorsum abieritis uolumus ut jam diĉta Ecclesia cum suis beneficiis ad nos deueniad. ita tamen ut nunquam ullo tempore abeatis licentiam uendendi donandi neque quouis titulo comutuandi. & quia eadem Ecclesia in alodio nostre Ecclesie posita est uolumus pro obediencia ac reuerencia nostre Ecclesie omni anno in mense Junio mihi meisque successoribus aferri debeatis noue cere libras, quaptuor. Si autem quod

quod Dominus auertat Ecclesia nostra post obitum nostrum ab alico non catholico possessam fuerit licentiam abeatis obediendi & respondendi Clericis eidem nostre Ecclesie qui eam catholice rexerint. Si qua uero pars hec ita ut scripta sunt non obseruauerit det parti auri optimi libras tres & post penam absolutam hoc totum in suo robore & uigore permanead. sicut superius diximus prefata Ecclesiam cum omnibus suis bonis in nostra suscepimus tuicione atque defensione. Si quis uero adjutor atque defensor hujus rei deinceps extiterit benedicionem & absolicionem peccatorum suorum ad Deo omnipotente & Beato Petro atque nostro abead. Si quis temeratot prefate rei ita non obseruauerit uel in alio offenderit si intra triginta dies emendare non studierit maledictionem Dei omnipotentis & Beati Petri ac nostra sine dubio abebit ac possidebit. Predicta cartam Henricus Episcopus rogauit sicut superius legitur.

Ego Henricus Bononiensis Episcopus manu mea subscripsi.

Illius facti Uguicione de Tripio. & Tegrimo filius ejus & Gandulfus qui dicitur Cantofo. atque Ugo olim Baruncini filius. & Inkelgozo filius Amathei da Pistora testibus rogatis.

Rainerius Dei gratia Notarius scripsit hec carta sicut superius legitur.

NUM. CXIII.

Dall' Archiv. Publico Bolognése Reg. detto Grosso lib. I. pag. 3.

An. 1131. . . Decembre.

Gli Uomini di Nonantola giurano obbedienza al Comune di Bologna.

ANNO Domini millesimo centesimo XXXI. mense decembt. ind. nona. Nos quidem populus nonantule & omnes qui sumus in donicatu abbatie juramus pop. bon. deinceps in perpetuum semper nos esse & stare ac studere ad honorem bononie quemadmodum una ex quattuor portis bononie & insuper omnia facta omnesque expensas siue collectas pro communi honore ciuitatis bon. nos Nonantulani facere semper ut una ex IIII portis bon. ceteri Castellani & Uillani abbatie ut habitantes infra comitatum. Sacram quoque nonantule idest ecclesiarum omnium & clericorum qui sunt sub abbatia nonantulane ecclesie nos insimul cum abbate & monachis predicte ecclesie s. quod habetur pro decretum a Sancta Romana Ecclesia in perpetuum damus sancte bononiensi Ecclesie. Jus quoque & facultates dandi Chrisma & oleum Sanctum nostris Ecclesiis & Clericis predicte ecclesie bononiensi in perpetuum largimur. In uno quo-

quoque anno in Kal. decembris per unamquamque casam nonantule & totius abbatie que . . . . in donicatu & districtu nonantulane ecclesie stare uidentur quattuor den. luc. pop. bon. dabimus neque in facto neque in conscilio quolibet modo uel ingenio deinceps erimus quod pop. bon. uel ecclesia bon. predicta omnia in totum uel pro parte aliquo modo uel ingenio perdat . & si perdiderit per bonam fidem sine fraude & malo ingenio id quod perdiderit recuperare & recuperatum semper retinere adjuuabimus contra omnes homines excepta tantum persona imperatoris & apud eum fidelissimis precibus & suplicationibus predictum populum & ante dictam ecclesiam adjuuabimus . Preter recessionem uero Imperatoris predicta omnia firmissime semper obseruabimus . item super inimicos communis bon. cum bononiensi populo equitabimus. ibimus cum nostro dispendio scilicet cum nos omnes milites & pedites migrauerimus in expeditione cum soli milites in seruitio predicti populi jerint dispendio bon. pop. ueniant . Dampnum uero si quid uobis uel uestris amicis in nostro seruitio acciderit pro quarta parte nobis id imputabimus si in uestro seruitio nobis dampnum apparuerit pro quarta parte uobis id imputabimus . homines bon. de ciuitate & de burgis atque de comitatu bononie . . . . & eorum res saluas & securas esse a nobis in omnibus nostris regionibus juramus & si quis offenderit per bonam fidem offensionem passos contra omnes homines adjuuabimus . Si qua discordia inter nos & uos uel nostros amicos apparuerit in laude consulum bon. stabimus . item si milites bon. uel arcatores aut pedites sine populo in nostro juuamine uenerint nostro dispendio eos retinebimus. similiter & consules cum pro nobis uenerint . Cum ciuibus mutine nullam treugam nullamque finem certam sine bononiensi populo & ejus jussione faciemus . hec omnia obseruabimus semper populo bon. & preter pacatam litem inter nos & mutinenses . hoc Sacramentum faciemus pop. bon. & ecclesie bononiensi in omni fine decem annorum ab etate scilicet XIIII. annorum in posterum .

Sacramentum captaneorum .

Juramus pop. bon. & ecclesie bononiensi deinceps in perpetuum adjuuare eos per bonam fidem de guerra mutinensium & retinere sibi nonantulam & omne quod promissum est eis a nonantulanis cum omni nostro posse . nec in facto nec in consilio quolibet modo uel ingenio erimus ut ipsi amittant . & si amiserint recuperare & recuperatum semper tenere per bonam fidem . de aliis uero omnibus eorum litibus eis adjuuabimus usque ad Coslam & usque ad Siclam duabus uicibus in omni anno cum militibus una uice cum militibus & peditibus . homines bon. de ciuitate & burgis & de comitatu bon. & eorum res saluos & securos esse a nobis in omnibus nostris regionibus firmamus . & si quis eis offende-

fenderit per bonam fidem contra omnes eis adjuuabimus . hec omnia juramus & eorum amicis qui uenerint cum eis in nostro juuamine uel nonantulanis . & si discordia aliqua apparuerit inter nos & bononienses infra xxx dies in laude consulum bon. & duorum nostrorum consulum stabimus . si quid dampnum bononiensibus uel eorum amicis acciderit in nostro seruitio medietatem ejus dampni ei reficiemus infra duos menses . si milites bononie uel arcatores in nostro seruitio uenerint nostro stipendio eos retinebimus cum in eorum seruitio jerimus milites & pedites nostro dispendio ibimus . hoc Sacramentum faciemus facere nostris omnibus castellanis uidelicet aulineti & qui sunt ab inde in iosum.

Anno domini millesimo cxxxi. mense decembris indictione nona . Nos populus bon. juramus militibus qui nobis jurant semel in anno adjuuare eos deinceps cum militibus & peditibus nostro dispendio usque ad Scultennam cum solis militibus duabus uicibus in anno . eorum dispendio usque ad Siclam a pedibus montium usque ad paludes . fferariensibus (*) uero qui nobis jurant duabus uicibus in anno eorum dispendio usque ad quinquaginta milites uiginti milliaria supra stratam dabimus ab ista parte scultenne . cum in nostro seruitio uenerint si eis acciderit dampnum medietatem dampni reficiemus . predictos omnes & eorum res saluos & securos esse a nobis in omnibus nostris regionibus firmamus & si quis eis offenderit per bonam fidem offensionem passo juuabimus.

Anno Domini millesimo cent. xxxi. Indict. nona. cunctis quidem clarum apertissimumque constat speciali perpetuaque prerogatiua a Sancta Romana ecclesia diutissime liberam plenissimamque libertatem Sancte nonanttulane ecclesie B. Siluestri & abbatibus omnibusque ipsius ecclesie rectoribus condonatam esse . Crisma oleumque sanctum a consecratione earum Ecclesiarum & clericorum qui sub jurisdictione ejusdem & dominio sunt exigendi & accipiendi a quocumque uelint episcopo sine aliqua cujuslibet episcopii interdictione . Sed ne qui uagi ut hactenus & herrones deinceps per diuersos uariosque uagari uideamur circuitus predictam circumeundi licentiam in presentiarum coarctare uolumus . & quidem nos domnus andreas monachus & prior predicto monasterii Sancti Siluestri & dompnus azo monachus presentibus & pro domino ildebrando abbate ipsius monasterii & pro omnibus nostris fratribus ac successoribus firmissime spondemus Sancte bononiensi Ecclesie consulibus & omni pop. crisma oleumque Sanctum nostrarumque ecclesiarum & clericorum consecrationem qui s. sunt in domnicatu nostre abbatie deinceps in perpetuum accipere a predicta Sancta bonon. Ecclesia & ejus episcopo secundum quod noster pop. sacramento adfirmat . & in unoquoque anno in Kal. dec. per unamquam-

(*) *Leggasi Frenianensibus*.

quamque Casam nostri Castelli qui inhabitatur & abbatie que sunt s. in nostro dominio & districtu IIII. den. luc. predicto pop. dare promittimus. nec in facto neque in consilio aliquo modo uel ingenio erimus ut predicta ecclesia bononiensis uel populus prescripta omnia in totum uel pro parte amittat. & si modo quolibet amiserit per bonam fidem recuperare & recuperatum semper retinere adjuuabimus. Si uero nos uel nostri fratres aut successores predicta omnia firmiter obseruare semper noluerimus pene nomine centum libras argenti prefatis consulibus & pop. dare promittimus & insuper predicta omnia semper incorrupta tenere spondemus.

Act. in ciuit. bon. in Ecclesia Sancti ambrosii. indictione predicta.

NUM. CXIV.

Dal Murat. Antiq. Med. ævi T. V. Diss. LXV. pag. 429.

An. 1132. 12. Ottobre.

Innocenzo II. Pontefice conferma i Priuilegj del Monastero Nonantoldno.

INNOCENTIUS Episcopus seruus seruorum Dei. Dilecto in Christo filio Ildeprando Nonantulani Monasterii Abbati ejusque successoribus regulariter ibi uiuentibus in perpetuum salutem & apostolicam benedictionem. Cum omnibus Ecclesiis & Ecclesiasticis personis debitores ex Apostolice Sedis auctoritate ac beneuolentia existamus illis tamen ardentius prouidere nos conuenit ut eas a prauorum hominum incursibus defendendo arctiori debeamus charitate diligere quas beato Petro & Sancte Romane Ecclesie non est dubium specialius adherere. Dignum namque & honeste conueniens esse cognoscitur ut qui ad Ecclesiarum regimen assumpti sumus earum quieti & utilitati salubriter auxiliante Domino prouidere curemus. Proinde dilecte in Domino fili Ildebrande Abbas tuis rationabilibus postulationibus benignitate debita duximus annuendum & Nonantulanum beati Siluestri Monasterium cui Domino auctore preesse dignosceris quod utique ab Astulfo Longobardorum Rege ejusdem loci fundatore beato Petro oblatum est ad exemplar Predecessorum nostrorum felicis memorie Leonis Alexandri Pasqualis & Calisti Romanorum Pontificum Apostolice sedis Priuilegio communimus. Statuimus enim ut quecumque predia quascumque possessiones seu bona idem Monasterium in presentiarum juste & legitime possidet firma tibi tuisque successoribus & illibata permaneant in quibus hec propriis nominibus adnotanda subjun-

jungimus. Ipsum uidelicet Castellum Nonantulanum. Castellum Verus. Galianum. Cathinianum. Fananum. Lixanum. Sclopinum. Samonum. Campilium. Maranum. Pratum Albinum. Monasterium Sancte Lucie cum Ecclesiis & pertinentiis suis. Ecclesiam Sanctissime Trinitatis de Sauino. Manzolinum. Raualium. Rastellinum. Sanctam Mariam de Grumolo. Spinalberti. Solariam. Roncalia. Camoranam. Curtile siccum. Castellum Pollacci. Trecentula. Bondenum. Nogariam. Castellum Cellam & Marzaliam cum pertinentiis eorum. Preterea Castellum Cellule. Curtem Ragusse. Castellum Theodaldi cum omnibus allodiis que in ipso Comitatu Ferrariensi Bonifacius Marchio acquisita possedit uestro in perpetuum Monasterio confirmamus que Comitissa Mathildis de oblatione quam Sancto Petro & Romane Ecclesie dederat uobis nuper dedisse cognoscitur sub censu scilicet unius aurei annuo. In Ciuitate Papiensi Ecclesiam Sancti Quirici. In Placentina Ecclesiam Sancti Siluestri. In Monticello Ecclesiam Sancti Georgii. In Cremona Ecclesiam Sancti Siluestri Ecclesiam Sancte Crucis & Ecclesiam Sancti Benedicti. In Parmensi Ecclesiam Sancti Siluestri. In Suburbio Vicentie Ecclesiam Sancti Siluestri. In Libertino Ecclesiam Sancti Siluestri. In Montesilice Ecclesiam Sancti Danielis cum omnibus ad ipsam pertinentibus. In Taruisina Ciuitate Ecclesiam Sancte Marie & Sancte Fusche cum libertate Cappellis & omnibus ad eam pertinentibus. Sane nec Mutinensi omnino nec alicui cuiquam Episcoporum uel Principum aut alicui Ecclesiatice secularive persone liceat supradicto Monasterio aut ejus Cellis uel Ecclesiis aliisque possessionibus grauamen inferre exactiones imponere Placitum siue colloquium preter Abbatis ac Fratrum uoluntatem indicere uel tenere. Obeunte uero te nunc ejusdem loci Abate uel tuorum quolibet successorum nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu uiolentia preponatur nisi quem Fratres communi consensu uel fratrum pars consilii sanioris secundum Dei timorem & beati Benedicti Regulam preuiderint eligendum qui nimirum ad Apostolice Sedis Presulem consecrandus accedat. Chrisma Oleum Sanctum Consecrationes Altarium seu Basilicarum ordinationes Monachorum qui ad sacros Ordines fuerint promouendi siue Clericorum eidem Monasterio Cellis uel Ecclesiis pertinentium a quo malueritis Catholico accipietis Episcopo si quidem gratiam & communionem Apostolice sedis habuerit & si ea gratis & sine prauitate uoluerit exhibere. Non enim Episcoporum cuiquam permittimus inuito Abate in Monasterio uel Monasterii Cellis seu Ecclesiis ordinationes facere Missas publicas celebrare uel earum Decimas uindicare nec de ipso Monasterio uel ejus rebus rescriptum surripere aut quolibet modo impetrare cuique persone facultas sit. Quod si forte presumptum fuerit irritum penitus habeatur.

tur. Nec Episcopis facultas sit monasterii uestri Clericos sine sui consensus deliberatione interdictionis aut excomunicationis sententia coercere. Quecumque preterea in posterum concessione Pontificum liberalitate Regum uel Principum oblatione fidelium seu aliis justis modis prenominatum Monasterium auxiliante Domino poterit adipisci uobis presenti scripto firmamus. Porro illa dignitatis insignia quibus Antecessores tui inter Missarum solemnia uti uoscitur uos persone tue ex Apostolice sedis benignitate concedimus ut scilicet in diebus solemnibus ad Missarum Officia celebranda Dalmatica Mitra Chirothecis & Saudalis Induaris. ad hec adjicientes decernimus ut nulli omnino hominum fas sit prefatum Cenobium temere perturbare &c. ut in omnibus semper Apostolice Sedis cujus est proprium munimine ac protectione congaudeat. Si quis Igitur in futurum Archiepiscopus uel Episcopus Imperator siue Rex Princeps aut dux Comes Vicecomes Judex Castaldio aut Ecclesiastica secularisue persona hanc nostre Constitutionis paginam sciens contra eam temere uenire tentauerit secundo tertioue commonita si non satisfactione congrua emendauerit potestatis honorisque sui dignitate careat reumque se diuino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat & a Sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa seruantibus sit pars Domini nostri Jesu Christi quatenus & hinc fructum bone actionis percipiant & apud districtum Judicem premia eterne pacis inueniant.

Ego Innocentius Catholice Ecclesie Episcopus subscripsi.

Ego Guilielmus Prenestinus Episcopus subscripsi.

Ego Lucas Presbiter Cardinalis titulo Sanctorum Johannis & Pauli subscripsi.

Ego Georgius Diaconus Cardinalis Sanctorum Sergii & Bacchi subscripsi.

Ego Oddo Diaconus Cardinalis Sancti Georgii ad Velum Aureum subscripsi.

Ego Romanus Diaconus Cardinalis Sancte Marie in Portico subscripsi.

Datum Nonantule per manum Aimerii Sancte Romane Ecclesie Diaconi Cardinalis & Cancellarii. Quarto Idus Octobris. Indictione x. Incarnationis Dominice Anno MCXXXII. Pontificatus uero Innocentii Pape II. Anno Tertio.

NUM.

NUM. CXV.

Dall' Archiv. della Comunità di S. Gio. in Persicéta.

An. 1132. 9. Decembre.

Lottário Re riceve in protezione gli uomini di S. Giovanni in Persicéta.

In nomine Sancte & indiuidue trinitatis. Hlotharius diuina fauente Clementia tertius Romanorum Rex. Regie conuenit majestati precipue illorum justis petitionibus acquiescere qui fidelitatis & deuotionis certum jam experimentum fecerunt. Proinde omnium fidelium nostrorum tam absentium quam presentium pateat industrie qualiter nos ob interuentum dilecte nostre Regine Richize aliorumque principum nostrorum regali potestate nostra riuum qui dicitur Galaga hominibus de Sancto Johanne in beneficio damus a fonte uidelicet usque ad introitum Padi cujus etiam decursus ut ad suos usus libere & absque contradictione deflectant quatuor eis brachia ex utraque parte adjacentis agri concessimus. Ad plenam etiam eorumdem fidelium nostrorum remunerationem ab omni coacta eos & locum suum absoluimus nisi que uel Regi uel suo debet legato ejusdem autem loci . . . . . prorsus hospitalitatis debitum indulgemus. addentes & eis ut si exigente culpa aliqua in banni sententiam inciderint nulli nisi nobis uel nostro inde respondeant legato. Precipiendo itaque jubemus ut nullus Archiepiscopus Episcopus Dux Marchio Comes uicecomes nulla denique magna paruaque persona prefatos homines uel illorum heredes in his supra concessis diuestire molestare uel in aliquo inquietare presumat. si quis autem quod non opinamur huic nostre traditioni contradixerit temerarius nostri precepti uiolator centum lib. auri medietas camere nostre & medietas predictis hominibus uel eorum componat heredibus. Quod ut uerius credatur sigilli nostri impressionem subtus locauimus.

Signum Domini Lottarii Romanor. Regis inuictissimi.

Dat. an. incarnationis Domini MCXXXIII. v. Id. Dec. Indictione x. an. v. Regni & ordinationis Regis lotharii VIII. Actum apud Sanesium feliciter. amen.

NUM.

NUM. CXVI.

Dall' Archiv. de' Canonici di S. Giovanni in Monte.

An. 1133. 30. Aprile.

Gualtieri Arcivesc. Ravenndte conferma i privilegj de' Canonici di S. Vittore.

☧ In nomine sanĉte & indiuidue. Gualterius Dei gracia Sanĉte Rauennatis Ecclesie Archiepiscopus seruus seruorum dei licet indignus. dileĉtis filiis Alberio priori & fratribus in ecclesia Sanĉti Viĉtoris que juxta bononiam sita est diuino seruitio mancipatis tam presentibus quam futuris in perpetuum. ecclesiastice sollicitudinis pietas nos jugiter amonet ut religiosas personas atque religionem deo placitam studeamus modis omnibus augendo diligere & diligendo propagare. Nunquam enim obsequium deo gratius impenditur nisi ex radice caritatis procedat & religionis puritate undique custodiatur. Proinde dileĉti in domino filii uestris petitionibus clementer annuentes ecclesiam sanĉti uiĉtoris & ecclesiam Sanĉti Johannis euangeliste positam in monte oliueti in quibus diuino uacatis officio sanĉte Rauennatis ecclesie matris nostre metropolitane uestro priuilegio decreuimus muniendas. ut igitur locorum uestrorum quies per dei gratiam tranquilla & tuta persistat statuimus ut prediĉte ecclesie cum suis rebus tam mobilibus quam immobilibus juste pertinentibus in omnibus & per omnia sint libere ab omni conditione atque seruitio seu tributo tam monachorum & clericorum quam laicorum uel alicujus tam magne quam parue persone dominio preter episcopalem. Insuper uobis uestrisque successoribus perpetualiter concedimus ut hoc quod modo ad jus siue de jure nostre Sanĉte Rauennatis Ecclesie habetis ac detinetis siue in futurum juste acquisituri estis siue a quibuscumque aliis quomodocumque uobis aut uestris successoribus aliquid juste obuenerit siue quod a uestra episcopali ecclesia seu ab aliis ecclesiis uel personis tam clericorum quam laicorum habetis ac detinetis ac in antea jure acquisieritis in decimis scilicet in primitiis in aliis quibuscumque fidelium oblationibus tam uiuorum quam defunĉtorum. terras quoque uineas & oliueta siluas cum pratis piscationes paludes aquas cum omnibus usibus earum colonos & inquilinos domnicatum & ordinatum diuisum & indiuisum cultum & incultum omnia & ex omnibus cum uniuersis usibus suis tam fruĉtifera quam infruĉtifera in montanis denique & in planiciis & ubicumque modo detinetis uel quocumque jure habetis aut in futuro habebitis uel acquisieritis cum scripto siue sine scripto. hec autem omnia sicut supra legitur uobis uestrisque successoribus in eisdem ecclesiis manentibus per hujus decreti paginam damus concedimus atque largimur & ab

ab omni uinculo seu dominio preter episcopale jus libera & absoluta ab omni contradicente homine esse percipimus & in perpetuum concedimus atque firmamus . uita quoque canonice ordinem quem professi estis presentis priuilegii auctoritate roboramus sanctientes ut nemini inter uos professione exhibita liberum sit sine tua uel eorum qui post te in eodem regimine successerint aut sine communis congregationis licentia de claustro discedere . quod si discesserit & commonitus redire contempserit sibi tuisque successoribus facultas sit ejusmodi ubilibet a suis officiis interdicere . Interdictum uero nullus episcoporum Abbatumue infra nostrum Archiepiscopatum suscipiat . Sane clericos secularitet uiuentes ad conuersionem suscipere nullius episcopi uel prepositi nostri archiepiscopatus contradic. . . . . . . uos inhibeat quamdiu scilicet apud uos canonici ordinis tenor domino prestante uiguerit . Porro sepulturas locorum uestrorum omnino liberas esse jubemus ut eorum qui se illic sepeliri deliberauerint deuotioni & extreme uoluntati nisi forte excommunicatus sit nullus obsistat . ordinationes clericorum a quo malueritis catholico episcopo suscipere locorum uestrorum fratribus permittimus uel cum episcopum non habet bononiensis ecclesia uel quem habuerit constet non esse Catholicum . Laicorum etiam nostri Archiepiscopatus susceptionem ad discipline uidelicet regularis conuersionem nisi forte legalibus conditionibus teneantur obnoxii a nullo uobis episcopo permittimus interdici uel clericorum tonsionem qui regulariter in loco uestro uiuere per professionem deliberauerint . Fructuum autem uestrorum decimas quas ubilibet uestris sumptibus laboribusque colligitis preter episcoporum uel episcopalium ministrorum contradictionem uobis concedimus obtinendas . decreuimus ergo ut nulli omnino hominum liceat ecclesias uestras temere ullo modo perturbare aut earum possessionem auferre uel ablatas retinere minuere uel temerariis uexationibus fatigare . sed omnia integra conseruentur & ab omni uexatione atque tributo sicut supra legitur in perpetuum absoluantur . Si quis igitur decreti hujus tenore cognito temere quod absit contraire temptauerit honoris & officii sui periculum paciatur aut excomunicationis ulteriora plectatur . nisi presumptionem suam digna satisfactione correxerit. am. am. am. legimus ✠

Ego Benno Cesenas Episcopus licet indignus in hoc prioilegio ss.
Ego henricus cumiaclensis episcopus in hoc priuil. ss.
Ego Jacobus fau. episcopus ss.
Ego Benno Corneli. episcopus ss.
Ego Petrus ficoclensis episcopus ss.
Ego R. liuiensis episcopus ss.

Ego

Ego henricus bonn. episcopus m. m. ss.
Ego paganus Diaconus Sancte Rauenn. ecclesie in hoc priuilegio scripsi.
Ego belettus diaconus sancte rauen. ecclesie in hoc priuilegio scripsi.
Datum cesene per manus petri sancte Rauen. Ecclesie presbiteri Cardinalis & Cancellarii Indictione undecima incarnationis dominice an. MCXXXIII. pridie Kal. Madii Pontif. Domini Gualterii an. XV.

NUM. CXVII.

Dall' Archiv. Pub. Bolognese Reg. detto Grosso pag. 4. v°.

An. 1135. 14. Gennajo.

Gli uomini di Cavàgli giurano obbedienza al Comune di Bologna.

NONODECIMO Kal. febr. nos inquam pop. & homines Caballi juramus hominibus & pop. bononiensi deinceps in perpetuum homines bononie & de comitatu & de episcopatu sanos & securos esse in prefato loco Caballi & nostro districto pro nostro uidelicet posse. Insuper retentionem aliquam uel aliquod adjutorium alicui qui inimicus sit bonon. siue qui aliquam insidiam alicui bonon. preparet non dabimus. rationes quoque bonon. faciemus & ab ipsis per bononiensem potestatem accipiemus. bandos insuper bon. quemadmodum unus de aliis portis obseruabimus. hec omnia bona fide obseruabimus saluo honore & dominio domini nostri Archiepiscopi Rauennatis. qui si aliquo in tempore nollet nos que jam dicta sunt obseruare quindecim diebus preter ejus denuntiationem atque jussionem bononiensi pop. notum faciemus. & infra predictos dies bononiensem qui in nostris aderit partibus uel eorum bona extra nostrum districtum bona fide conducemus. si autem aliqui uel inimici bononie aliquam insidiam uel in nostris partibus uel extra bononiensibus posuerint & eos minime coartari potuerimus uestris locis quam citius potuerimus denunciabimus.

NUM. CXVIII.

Dall' Archiv. Pub. Bologn. lib. ✠ Instrument. Vol. 1. num. 50.

An. 1135. 19. Maggio.

Guido Guerra Conte dona al Monastero di Santa Cecilia parecchie terre nella Pieve di S. Vicenzo.

IN nomine sancte & indiuidue trinitatis. anno dominice natiuitatis millesimo centesimo trigesimo quinto die quartodecimo Kalendas junii indic.

tercia decima . ego quidem in Dei nomine guido guerra bono animo & bona uoluntate do & trado uobis abbas Albizus sancte Cecilie uestrisque successoribus in perpetuum ad jura propria idem hoc quod mihi pertinet infra plebem sancti uincentii pro anima mea parentumque meorum de terra laboratoria & buscalia & aqua finis ejus & promitto ego omni tempore ab omni omine defensare & autorizare . damna lites omnia sustinere . & si minime defensare potuero aut contra hanc cartam ire tentauero & non conseruauero sicut superius legitur dupla bona contra dictas res quamquam meliorata & induplata . . . . sub estimacione in consimili loco . actum in Claustra sancte cecilie indictione suprascripta tertiadecima.

Ainardus inuestitor. & petrus guerra . & petrus capello . & dominicus de richiza . & rainerius Clericus. & petrus diaconus rogati sunt testes.

in Dei nomine ego paulus not. rogaui & scripsi.

NUM. CXIX.

Dal Muratori Antiq. Med. ævi T. I. Diss. XIV. pag. 797.

An. 1135. 12. Agosto.

Uberto Arcivescovo di Pisa, e i Canonici della Chiesa Pisana investono Ubaldo detto Malavolta figlio di . . . . . . iniano della quarta parte del Castello, e Corte di Scanello.

In eterni Dei nomine amen . Ubertus Dei gratia Sancte Pisane Episcopus & Ugo Archipresbyter Canonice . . . . per consilium & parabolam suorum fratrum Canonicorum inuestierunt Malauoltam filium . . . . . iniano pro se & germanis suis de quarta portione integra de Castello quod dicitur Scanello & Curte ejus & omni pertinentia sicut antea abuit ipse & fratres ejus abeant eam & detineant usufructuario nomine ad pensionem reddendam per singulum annum in mense Augusto uel usque ad festiuitatem omnium Sanctorum per se uel per eorum Missum predicto Archiepiscopo & Canonicis eorum Misso infra predictam Canonicam sine fraude bonorum denariorum Lucensium expendibilium solidos decem . Et ipse Ubaldus jurauit ad Sancta Dei Euangelia quod ipse uel fratres ejus uel eorum heredes aut eorum Missus dare & persoluere habent supradictam pensionem sine fraude per singulum annum sicut supra legitur . Et similiter jurauit quod homines & mulieres de Masnada

nada de predicto Scanello non habent uendere nec donare neque alienare neque aliquo modo dirigere ad damnitate predicte Ecclesie sine Canonice, & nullum super positum neque malum usum ponere habent istis hominibus de predicta Curte nisi quemadmodum Comitissa Matilda habebat quando ad suas manus tenebat. Et si de ipso usu discordia fuerit si se legaliter defendere potuerint defensionem eorum recipere habent quoram Archipresbytero & Canonicis uel eorum Misso. Et similiter jurauit quod infra tres menses quod de ipso itinere de Sancto Jacobo ubi uadit reuersus fuerit faciet jurare fratrem suum qui etatem habet si Pisis fuerit uel a Scannellum ante Missum Archipresbyteri & Canonicorum. Et .... faciet jurare alium fratrem suum infra annum qui inde inquisiti fuerint post ejus completam etatem. Et similiter jurauit quod quales personas de ipsa Masnada Archipresbyter sive Canonici secum retinere noluerint non eos inde eis molestabunt neque imbrigabunt.

Hoc factum est presentia testium Sismundi Consulis Petri Albithonis & Ugonis filii ejus. Geremie de Bolonia filii Geremie. Guidonis quondam Uberti .... predicte Canonice. Anno Dominice Incarnationis Millesimo Centesimo Trigesimo Sexto. pridie Idus Augusti. Indictione Tertiadecima.

NUM. CXX.

Dall' Archiv. Pub. Bolognese Reg. detto Grosso pag. 4.

An. 1135. .... Settembre.

Giuramento de' Modenési a favore de' Bolognési, Nonantoldni, ed uomini di San Giovanni in Persicéta.

ANNO Domini millesimo cent. xxxv. mense Septembr. Indictione xiii. Nos quidem pop. mutine qui apti sumus ad portanda arma secundum quod arbirrati fuerint qui missi erunt ad suscipienda sacramenta majores & minores juramus pop. bon. de Ciuitate & burgis & de toto comitatu bon. nos deinceps nullam litem nullamque controuersiam facturos eis uel populo Nonantule aut abbatie de hoc quod pop. nonantulanus concessit & dedit uel promisit ecclesie bon. idest crisma & oleum sacrum se suscepturos ab ea & quod dedit & concessit uel promisit pop. bon. nec de terra abbatie uel acqua aut eorum aliquo jure uel usu deinceps aliquam litem uel contrarietatem studiose eis faciemus neque pro com-

communi neque pro singulari. & a camurana (*) in seorsum nihil faciemus in sicla quo aqua fluminis aliter decurrat. a curte Camurate in iosum si quando nauigium faciemus ita faciemus ut non ledat terram uel nullam ecclesie ultra quam alueus fluminis cum ripis suis capit. hoc ita ut omne jus ecclesie saluum sit nec ob hoc minuatur. In aliis uero fluminibus uel aquis nihil faciemus nisi aut permittente abbate & pop. nonantole aut definitione facta communiter a papa & a principe causa cognita & discussa. Item de omni dampno & de omni injuria atque de omni offensione facta nobis a predicto pop. bon. uel a nonantulanis seu a pop. Sancti Johannis uel ab aliquibus eorum amicis omnimodo finem & remissionem in perpetuum eis omnibus faciemus. & si forte in aliquo uel pro communi uel pro singulari uobis offendimus infra triginta dies ad laudem duorum hominum qui ob hoc electi fuerint a bononiensibus & duorum de nostris quos eligemus offensionem factam emendabimus. neque studiose quolibet modo retinebimus aliquem furem uel qui offendat pop. bon. uel populo nonantule uel Sancti Johannis aut uestris amicis. Item per bonam fidem sine fraude & malo ingenio studebimus ut nostri Catanei & Uauasores omnia prescripta jurent & si hoc jurare noluerint nullum auxilium contra uos eis dabimus. Sed uobiscum aduersus eos erimus ita uidelicet si aliquis ex uobis conqueratur de eis uel de his qui jurant & rationem conquerenti ad laudem supradictorum facere noluerint ab hoc exceptis dominis nostris quibus per Sacramentum debiti sumus. Quod si ipsi a uobis rationem exegerint & per uos steterit quominus rationem habeant nolo teneri hoc Sacramento quin possim adjuuare eos contra eum tantum qui sibi rationem facere noluerit. quod Sacramentum ut prescriptum est faciemus facere populo de panzano. & hoc amplius ut si nos predictum finem semper obseruare noluerimus nullum auxilium contra uos nobis dabunt & si ipsi ut supradictum est jurare noluerint nullum deinceps adjutorium eis contra uos quolibet modo dabimus. Possessiones rerum immobilium injuste ablatas a nobis sine lite restituerimus abbati & nonantulanis uel

eis

(*) Nell' Indice de' Privilegj Nonantoláni, che prodotto dal Muratóri annunzia Camurána, e Gómnio con altri luoghi derivati in quel Monastero per fatto di Carlo Magno occorrono queste parole: *insuper concedens in territorio Bononiensi Sucido Caldario & Cesaretico & fundo Casanovola*. Ne dubitai conseguentemente d'aggiunger Súccida all' altre offerte del Re. Ma l' autografo richiamato a confronto mi costringe a disdirmi, e accusar d' abbaglio i Copisti che surrogaron *Sucido a fundo*. E qui sollecito della verità non mi scuserò dell' aver supposto ne' Precettali Persicetáni ivi ricordati una quantità di terreno, qual che si fosse la dimensione. Un diploma del primo Berengário da me avvertito più tardi li manifesta per individui obbligati ai precetti del Monastero suddetto. — *Murat. Antiq. Med. ævi T. II. Diss. XXI. pag.* 159. *T. V. Diss. LXIV. pag.* 333. *Vedi in addietro. Vol. I. Parte I. Sez. IV. Nota* (C) *pag.* 74. *Sez. V. §. III. pag.* 83.

eis qui de hac lite secum fuerunt saluo jure nostro priuato si quod singulariter in his rebus habemus ita tamen ut jus nostrum singulare non ledatur per offensionem factam abbati ob hanc gueram precarias uero res uel in feudum nobis concessas aut seruiemus ut soliti eramus tempore pacis aut relinquemus. hec omnia obseruabimus per bonam fidem sine fraude & malo ingenio salua fidelitate imperatoris.

NUM. CXXI.

Dall' Archiv. de' Canonici di S. Salvatore Caps. I. num. I.

An. 1136. . . Febbrajo.

Gualtieri Arcivescovo di Ravenna conferma a' Canonici di Santa Maria di Reno i possedimenti, ed immunità.

☧ In Nomine Sancte & indiuidue Trinitatis. Gualterius Dei gratia Sancte Rauennatis Ecclesie Archiepiscopus Seruus Seruorum Dei licet indignus. Dilectis filiis Guidoni priori & fratribus in Ecclesia Sancte Marie que juxta Renum sita est diuino seruitio mancipatis. tam presentibus quam futuris in perpetuum. Ecclesiastice sollicitudinis pietas nos jugiter ammonet ut religiosas personas atque religionem deo placitam studeamus modis omnibus augendo diligere & diligendo propagare. Nunquam enim obsequium deo gratum impenditur nisi ex radice caritatis procedat & a religionis puritate undique custodiatur. Proinde dilecti in domino filii uestris petitionibus clementer annuentes ecclesiam Sancte Marie juxta renum positam uel si quam aliam edificaueritis. uel aquisieritis. in qua uacatis uel uacabitis. diuino officio Sancte rauennatis ecclesie matris nostre metropolitane uestre priuilegio decreuimus muniendas. Ut igitur locorum uestrorum quies per dei gratiam tranquilla & tuta persistat satuimus ut predicte ecclesie cum suis rebus tam mobilibus quam immobilibus juste sibi pertinentibus in omnibus & per omnia sint libere ab omni conditione atque seruitio seu tributo tam monachorum & clericorum quam laicorum uel alicujus tam parue quam magne persone dominio preter episcopale jus. Insuper uobis uestrisque successoribus perpetualiter concedimus ut hoc quod modo ad jus siue de jure nostre sancte rauennatis ecclesie habetis & detinetis. seu in futuro juste acquisituri estis. Siue a quibuscumque aliis quomodocumque uobis aut a uestris successoribus aliquid juste obuenerit. Siue quod a uestra episcopali Ecclesia seu ab aliis ecclesiis uel personis tam clericorum quam laicorum habetis ac detinetis & in antea juste acquisieritis in decimis scilicet in primiciis. in aliis quibuscumque fidelium oblationibus tam uiuorum quam defunctorum.

ctorum. terras quoque uineas & olivueta. Siluas cum pratis. piscationis. paludes. aquas cum omnibus usibus earum. colonos & inquilinos. domnicatum & ordinatum diuisum. & indiuisum. cultum & incultum omnia & ex omnibus cum uniuersis usibus suis tam fructifera quam infructifera. in montanis denique. & in planitiis & ubicumque modo detinetis uel quocumque jure habetis aut in futuro habebitis uel acquisieritis cum scripto siue sine scripto. Hec autem omnia sicut superius legitur uobis uestrisque successoribus in eisdem Ecclesiis manentibus per hujus decreti paginam damus concedimus. atque largimur. & ab omni uinculo siue dominio preter episcopale jus libera & absoluta ab omni contradicente homine esse precipimus & in perpetuum concedimus atque firmamus. Uite quoque canonice ordinem quem professi estis. presentis priuilegii auctoritate roboramus. Sanctientes ut nemini inter uos professione exhibita liberum sit sine tua uel eorum qui post te in eodem regimine successerint. aut sine communi congregationis licentia de claustro discedere. Quod si discesserit & commonitus redire contempserit tibi tuisque successoribus facultas sit ejus modi ubilibet a suis officiis interdicere. Interdictum uero nullus episcoporum abbatumue infra nostrum archiepiscopatum suscipiat. Sane clericos seculariter uiuentes ad conuersionem suscipere nullius episcopi uel prepositi nostri archiepiscopatus contradictio uos inhibeat. quam diu scilicet aput uos canonici ordinis tenor domino prestante uiguerit. Porro sepulturas locorum uestrorum omnino liberas esse jubemus. ut eorum qui se illic sepeliri deliberauerint deuotioni & extreme uoluntati nisi forte excommunicati sint nullus obsistat. Ordinationes clericorum a quo malueritis catholico episcopo suscipere locorum uestrorum fratribus permittimus. Uel cum episcopum non habet bononiensis ecclesia. uel quem habuerit constat non esse catholicum. Laicorum etiam nostri Archiepiscopatus susceptionem ad discipline uidelicet regularis conuersionem nisi forte legalibus conditionibus teneantur obnoxii a nullo uobis episcopo permittimus interdici. Uel clericorum tonsionem qui regulariter in loco uestro uiuere per professionem deliberauerint. Fructuum autem uestrorum undecumque aduenientium decimas preter episcoporum uel episcopalium ministrorum contradictionem uobis concedimus optinendas. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat ecclesias uestras temere ullo modo perturbare aut earum possessiones auferre uel ablatas retinere minuere uel temerariis uexationibus fatigare. sed omnia integra conseruentur & ab omni uinculo & conditione atque tributo sicut superius legitur. in perpetuum absoluantur. Si quis igitur decreti hujus tenore cognito temere quod absit contraire temptauerit honoris & officii sui periculum patiatur aut excomunicationis ultione plectatur nisi presumptionem suam satisfactione correxit. Amen. Amen. Amen.

Legi-

Legimus ✠

Ego henricus bonon. episcopus mm. ss.
Ego petrus presbiter cardinalis Sancti michaelis. ss.
Ego belittus diaconus cardinalis Sancte rauennatis ecclesie mm. ss.
Ego Rambertinus subdiaconus Cardinalis Sancte Rauennatis Ecclesie ss.

Anno dominice incarnationis. millesimo. trigesimo sexto. mense Februarii. Indictione xiiii. factum est bononie feliciter.

NUM. CXXII.

Dall' Archiv. de' Canonici di S. Salvatore Caps. I. num. 3.

An. 1136. 27. Agosto.

Innocenzo II. Pontefice privilegia i Canonici di Santa Maria di Reno.

INNOCENTIUS Episcopus Seruus Seruorum Dei. Dilectis filiis Guidoni Priori & Fratribus in ecclesia Beate Marie de Reno Regularem uitam professis tam presentibus quam futuris in perpetuum. Quotiens illud a nobis petitur quod rationi & honestati noscitur conuenire animo nos decet libenti concedere & petentium desideriis congruum impertiri sufragium. Proinde dilecti in domino filii uestris rationabilibus postulationibus clementer annuimus & ecclesiam beate marie in qua diuino uacatis seruitio Apostolice sedis priuilegio communimus. Statuentes ut ordo canonicus qui secundum beati augustini regulam in uestra ecclesia noscitur institutus perpetuis futuris temporibus ibidem inuiolabiliter conseruetur. Preterea quascumque possessiones quecumque bona in presentiarum eadem ecclesia iuste & canonice possidet quecumque etiam in futurum concessione pontificum largitione regum uel principum oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci firma uobis uestrisque successoribus & illibata permaneant. Porro quia iuxta sacre scripture testimonium decime sunt tributa egentium animarum & religiose persone que de aliorum helymosinis seu beneficentia solent uiuere de rebus suis non debent molestias sustinere decernimus ut de laboribus quos propriis manibus aut sumptibus colitis uel etiam de nutrimentis uestris nullus a uobis decimas exigere uel suscipere audeat. Liceat etiam uobis clericos siue laicos e seculo fugientes dummodo nulli conditioni teneantur obnoxii ad conuersionem suscipere. & iuxta canonice institutionis regulam in uestro collegio retine-

 re.

re. Nullus ergo hominum eandem ecclesiam audeat temere perturbare uel ejus possessiones auferre. aut ablatas retinere minuere seu quibuslibet molestiis fatigare. Sed omnia integra conseruentur eorum pro quorum sustentatione & gubernatione concessa sunt usibus profutura salua nimirum diocesani episcopi debita reuerentia. Si qua igitur in posterum ecclesiastica secularisue persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere uenire temptauerit secundo tertioue commonita si non reatum suum congrua satisfactione correxerit potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se diuino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat & a Sacratissimo corpore ac sanguine dei ac domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura seruantibus sit pax domini nostri jesu Christi. Quatenus & hic fructum bone actionis percipiant & apud districtum judicem premia eterne pacis inueniant Amen. Amen. Amen.

✠ Ego Innocentius catholica Ecclesia Episcopus ss.

✠ Ego glilielmus prenestinus episcopus ss.

✠ Ego Gerardus presbyter card. tit. Sancte crucis in hierusalem ss.

✠ Ego Anselmus presbyter card. ss.

✠ Ego littifredus presbyter card. tit. uestine ss.

✠ Ego lucas presbyter card. tit. Sanctorum Johannis & Pauli ss.

✠ Ego Guido card. diac. Sancti adriani ss.

✠ Ego huhaldus diac. card. Sancte marie in uia lata ss.

✠ Ego Grisogonus diac. Card. Sancte Marie in porticu ss.

Data Pisis. per manum Aimerici Sancte Romane eccles. diac. Cardin. & cancell. VI. Kal. Septembris. Indictione XIIII. Incarnationis dominice anno MCXXXVI.

Pontificatus domni Innoc. PP. II. anno VII.

NUM.

NUM. CXXIII.

Dall' Archiv. de' Canonici di S. Gio. in Monte lib. III. num. 13.

An. 1139. 10. Luglio.

Arimondo d' Arardo di Guarino di Cióne investe Amadéo di Gerardo Búlgaro d' alcune terre nel Contado Bolognése in luogo detto Lavatúra.

In nomine domini. anno ab incarnacione millesimo centesimo trigesimo nono. Sexto Idus Julii. indic. secunda. Peticionibus enfiteoticariis annuendo Ego quidem dn. arimundo filius quondam arardo guarini domini Cionis. uti me ametheo & anna uir & uxor tua filius & nura girardo Bulgaro petitoris seo filiis & heredibus quia merui enfiteosis in integrum jure a presenti die mihi concedere dignemini rem jurisdictionis uestre quam abetis da Ecclesia Bononiensi qui supra domini Cionis idest in loco qui uocatur pojo de lauathura pecia una terre aratoria cum introito & exito suo usque in uia publica uel cum omnia super se & infra se habentem in integrum. finis ejus ab uno latere a mane habet petitore alio latere a sera abet lamberto seniore cum germanis suo johannes & gotifredo. ab uno uero capite de supra abet rodulfo capello. alio capite abet Enricus guarini & si quis alius fines sunt. omnia que legitur supra a presenti die mihi concedere jubeatis ut diximus in integrum ad abendum tenendum & possidendum quicquid tibi placuerit faciendum retroscripto petitore & uxor tua cum ueatri heredes a salua justicia dominica persoluenda. & post completas heredes uestrasque petitores calciarios dandum alia instrumentum enfiteosis in hoc ordine renouetur. ita tamen ut exinde inferre debes retroscripto petitore & tui heredes a me qui supra domini cione & a meis heredibus singulis quibusque indicionibus pensionis nomine denariorum ueneticorum duo. ita dictum & toties pensio persoluatur. & ego qui supra dn. arimundo uel per mei heredes tibi prelibato petitore ametheo & anna uxor tua uel alii heredes omni tempore ab omni homine defensare & auctorizare promitto. Si qua uero pars que contra hec enfiteosin ire tentauerit & non conseruauerit hec que supra det pars parti fide seruandi quod minime fecerit fiat compositura pene nomine denariorum lucensis solidos uiginti & post pena soluta instrumentum enfiteosin sicut supra legitur omni tempore in suo robore maneat. Actum in burgo Sancti Apolenaris indicione retroscripta. predictus dn. Arimundo ut supra legitur fieri rogaui.

†† Signum manibus ugo comes filius uberti comiti & guido de bonaldino.

no. Baraban de Bononia inuestitore. johannes qui uocatur piua & johannes filio ejus & rolandino de gualderatha interfuerunt testes.
Scripta hec paina enfiteosin per manu mea .... in dei nomine tabellio.

NUM. CXXIV.

Dalla Secretaria della Città d' Imola.

An. 1140. 15. Agosto.

Arardo di Gandolfo, e Consorti di Filgirardi donano al Commune d' Imola la Selva di Bagndra.

IN nomine Domini Amen. Anno ab Incarnatione MCXL. Temporibus Innocentii Pape & Conradi electi Regis die xv. Mensis Augusti Imol. in Cimiterio S. Laurentii Indictione III. Nos igitur in Dei Nomine Arardus Gandulfi. Accarisius Ubertini. Arardus Balbus. Arardus Guilelmini & Spinabellus Fratres. Guido Guidonis Ramberti Baldassar Frater & Rigo Ubaldi Rambertini Fratres & Bretanius de Rigo & Rigo Philgerardi & Bernardus Phighirardi nosque omnes insimul pro nobis & pro consortibus nostris damus & donamus uobis Johanni Judice & Mariscotto atque Petro Guarino & Ubertino Ugoni Ildebrandi & Ugoni de Bompetro atque Bononi Trepaldo & Guidoni Briuie & Gerardo Macerade Consulibus Imolensibus acceptoribus pro uobis & pro aliis Consulibus Consociis uestris & pro toto Imolensi Populo qui in pleno generali arringo est & pro omnibus qui modo Ymole abitant & in antea abitaturi sunt in posterum idest silua que dicitur Bagnaria cum Terra quam occupat in quibuscumque fundus sit a limite Sancti Pauli usque ad Paludam ut uos Imolenses abeatis & teneatis predictam Siluam & Terra ad ducendum cum Carro & Asinis siue stirpatico & quidquid uobis Imolensibus & aliis qui nenturi sunt cum predicta Terra & silua placuerit imposterum faciendum. Hoc enim facimus pro maximo amore quem in uos abemus & quia bene nos adjuuasti in nostro negotio. quod ab hinc in antea non liceat nobis neque nostris filiis & heredibus ullo unquam in tempore & in antea facere questionem repetitionem causationem aut aliquam contrarietatem uel interdictionem aut molestiam uel querimoniam uobis Imolensibus uestrisque filiis & heredibus neque per nos neque per nostros filios uel heredes neque per aliquam personam ad nobis submissam uel submittendam nec in placito neque extra placitum neque quolibet modo. Promittimus preterea dictam rem ab omni persona hujusmodi auctorizare & deffensare & hanc donationem firmam tenere uobis consulibus stipulant. per totis Imol. qui modo Ymole habitant & in antea habitaturi sunt imposterum & si contrarii faciemus uel nos

uel

uel nostros heredes & si omnia que supra leguntur non obseruauerimus promittimus nos nostrosque filios & heredes daturos penam uobis stipul. pro omnibus Imol. qui in modo sunt & in antea erunt penam quidem tres libras auri & post solutam penam hec omnia in posterum maneant firma. que omnia scripsi Ego Pizolus Imolensis Notarius.

Actum est hoc in maximo & pleno Arringo Imolensis Populi & in presentia Archiepiscopomei de Cunio & suorum militum qui secum aderant.

NUM. CXXV.

Dal Murat. Antiq. Med. ævi Diss. LXXIV. T. VI. pag. 401.

An. 1141. 28. Aprile.

Gualtieri Arcivescovo di Ravenna aggiudica la Chiesa di Gozuno alla Pieve di Pidno.

In nomine Domini nostri Jesu Christi anno Domini Millesimo centesimo Quadragesimo Primo iv. Kalendas Madii Indictione iv. Cum rexideret Donus Gualterius Dei gratia Rauennatis Ecclesie Archiepiscopus in urbe Parma pro causa Reginorum & Capitaneorum Donus Ribaldus Dei gratia Mutinensis Episcopus Ecclesie rogauit eum ut dexenderet ad partes Mutine ad litem ac causam cognoscendam que uersabatur inter Plebem Ciliani & Plebem Montis Belli, de qua jam sepe conquestus fuerat idem Archiepiscopo aput Rauennatem Ecclesiam. Cujus precibus assensum accomodauit & uel illum locum scilicet Gauxanum in quo lix cujusdam Capelle & Populi Gauzani consecrate in honore Sanctissimi ac gloriosissimi Geminiani inter predictas Plebes uersabatur peruenir. Quo residente & auditis allegationibus terminorum utriusque Plebis & uisis confiniis inter Plebem Montis Belli & Plebem Ciliani que sicut per testes cognouimus & oculata fide uidimus extenduntur a fonte Cinixituli usque ad riuum Cudituli & dehinc usque ad locum in quo petra utriusque Plebis confinia distinguens subtus domum fauatiorum fixa cernitur & confirmatis per duodecim ueridicos testes jurejurando corporaliter prestito astricto. Hii sunt Ubertus Dayberti. Guido de Plebe. Albicellus. Rodulfus de Botationo. Sigecinus de Ciliano. Azzo de Ferneta. Guiducius de Valle. Rollandus de Riuo. Ubertinus de Gauzano. Lambertus de Aruiciano. Ubaldinus de Ariuliano . . . . . sua sententia sic judicauit in presentia & testimonio bonorum hominum quorum nomina hic subtus leguntur. Hi sunt Lanfrancus de Ganazeto. & Rolandus de Tetelino. & Martinus de Teuzone. & Albertus de Sauegnano. & Ugucio de

de Monte Belio. & Sigezo de Bazano. & Lanfrancus de Sauegnano cum fratre suo Pazolino & Gotolus & Guidoctus de Ciliano. & Paganus de Uignola. & Gerardus Judex de Panzano. & Guido Judex de Montesplecho. & alii quamplures homines.

Ego Donus Gualterius Sancte Rauennatis Ecclesie Archiepiscopus cum assessoribus meis ejusdem Rauennatis Ecclesie. Johanne uidelicet Archipresbytero Cardinale. Presbytero Fantolino Cardinale. Presbytero Andrea Cantore. Enrico Diacono Cardinale. Buniolo subdiacono Cardinale. Visis confiniis inter Plebem Montisbellii & Plebem Ciliani cujus Plebis Parochia scilicet Ciliani usque ad eosdem fines extenditur sicut juramenta supradictorum testium & per famam & sententiam totius Populi reuera cognouimus judicamus eosdem fines sic perpetuo inuiolabiliter permanere. Ecclesiam uero infra hos fines ab Episcopo Ribaldo Mutinensi nuper edificatam cum toto Populo Gauzani Mutinensi Ecclesie & per eum Plebi Ciliani rationabiliter judicamus pertinere. De sententia autem quam de ueteri Ecclesia dedimus quia appellatione Mutinensis Ecclesie suspensam fore accepimus sic statuimus ut si Archipresbyter Montis Bellii infra hunc annum ad nos uenerit ad infringendam appellationem Mutinensis Ecclesie & legitime paratus fuerit premissa tam legitima satisfactione tam de Ecclesie combustione quam rapinarum & Altaris uiolatione audiatur alioqui expleto anno perpetuo taceat & eandem ueterem Ecclesiam sicut nouam Plebis Ciliani pertinere judicamus. Si uero Populus Gauzani predicte Capelle & ad quam pertinere judicatum est obedire contenserit excomunicationis uinculo perpetuo maneat obligatus donec resipuerit.

Actum in loco Sauiniano feliciter.

Ego Gualterius Sancte Rauennatis Ecclesie Archiepiscopus in hac notitia a me facta subscripsi.

Ego Johannes Archipresbyter Sancte Rauennatis Ecclesie subscripsi.

Ego Andreas Presbyter & Cantor Sancte Rauennatis Ecclesie subscripsi.

Ego Enricus Diaconus Cardinalis subscripsi.

Ego Boniolus subdiaconus Cardinalis subscripsi.

Ego Johannes sacri Palatii notarius scripsi.

NUM.

NUM. CXXVI.

Dalla Secreteria della Città d' Imola.

An. 1141. 1. Luglio.

Guarino, e Nipoti donano al Comune d'Imola il Castello di Trénzola.

In nomine D. N. J. C. Anno ab Incarnatione MCXLI. Indictione IV. die prima Mensis Julii juxta Castrum Trentule.

Noritia recordationis qualiter Ego Guarinus & Nepotes mei scilicet Ugo & Orlando & Drudolus juramus hominibus Imole de Ciuitate & Burgis & Imolam & . . . . . . & omnia bona que habent & tenent & adquirere debent ratione uel bono uel utili adjuuare & saluare & retinere & si perdiderint recuperare contra omnes homines per bonam fidem sine fraude & Ciues esse in perpetuum. Quando Guerram habuerint per Communem studiose habitare & cum illis esse usque ad finitam Guerram & quando Guerram non habuerint duos menses habitare per singulos annos & insuper Castrum Trentule illum dedimus & ibi ubi erat uel in toto supradicto Trentule ipsum uel alium non faciemus in perpetuum sine data parabula & consensu in arringo etsi tanto temporis est non faciemus. hec omnia acta in perpetuum promitrimus firmum tenere sub pena quinque libras auri. Hoc factum est in presentia Ugonis Petri Bulgari. & Rambertoli Fratris sui & Bulgarellus filius Alberti Bulgari Arardi Balbi & Johannis Judicis & Ziberti Ugonis Ildebrandi. Ubaldi Alberti Alberici. Mariscotti. Ugonis Martignani. Ugonus Bonipetri & Petri Guarini Martignanorum. & Julii Medicine Petri Baldi. Petri Operti. & aliorum plurium quod longum est enarare & presenti Johanne Imolense Notario qui scripsi & s. s.

NUM.

NUM. CXXVII.

Dal Mitarelli Rer. Faventin. Script. pag. 427.

An. 1142. circa.

Gualtieri Arcivescovo di Ravenna redintegra i Canonici della Chiesa Faentina nei lor diritti, e possedimenti.

GUALTERIUS Dei gratia sancte Rauennatis Ecclesie minister licet indignus. Uniuersis sancte Fauentine ecclesie canonicis dilectis in Christo filiis uidelicet Petro archipreshytero. Dominico presbytero. Guidoni presbytero. Beniamin presbytero Faruflo quoque. Johanni. Bonopedi. Roberto. Ugolino. Almerico ejusdem ecclesie diaconibus. Drudoni etiam. Guillielmo. Bernardino & Erpello subdiaconibus eorumque successoribus in perpetuum salutem & benedictionem eternam in Domino Jesu Christo. Dum Sancte Romane ecclesie uoluntate ac precepto Rauennatis ecclesie clerus & populus me indignum Christi famulum ad pontificalis officii dignitatem concorditer elegissent & electum ad dominum papam Gelasium consecrandum misissent inde siquidem sacri officii dignitate recepta incolumes & cum letitia reuertentes in latrones incidimus & ab eis expoliati & diu in carcere detenti sumus. Interim sane uos Fauentini canonici qui pro tempore in illa ecclesia tunc eratis tyrannum quemdam Philippum nomine ab Imperatore destinatum ecclesie inuasorem nostram Rauennatem ecclesiam non modicum infestantem contra uoluntatem nostram suscepistis & in superbie uestre proposito perseuerantes eum apud uos longo tempore sustentastis. Cujus rei gratia dignam in uos excommunicationis sententiam usque ad dignam satisfactionem protulimus & uos uestramque ecclesiam officiis beneficiis ac solita dignitate priuauimus. Ceterum uos post aliquantum temporis contra matrem uestram ecclesiam grauiter deliquisse recognoscentes atque ad eam canonica satisfactione redeuntes paterne pietatis affectu uos incunctanter recepimus & Jacobum beate memorie uirum uobis antistitem ordinauimus. Cum quo siquidem in beneficiorum soliteque dignitatis priuatione aliquando permanentes in plena episcoporum nostrorum Synodo cum eodem episcopo uestro simul cum aliis pro uobis nimium exorante ac intercedente nostro conspectui uos representastis suppliciter uidelicet postulantes ut quod per superbiam amiseratis per humilitatem & obedientiam uobis in integrum redderetur. Quorum quidem precibus annuentes ut dignum fuerat & tam sanctorum patrum quam etiam coepiscoporum nostrorum auctoritatibus suffulti in omni dignitate & beneficiis uos uestramque ecclesiam secundum morem uobis antiquitus ab episcopis constitutum continuo restituimus.

tuimus. Denuo quoque quia rursus contumaces & inobedientes extitistis una cum prefato episcopo uestro dignitate simul & beneficiis uos & ecclesiam uestram priuauimus. Uerum quoniam nobis & episcopo uestro ut dignum uisum fuit satisfecistis & omnimode reuerentie famulatum Rauennati ecclesie ut condecet exhibetis ideo uos & ecclesiam uestram libentissime honorare augere ac ex integro restituere dignum fore censemus. Per hujus igitur priuilegii paginam dilectissimi in Christo filii una cum auctoritate Jesu Christi Domini nostri & beati Petri Apostolorum principis & beati Apolenaris pontificis & martyris Christi & nostra uobis prenominatis canonicis uestrisque successoribus in perpetuum restituimus in integrum firmamus & constanter stabilimus omnes dignitates omniaque beneficia que uos uestrique aliquando predecessores seu per priuilegia & traditiones episcoporum seu per antiquam uestre ecclesie consuetudinem habuistis & tenuistis. uel ecclesia uestra uisa fuit habere. uidelicet untionem infirmorum sicut uos uestrique antecessores antiquo more longeuoque usu habuistis tenuistis & fecistis. Decimas & primitias testamenta & oblationes ac cimiteria Fauentine plebis in integrum. Plebem S. Petri in Laguna cum omnibus tam uiuorum quam mortuorum eidem Ecclesie pertinentibus. Medietatem plebis S. Andree in Panigale cum omnibus eidem pertinentibus. Ecclesiam S. Stephani protomartyris positam in ciuitate Fauentie cum omnibus suis pertinentiis. Ecclesiam S. Uitalis & ecclesiam S. Sauini cum omnibus illarum pertinentiis. Ecclesiam S. Petri in Fugnano cum omnibus suis pertinentiis. Ecclesiam S. Christophori. Ecclesiam S. Seueri. Ecclesiam S. Marie in Ariano. Ecclesiam S. Laurentii in Marciliano. Ecclesiam S. Andree in Casanaula. Ecclesiam S. Marie in Merlasco. Ecclesiam S. Laurentii in Filpago. Ecclesiam S. Margarite. Ecclesiam S. Crucis. Ecclesiam S. Siluestri. Omnes etiam possessiones uidelicet Arcum majorem & minorem. & locum unum qui dicitur Gargugnanus. & alium qui dicitur Monte & alium qui dicitur Tillito. & duos mansos in Uarano. & Termilinum majorem & minorem cum appendiciis suis quorum nomina sunt Fabriati. Morena. & Campo majore. & taulas integras que sunt in Uillanoua. & locum qui dicitur Cicutini. & Pegulini. & Morcini. Pensiones etiam & processiones omnium plebium Fauentini episcopatus. Quecumque etiam uos & antecessores uestri habuistis tenuistis possedistis siue usi fuistis per cessiones episcoporum uestrorum aut per chartulas seu priuilegia Apostolicorum a die obitus Pauli religiosi episcopi usque ad diem ingressionis Jacobi in Fauentino episcopatu. Dominium quoque & potestatem habeatis habendi fruendi disponendi cum uestris successoribus. si qua igitur imposterum ecclesiastica secularisue persona presentis Decreti tenore cognito contra chartam hanc facere presumpserit secundo tertioue comonita si non reatum suum congrua satisfactione correxerit potestatis honorisque

 sui

sui dignitate careat reamque se diuino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat & de Sanctissimo corpore & sanguine D. N. J. aliena fiat atque in extremo examine districte supremi judicis ultioni subjaceat. Cunctis uero eidem ecclesie prefata seruantibus sit pax D. N. J. C. quatinus & hic fructum bone operationis percipiat & apud districtum judicem premia eterne pacis inueniat. Amen.

✠ Ego Gualterius Rauennatis ecclesie archiepiscopus subscripsi & firmaui.
✠ Ego Guido tituli S. Chrysogoni presbyter cardinalis ad Fauentine ecclesie honorem & jus omne perpetuo seruandum subscripsi & firmaui.
Ego Johannes presbiter S. Rauennatis ecclesie & cardinalis S. Marie Majoris subscripsi.
Ego Johannes presbiter cardinalis S. M. subscripsi.
Ego Petrus presbyter cardinalis S. Michaelis in Africiclo subscripsi.
Ego Fantulinus presbyter cardinalis subscripsi.
Ego Guido S. Rauennatis Ecclesie archidiaconus subscripsi.
Ego Paganus diaconus cardinalis subscripsi.
Ego Petrus angelus diaconus cardinalis subscripsi.
Ego Turcus subdiaconus cardinalis subscripsi.
Ego Guido S. Rauennatis ecclesie diaconus cardinalis subscripsi.
Ego Paulus diaconus cardinalis subscripsi.
Ego Guido presbyter & cantor subscripsi.
Ego Heinricus presbiter & cantor subscripsi.
Ego Andreas presbiter & cantor subscripsi.
Ego Guinizo diaconus & cantor subscripsi.
Ego Albertus presbiter & cantor subscripsi.
Ego Mazolinus subdiaconus & cantor subscripsi.
Ego Rainulfus cantor subscripsi.
Ego Albertus cantor subscripsi.
Ego Ugo cantor subscripsi.
Ego Diuizo saxenatis ecclesie episcopus firmaui & subscripsi.
Ego Benno Cesenas dictus episcopus firmaui & subscripsi.
Ego Guidograndius Pupiliensis episcopus firmaui & subscripsi.
Ego Petrus Ficoclensis episcopus firmaui & subscripsi.
Ego Henricus gratia Dei Comaclensis episcopus firmaui & subscripsi.
Ego C. Adriensis episcopus subscripsi & firmaui.
Ego R. Liuiensis episcopus firmaui & subscripsi.
Ego Lanfrancus Parmensis episcopus subscripsi & firmaui.
Ego Henricus Bononiensis episcopus subscripsi.
Ego Randomus Corneliensis episcopus subscripsi.
Ego Rambertus episcopus subscripsi.

NUM.

NUM. CXXVIII.

Dell' Archiv. Pub. Bolognese Reg. Grosso T. I. pag. 5.

An. 1144. . . Febbrajo.

Gerardo Visconte, e gli abitatori del Castello di Cèllola giurano obbedienza al Comune di Bologna.

Anno domini millesimo centesimo quadragesimo quarto mense Febr. Indictione septima. nos quidem Gerardus uicecomes de Celola. ugo de Alberico. gerardus de azolino. guido de alberto de candida. pro nobis & pro omnibus nostris uicinis promittimus uobis consulibus bononie deinceps in perpetuum retinere & saluare castellum nouum celole ad honorem bon. & stare ad iussionem bon. saluo honore Abbatis nonantule & in omni anno in mense augusti per unamquamque casam castelli soluere comuni bon quattuor den. luc. sicut nonantula facit.

NUM. CXXIX.

Dalla Cancelleria del Senato di Bologna Arm. M. num. 2.

An. 1144. 15. Marzo.

Lúcio secondo Pontefice conferma alla Chiesa Ferrarése gli antichi possedimenti, e le immunità.

Lucius episcopus seruus seruorum Dei. Venerabili fratri Griffoni Ferrariensi episcopo eiusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum. Ad hoc in apostolice sedis cathedra disponente domino constituti esse conspicimur ut ecclesiarum omnium curam gerere & jus suum cuique tribuere presertim iis qui beati petri juris existunt conseruare integra debeamus. ad exemplar itaque predecessoris nostri bone memorie pape Innocentii juxta tenorem priuilegiorum ferrarien. episcopum a cardinalibus nostris eligendum & a Romane sedis antistite consecrandum decreuimus atque ferrarien. ecclesiam sub jure & dominio sedis apostolice de cetero manere sanximus. Te igitur Cler. & pop. ferrariensi in fidelitate beati Petri persistentibus ad instar predecessorum nostrorum felicis memorie Uitaliani. Adriani. Leonis. Benedicti. Alexandri. Paschalis. & Innocentii & Celestini Romanor. Pontificum sancte Ferrariensis ecclesie tamquam apostolice sedis filie fundos ejusdem matris & patrimonia confirmamus. ipsam uidelicet massam Babiloniam que uocatur ferraria cum duodecim fundis suis cui alias undecim

massas nostras minores cum omni obedientia atque seruitute subjugamus. idest massam & ripam pullanolum cum duodecim fundis suis & massam constateciam cum duodecim fundis suis simulque massam quartesianam cum duodecim fundis. & totam & integram massam Dononi cum duodecim fundis suis & similiter massam popularem cum duodecim fundis suis. nec non massam uerulam & massam salectam cum uigintiquatuor fundis suis. & massam ueneticam & Castellionem similiter cum fundis suis similique modo massam que uocatur fermignana cum omnibus fundis suis. Ita quidem predictas massas cum omnibus ad earum iura pertinentibus de dominio & jure ac potestate hujus Sancte Romane Ecclesie in Sanctam ferrarien. Ecclesiam per hanc donationis & traditionis paginam donamus & tradimus. ut ab hac hora in antea liceat tam tibi charissime frater Griffo episcope quam successoribus tuis in singulis massis ecclesias cum Clericis presbiteris diaconis ordinare & consecrare illud omnimodis sancientes ut Ferrarien. Ecclesia cum tota parochia sua in jure & dominio ac priuilegio sancte nostre Romane ecclesie beati petri cujus est patrimonium perpetuo consetuetur & sit semper sub nostra electione ordinatione atque consecratione ut quicumque per nos illic electus ordinatus & consecratus fuerit ille honoris hujus ac potestatis integritate fungatur. Comitatus autem ferrariensis fines & termini sunt ab oriente ab una parte fluminis Padi altera nostra massa Fiscalia & ueterana. a ueterana usque ad fossam Bosonis transeunt. flumen Saldali usque Bouletrum per Bouletrum transeuntes flumen Gabiana per Luduriam circumdant uillam magnam & modonnam peruenientes usque mallettum. a malletto pergunt juxta argellem anxianum per palludes & piscatia usque uitricum. & transeuntes uitricum ueniunt usque fossam Buranam. & per fossam Buranam exeunt in Padum & descendunt ad occidentem usque ad Ulmum formosam que terra finis est inter Romaniam & Longobardiam. ab altera autem parte fluminis fines sunt similiter ab oriente callis de fine que finis est inter nostrum comitatum Ferrarie & alterum nostrum comitatum Comaclensem & extendunt se per paludes & piscarias usque ad fossatum de siuale circumdant massam Corneti & Lognanum que de nostro Comitatu ferratie est. descendunt inde ad occidentem per palludes & piscarias usque flumen Tartari & per ipsum flumen Tartari pergunt usque in flumen Padi. Sane habitatoribus istius masse majoris ferrarie malas & prauas consuetudines remouemus nisi tantum sicut soliti sunt ad suffragium sancte Romane ecclesie annualiter per illorum nuntium unaquaque libera persona capitis massarii de moneta uenetie denarios singulos dabit. census uero & tribut. atque toloneí de ripa & flumine unam medietatem pro benedictione ad communem utilitatem & meliorationem seu restaurationem indicte majoris masse concedimus & alteram medietatem ad nostras manus reseruamus. Similiter toloneí de mercato unam medietatem nobis reseruamus

mus & alteram medietatem in predicto episcopo condonamus. placitum quidem generale similiter in dominio & potestate sancte nostre Romane ecclesie tenemus & ante nostrum nuntium simul in anno faciendo justitiam ab omnibus per tres dies custodiatur. Collectam uero uel fodrum aut prauam uel injustam sanctionem aut dationem seu consuetudinem nequaquam exigimus sed omnia pro dei timore atque amore predicte nostre Sancte Ecclesie beati Georgii omnibus habitatoribus ipsius majoris masse pepercimus aliasque minores massas & sicut supta dictum est cum omnibus suis seruitutibus subjugamus. Preterea quascumque ecclesias ac possessiones quecumque etiam bona in presentiarum juste & canonice possides aut in futurum possidebitis juste & canonice firmam tibi tuisque successoribus & per uos Ferrariensi Ecclesie & illibata permaneant in quibus hec propriis diximus exprimenda uocabulis. Plebem Sancti Georgii de ultra pedum. plebem Sancte marie de Gabriana. plebem Sancte marie de Uicouentia. plebem Sancti martioi de contrapedum. plebem Sancti Georgii de Tamara. plebem Sancti Petri de Copano. plebem Sancti Stephani de Ferminiaoa. plebem Sancti Apollinaris de . . . . . . sicalio. plebem Sancti Martini de rupina. plebem Sancte marie de uico uariane. plebem Sancte marie de septem policino. plebem Sancti Stephani de Galigo. plebem Sancti donati de pedruno. plebem Sancti antonini de Ficarolo. plebem Sancti Georgii de trecenta. plebem Sancte marie de Ciuisello. plebem Sancti Michaelis de Bragadino cum capellis & earum pertinentiis. ecclesiam Sancti Romani de cartaro salua in omnibus sedis apostolice auctoritate. si qua sane ecclesiastica secularisue persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere uenire temptauerit & aut ferrariensem ecclesiam iisque supra dicta sunt diminuere aut sancte apostolice sedis siue in ejus ueraque superius significata sunt auferre presumpserit pene compositionis nomine reddat eidem sancte sedi apostolice auti optimi libras centum & nisi que male presumpta sunt satisfactione congrua emendauerit potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se diuino judiciu existere de perpetrata iniquitate cognoscat & a Sacratissimo corpore & sanguine Dei & redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte ultioni subjaceat. Cunctis autem eisdem ea . . . . justa seruantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi quatenus & hic fructum bone actionis & apud districtum judicem premia eterne pacis inueniant. Amen. Amen.

Ego Lucius Catholice Ecclesie episcopus ss.
Ego Gregorius presb. Card. tt. Sancti Callixti ss.
Ego Guizo presb. Catd. tt. Sancte Cecilie ss.
Ego Thomas presb. Card. tr. Sancte Uestine s. s.
Ego Hubaldus presb. Cardioalis Sancte praxedis ff.
Ego Gilibertus presbiter Card. tt. Sancti Marci ss.

Ego

Ego Nicolaus presb. Card. tt. Sancti Ciriaci ss.
Ego Manfredus presb. Card. tt. Sancti Martini s. s.
Ego Conradus Sabin. Episcopus s. s.
Ego Theodewinus Sancte Ruffine episc. s. s.
Ego Albericus Hostiensis episcopus ff.
Ego Stephanus prenestinus episcopus ff.
Ego Gimarus tusculanus episcopus ff
Ego Petrus albanensis episcopus.
Ego Gregorius diac. Card. Sanctorum Sergii & Bacchi.
Ego Otto Diaconus Cardinalis tt. Sancti Georgii ad uelum aureum ss.
Ego Guido diaconus tt. Sancti Cosme & Damiani ss.
Ego Gerardus diaconus cardinalis Sancte Marie in Aquirio ss.
Ego Guido . . . . ecclesie altaris minister ss.
Ego Petrus diaconus tt. Sancte marie in porta ss.
Ego Gregorius Sancte Romane eccl sie indignus Cardinalis ss.
Ego Johannes diaconus Card. Sancti Adriani ff.
Ego Gregorius diaconus Cardinalis Sancti Michaelis Archang. ss.
Ego Johannes diaconus Card. Sancti Adriani s. s.
Ego Ugo Romane ecclesie diaconus in . . . . . lucina ss.
Ego Orsatius diaconus card. Sancti Eustachii ss.
Dat. Laterani per manum Baronis capellani & scriptoris id. Martii ind. VII. incarn. dominice anno MCXLIV. pontif. uero lucii pape anno primo.

NUM. CXXX.

Dall' Archiv. Arcivescov. di Bologna lib. IV. num. 8.

An. 1144. 13. Maggio.

Lucio secondo Pontefice conferma alla Chiesa Bolognese gli antichi possedimenti e le immunità.

Lucius Episcopus seruus seruorum Dei. dilecto in Christo fratri Henrico Bononiensis Ecclesie Episcopo ejusque successoribus canonice substituendis. Si ad celestia regna peruenire desideramus non pigri studio laborare debemus sed quantum possumus Deo adjuuante festinare studeamus ut exaltationem Ecclesiarum quas etiam Dominus noster proprio sanguine acquisiuit in omnibus subleuare & in melius restaurare possimus quas uero diuino celitus auxilio clauigero Christus Dei filius tradidit Petro eas quidem idcirco in prestantissimi statu subleuare debemus. Hoc enim certissime credimus quod quanto studiosius Ecclesiarum exaltationem procuramus tanto dignius illius uigemus munificentia cujus spirituali cura regitur & guberna-tur

tur Catholica & Apostolica Ecclesia in qua autore Deo Apostolorum uice fungimur. Idcirco notum omnibus fieri uolumus quod Reuerentissimus frater noster Henricus Bon. Episcopus Romam ueniens uisitare limina Apostolorum ostendit nobis munimina & inuestitiones & confirmationes factas ab antecessoribus nostris idest Agabito Pelagio Gregorio VII. apostolicis de rebus sue Ecclesie ...... prouide inclinati precibus ejus concedimus atque confirmamus sue Ecclesie saluo in omnibus jure & Romane Ecclesie Priuilegio Monasterium S. Michaelis Arcangeli positum in fundo paterno cum omnibus rebus & pertinentiis suis. atque concedimus curtem de Brento cum seruis & ancillis & omnibus suis pertinentiis seu donamus Monasterium S. Marie situm in massa que uocatur Monte Palense quam *Jouinianus* Imperator tradidit Bonon. Ecclesie cum Curte ibique tenente seque nominatur Aurelia cum Montibus qui in circuitu prefati Monasterii sunt positi & curtes alias que nominantur Bombiana cum casalibus & pertinentiis suis & montem qui uocatur Caualiorum. Siue & concedimus portum qui nominatur Galliana cum Ripatico & Teloneo & paludibus & piscariis & siluis ac cum omnibus rebus que ad ipsum pertinere dignoscantur, & duas curtes una que uocatur curta major & alia que dicitur, curta minor posite infra plebem que dicitur Boida. Insuper & damus Monasterium S. Anastasii fundatum in fundum petriculo cum portu & teloneo & ripatico cum siluis & uenationibus cum paludibus & piscationibus & cum omnibus que ad curtem que uocatur petriculorum & ad prefatum monasterium pertinere uidentur. Nec non & curtem que dicitur Gellula juxta flumen quod uocatur sauena cum Oliuetis uineis Campis Siluis uenationibus famulis colonis & cum omnibus sibi pertinentibus & ibique non longe fundum Uenetie integrum quod & sociorum uocatur pertinentem ad ipsas curtes. atque curtem in panigale que continet in se tres fundos terrarum & uinearum qui hoc nomine uocantur candidatis & pulsia & grisiribili seu & Monasterium S. Prosperi situm in supradicto loco qui uocatur panigale. siue & curtem que dicitur cumo cum omnibus suis pertinentiis & Monasterium S. Martini in Pojo cum curte & omnibus sibi pertinentiis & Monasterium S. Petri in strada. & Monasterium Sancte Marie cum omnibus suis pertinentiis. Monasterium S. Petri cum curte que uocatur in Nuncifatico cum omnibus suis rebus. & Monasterium S. Martini in Casalicchio cum omnibus pertinentiis atque donamus caritati tue portam in Ciuitate Bononiensi quod communi nomine dicitur Sancti Petri & Stratam que nominatur salaria cum stratatico & omni redditu quem antiquitus persoluere solent ipsi homines qui per prenominatas ire uel redire soliti sunt. Commonemus quoque ut statuto tempore prefatos redditus absque negligentia persoluere studeant seu & Monasterium S. Marie quod uocatur majoris cum omnibus suis pertinentiis cum casa solariata infra Ciuitatem Bononie que est juris ipsius Monastetii & Monasterium

rium S. Colombani Confessoris cum omnibus suis rebus. & Monasterium Sanctorum Geruasii & Prothasii cum omnibus suis rebus & Monasterium S. Andree Apostoli situm ante portam S. Petri cum omnibus suis rebus. & Monasterium S. Joannis Euangeliste fundatum in Monte qui uocatur Olliueti cum omnibus suis pertinentiis similiter concedimus Monasterium S. Stephani quod uocatur Hierusalem & quod Dominus Petronius Sanctissimus Episcopus edificauit ad usum ejusdem Ecclesie & cum mercato sancti Joannis Baptiste ibique tenente. seu confirmamus atque stabilimus curtem que uocatur Millonis cum portu & Ripatico & teloneo & mercato cum siluis uenationibus & cum paludibus & piscationibus & cum seruis & ancillis & collonis & cum omnibus ad se pertinentibus. similiter concedimus cuncta predia & possessiones monasteria & plebes & Ecclesias baptismales omnesque alias Ecclesias Castella Uillas Abbates Monachos presbiteros diaconos clericos litteratos & illiteratos seruos & ancillas Dei atque diaconissas famulos utriusque sexus & omnes homines super terram predicte Ecclesie Bononiensi residentes ut in tua tuorumque successorum sint potestate & defensione infra terminos & confinia tocius Episcopatus Bon. sicuti est a flumine quod dicitur Gaibana & fluuius qui sablosculus uocatur cum strada que uocatur Ungarista usque . . . . & locus qui uocatur culte & fluminis qui dicitur leo & alius qui uocatur muza. similiter concedimus prefate Ecclesie curtem que Maxumaticum cum rebus & possessionibus cunctisque suis pertinentiis. hec omnia que superius leguntur que prefata Ecclesia uere juste tenet uel deinceps acquisitura est tam tibi cum iis cunctis qui in eo quo es ordine loco que successerint uel eis quorum interesse potuerit in perpetuum reseruanda decernimus. Si qua uero Regum Sacerdotum judicum atque secularium persona hanc constitutionis nostre paginam agnoscens & contra eam uenire temptauerit . . . . honorisque sui dignitate careat reumque se diuino Judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat & nisi ea que ab alio sunt male ablata restituerit uel digna penitentia illicite acta defleuerit a Sacratissimo corpore ac Sanguine Dei & Domini Nostri Jesu Christi redemptoris nostri alienus fiat atque in extremo judicio districte ultioni subjaceat. cunctis autem eidem loco justa seruantibus sit pax Domini Nostri Jesu Christi redemptoris & hic fructum bone actionis percipiant & apud districtum Judicem premia eterna pacis inueniat Amen.

Ego Lucius Catholice Ecclesie Episcopus.
Ego Gregorius Presbiter Cardinalis tituli S. Calisti.
Ego Petrus Presbiter Cardinalis tituli Pastoris.
Ego Thomas Presbiter Cardinalis tituli S. Justine.
Ego Raynerius Presbiter Cardinalis tituli Sancte Prisce.
Ego Guido Presbiter Cardinalis tituli Sanctorum Laurentii & Damasi.

Ego

Ego Nicolaus Presbiter Cardinalis tituli S. Ciriaci.
Ego Aribertus Presbiter Cardinalis tituli Sancte Anastasie.
Ego Manfredus Presbiter Cardinalis tituli Sancte Sabine.
Ego Corradus Sabinensis Episcopus.
Ego Theodorinus Sancte Rufine Episcopus.
Ego Albericus Hostiensis Episcopus.
Ego Aymarus Tusculanensis Episcopus.
Ego Petrus Albanensis Episcopus.
Ego Gregorius Diaconus Cardinalis Sanctorum Sergii & Bachi.
Ego Otto Diaconus Cardinalis S. Giorgii ad Uelum aureum.
Ego Geraldus diaconus Cardinalis Sancte Marie in Dominica.
Ego Guido in Romana Ecclesia altaris minister indignus.
Ego Rodulfus diaconus Cardinalis Sancte Lucie in septemsoliis.
Ego Johannes diaconus Cardinalis Sancti Adriani.
Dat. Laterani per manum Baronis Cappellani & Scriptoris tertio Idus Maii. Indictione septima. incarnationis Dominice Anno millesimo CXLIIII. Pontificatus uero Domini Lucii pape anno primo.

NUM. CXXXI.

Dall' Archivio Vaticano.

An. 1144. 30. Ottobre.

Ugo Conte da Panico per se, e per Guido e Ranieri suoi Fratelli dona a Moisè Arcivescovo di Ravenna, e suoi successori la quarta parte del Castello di Riversano.

In Nomine Domini Nostri Jesu Christi Saluatoris. Anno ab Incarnatione ejus MCXLIIII. die trigesimo Mensis Octobris. Indictione septima. Ego Ugo Comes pro me & pro meis fratribus Guidone & Raynerio & faciam eos firmare honorem una cum matre mea & auia mea tibi Domino Mazaro receptori pro persona Domini Moisi Rauennatensis Ecclesie Archiepiscopi & suorum successorum. donamus tertiam partem Riuersani & de Castris & Rocca & tota integra Curte Reuersani. hanc tamen conditione ut ipse & sui successores habeant Roccam in dominium & potestatem & faciant eam custodire ad saluitatem sue partis & ad utilitatem partis uestre quam nobis reseruamus. & si ipse uel sui successores uenerint in Riuersanum de toto habeant seruitium & in totum exerceat suam potestatem ad suum seruitium. & si nos uenerimus in Riuersanum similiter habere debemus de toto seruitium & de illis partibus quas nobis reseruamus non debemus facere aliquem contractum nisi in suprascripto Archiepiscopo & in suis succes-

soribus in prefata Ecclesia presidentibus. & ipsi non debent dare suam partem nisi in nobis & in nostris heredibus. & si placitum erit factum in Riuersano & in sua Curte medietas acquisitionis placiti fieri debeat Ecclesie & aliam medietatem nobis reseruamus. & si ipse uel sui successores recuperauerint & nos cum illis aliquibus de illis possessionibus que sunt Curtis Riuersani & modo inuase tenentur ita quod non habemus nec possidemus eas medietatem de illis habere debeant & aliam medietatem habere debemus nos & promittimus hanc donationem quam sponte facimus omnimodo firmam tenere & nullo modo eam uiolare presumpserimus per aliquam machinationem uel fraudem & si contra hanc donationem fecerimus promitto me & meos fratres nostrosque heredes esse daturos & composituros suprascripto Archiepiscopo & suis successoribus nomine pene auri libras decem. & pena soluta maneat firma donatio in perpetuum ut supra. Qood Instrumentum donationis Ego Petrus Cesena Tabellio scripsi. & hoc totum actum est in loco qui dicitur a Signano in Olіueto quod fuit Tebaldi de Corbo.

Signum †. manus jam dicti Ugonis Comitis donatoris ut supra. & hec omnia sunt confecta in presentia Domini Bennonis Cesenatis Ecclesie Episcopi. & Raymundi de Gibertino. & Girardi Rigonis. & Aldreuandi. & Ospinelli. & Quintauallis. & Candulfini. & Calcetelli. & Timidi. ac Alberici de Tongo. & Tuscanelli. & Signorelli de Aldreuando. & Bonbelli Uercellensis. & Petri Greci. & Tromboli de Ramergo. qui rogati sunt pro futuro testimonio & tunc predictus Comes dedit mandatum Girardo Rigonis ut traderet Domino Mazaro nomine suprascripti domini sui Archiepiscopi possessionem rei & ipse Girardus adiuit Roccam presente Comite & etiam jubente tradidit Turrem & Roccam in manu Domini Mazari qui accepit pro suprascripto Archiepiscopo. & ibi erant presentes suprascriptus Raymundus de Gibertino. Et Aldrouandus. & Tuscanellus. & Leo Petrileonis. & Guizzolus. & Quintauallis. & Rainerius Petri de Tebaldo. & Ubaldinus de Panego. & sic accesserunt Custodes Rocce & Turris & securauerunt retinere & custodire turrem & Roccam Archiepiscopo Rauen. Ecclesie contra omnes homines per bonam fidem sine fraude & credentiam si dixerit illis nullo modo eam manifestabunt ad damnitatem Archiepiscopi & quocumque tempore Archiepiscopus uel sui successores petierint Turrem & Roccam ab illis ipsi dabunt eam illis siue Archiepiscopus fuerit guarnitus uel disguarnitus uel suo certo misso. & sic jurauerunt super sancta Euangelia. Nomina custodum hec sunt in primis Raindlus borattinus. Johannes Matrone. Johannes Pelatus. Monacillus.

NUM.

NUM. CXXXII.

Dall' Archiv. Pub. Bolognése Reg. Grosso T. I. pag. 5.

An. 1144. . . . .

Gli uomini del Castello di Savignano giurano fedeltà al Comune di Bologna.

Nos quidem populus & homines sauignani deinceps in perpetuum perpetuali traditione donamus populo bon. roccam & curiam Sauignani quin etiam de predicto castro ueros & fideles esse pop. bon. & nec in facto esse uel in dicto ut pop. bon. predictum castrum perdat & si perdit per bonam fidem recuperare. Insuper omnibus de ciuitate & burgis adjutorium & receptionem contra omnes dabimus homines. hostes autem & caualcatas ubi & quando bononienses uoluerint & jusserint faciemus. Inimicos bon. pro inimicis habebimus & eis guerram cum bononiensibus & sine eis faciemus. Pacem & treguam cui uoluerint obseruabimus. hec omnia in perpetuum per bonam fidem absque fraude & dolo nos obseruare juramus & omni capite decem annorum renouabimus.

NUM. CXXXIII.

Dalle delizie degli Eruditi Toscani T. X. pag. 183.

An. 1145. . . . Maggio.

Albizo, e Grécio figli d' Ubaldino da Mugello transiggono intorno a' beni paterni ne' due Contadi di Firenze, e Bologna.

In nomine Sancte & Indiuidue Trinitatis. Constat me quidem Albizzonem filium quondam egregii uiri Ubaldini de Mucello per hoc diuisionl Instrumentum in presentiarum finisse & refutasse & in partem diuisionis dedisse tradidisse atque concessisse tibi Greccio fratri meo filio quondam Dom. Ubaldini recipienti pro te & tuis heredibus & cui uel quibus tu & tui heredes dederitis & concesseritis in perpetuum integre uidelicet totum Castrum & Burgum & totam Curiam de Galliano & omnes fideles colonos & affictus & pensiones & jurisdictiones & patronatus & redditus & seruitia ejusdem loci & omnia alia jura mihi competentia uel pertinentia in dictis Terris & inter dictas Terras & Anguidolam sicut trahit dictam Anguidolam uersus occidentem. & promicto tibi Greccio fratri meo pro me & meis heredibus recipienti pro te & tuis edibus quod de cetero in per-

petuum non faciam & mei heredes non facient neque fieri faciemus per nos neque per interpositam personam aliquam comperam uel acquistum in dicta parte dictarum Terrarum & sicut trahit Angnidolam a me tibi datam & concessam ita quod a me uel apud meos successores unquam peruenire possit aliquo modo uel ingenio. Item do tibi Greccio recipienti pro te & tuis heredibus & cui uel quibus dederitis & concesseritis in perpetuum per hoc diuisionis instrumentum in tuam partem medietatem adsortitam & diuisam omnium Terrarum & Castellarum & Burgorum & locorum & Uillarum subscriptarum scilicet Campiani. Risanterni. Burgi Linzelli. Lagi Montis Accianichi. Montis Pauli. Casenoue. Rifredi. Friche. Poggalti. Rapezzi. Brentiorsanichi. Santerni. Leualli. Petramala. Caprenni. & Curie Mongodoris. & aliarum Uillarum que sunt in Comitatu Bononie. & Castri & Riui Cornaclarii existentium in parte Mucelli & in contrata Alpis quas predictas medietates assortitas & diuisas do tibi trado atque concedo & omnes fideles colonos & comandos & affictus & pensiones & redditus & seruitia & patronatus & jurisdictiones & pedagia cum districtu & honore cum uitis & alloderiis cum montibus & siluis & praris cum pascuis & pasturis prescriptorum locorum & Castellarum & Burgorum & Uillarum omnia autem ut dicta sunt cum omnibus super se & infra se habitis in integrum cum omni jure & actione usu seu requisitione & accessione mihi ex dictis seu predictis locis & Castellis & Burgis & Uillis aliquo modo uel ingenio competenti omnibus & singulis uel pertinentibus. quatenus ad hac hora in antea tu dictus Greccius & tui heredes & cui uel quibus dederitis uel concesseritis predicta omnia & singula in perpetuum uestro nomine habeatis & teneatis & possideatis & quicquid uobis exinde placuerit uestro nomine faciatis sine mea meorumque heredum uel alterius contradictione briga seu molestia. & promicto tibi Greccio recipienti pro te tuisque heredibus ut dictum est in perpetuum quod de cetero in perpetuum non faciam neque fieri faciam per me neque per meos heredes neque per interpos tam personam aliquam comperam seu acquistum pro pecunia uel sine pecunia in supradictis locis & Castellis & Burgis & Uillis & pedagiis & montibus & fidelibus coloniis & comandis & patronatibus & jurisdictionibus in tua parte data & a me tibi concessa ita quod a me uel ad meos successores non unquam peruenire possit aliquo modo uel ingenio nisi ..... saluo cambio fideles pro fidelibus & pedagia pro pedagiis &c. Et promitto tibi Greccio fratri meo defendere & disbrigare ab omni persona & loco & collegio omnia Castella & locos & Uillas & Burgos & Terras meis propriis expensis que supradicta sunt. Et promitto tibi non facere neque fieri faciam nullum adquisitum per me neque per meos successiue. & in perpetuum non acquiram neque acquirent priuilegium uel literas supra dictam partem aliquo modo uel ingenio per ipsos siue per aliquam personam summicten-

mittendam a Curia Sedis Apostolice uel a Curia Imperatoris siue Regis uel a Commune Florentie uel a Commune Bononie. & contra predicta uel aliquod predictorum factum non habeo nec in antea facerem quod per me neque per meos heredes neque per interpositam personam non intrigare uel molestare in placito uel extra. que omnia & singula pro uobis tu & tuis heredibus pro uobis & uestro nomine tenere & possidere constituo a me tibi pro te & tuis accipienti heredibus partem datam & concessam in cambium per immutationis nomine donec in possessionem intro eas corporalem in que & quas intrandi licentiam quandocumque tibi placuerit pro te & tuis heredibus recipienti tua auctoritate concedo ab omni persona & loco utriusque sexus & collegio predicta omnia & singula a me tibi pro te tuisque heredibus accipienti data & concessa in cambium per immutationis nomine cum omnibus suprascriptis semper in perpetuum per me tuosque heredes obbligando defendere & autorizare & disbrigare & inde pene sine dispendia seruabo te & tuos heredes. & promitto tibi ego Albizzus supradicto fratri meo Greccio per me meosque heredes recipienti pro te tuisque heredibus defendere protegere adjuuare & custodire. equi mei tui sunt & erunt & ego & mei heredes tecum & cum tuis heredibus erimus usque ad prefinitum tempus cum Castellis & hominibus & cum armis ueniemus ad adjutorium uestrum in quacumque die uel hora requisiti erimus a uobis adjuuabimus uos juxta nostrum posse contra omni persona & loco & uniuersitate bona fide sine fraude & sine asio animo uel sine machinatione aliqua. que omnia & singula si non fuerint obseruata ut dicta sunt per me meosque heredes aut per submissam aut submittendam uel ab eis personam factum etiam uel fuerit uel si apparuerit datum aut factum quod contra sit aut si de predictis uel aliquo predictorum aliquo modo uel ingenio uel jure agere uel litigare presompserimus aut predicta omnia & singula in totum ut dictum est non obseruauerimus ego & mei heredes in omnibus & per omnia & per singula aut si contra predicta uel aliquod predictorum uel aliquam exceptionem tunc pene nomine duplum ejus unde ageretur uel lis aut briga siue molestia esset & insuper septingentas marcas argenti purissimi medietatem Camere Sedis Apostolice sub quolibet Jud. & Audit. Ecclesiastico uel Seculari Sancte Romane Ecclesie uel Camere Imperatoris sub quolibet Vicario uel Judice & Auditore Ecclesiastico uel Seculari uel Camere Communis Florentie uel Com. Bononie reliquam medietatem passis injuriam applicandam sub quocunque uel supradictis uolueritis accusabitis si fecerimus uobis injuriam hinc usque ad tercentos annos prox. uenturos uel infra uel in medio dierum uel in fine uel in quacumque dicti termini tercentorum annorum. quandocumque die uel hora do tibi recipienti pro te tuisque heredibus potestatem accusandi me meosque heredes si contra fecerimus & omnes expensas & damna competitura & competituras dare & soluere pro-

promitto in totum resarcire & emendare sub obbligo cujuscumque regiminis magis cogi possem tibi prenominato fratri meo Greccio pro te tuisque heredibus recipienti ut dictum est & pena soluta uel commissa aut non omnia supradicta in totum firma tenere & obseruare & adimplere. Et pro predictis omnibus & singulis obseruandis & adimplendis & pro pena si commissa fuerit exigenda atque soluenda mea bona integre nomine ac jure pignoris & hipotece tibi pro te tuis heredibus recipienti ut dictum est obbligo procuratorem pro uobis & uestro nomine tenere & possidere constituendo. Insuper sacrosanctis Euangeliis corporaliter tactis juro hec omnia supradicta & singula in totum obseruare & firma tenere & non remouere nullo in tempore aliqua deceptionis causa uel aliquo alio modo uel ingenio remota omni fraude & malitia & malo intellecto & nihil in fraude hujus contractus factum habere nec in antea facere & in his omnibus que dicta sunt renunt. omni leg. jur. & const. & aux. & fori priuileg. & pro tempore preterito non opponere & renunt. etiam omni except. generali & speciali mihi competenti uel coherenti. Pro quibus omnibus & singulis supradictis confessus sum ego Albizzus in ueritate me anted. Greccio pro te tuisque heredibus donante in cambium & permutationis nomine accepisse & habuisse integre uidelicet totam Uillam de senne & ejus curiam & omnes fideles colonos & affictos & pensiones & jurisdictiones & patronatus & redditus & seruitia. & in totum in toto Comune & Curte de la Pila. & in toto Comune & Curte de Polcanto & de Sancta Felicita. & in tota Uaile Faltone. Item medietatem assortitam & diuisam omnium Terrarum & Castellarum & Burgorum & locorum & Uillarum sicut superius nomina scripta sunt & omnes fideles colonos & comandos & affictos & pensiones & jurisdictiones & patronatus redditus & seruitia & omnia alia jura sicut per omnia & per singula in meo Instrumento continetur facto manu infrascripti Not. de omnibus & singulis promissionibus & obbligationibus quibus obbligatus es d. pene d. renunt. qua fecisti mihi recipienti pro me & meis heredibus sicut ego feci tibi pro te & tuis heredibus & Sacramentum.

Actum in Castro Galliani anno Dominice Incarnationis millesimo centesimo quadragesimo quinto . . . Idus Maii Indictione . . . .

Signum manum predictorum contrahentium que omnia supradicta scribere rogauerunt.

Signum manum rogatorum testium.

Domini Ugolini Jud. & Not. Martini Medici. Jacobi. Joannis. Petri. Bonfigliuoli. Ristori. Andree. Dietiualti Lapieni. Gianni Risaliti. Bonaguide Risaliti.

Ego Rogerius Imperialis Aule Judex ordin. idemque Not. hoc diuisionis Instrumentum factum per manum Gregorii Jud. & Not. de mandato & uoluntate Ugolini & Azzonis filiorum Albizzonis & Forte-

brac-

bracchii fil. qu. Greccii fideliter exemplaui & scripsi ideoque subscripsi.

Ego Marinus Sacri Palatii Not. ex mand. & uoluntate Ugolini & Azzonis filiorum q. Albizzonis & Fortebracchii quond. Greccii hoc instrumentum diuisionis factum per manum Gregorii Judex & Not. Rogerius Judex exemplauit & scripsit & ego uidi & legi ideoque subscripsi.

Ego Odaricus Judex idemque Not. hoc Instrumentum diuisionis factum manu Gregorii Judex & Not. Judex & Not. Rogerius exemplauit & scripsit de mandato & uoluntate Ugolini & Azzonis filior. quond. Albizonis & Fortebracchii q. Grecii & ego uidi & legi ideo subscripsi.

NUM. CXXXIV.

Dall' Archiv. Arcivesc. di Ravenna. Caps. I. num. 4400.

An. 1147. . . . . .

Gl' Imolesi giurano obbedienza al Comune di Ravenna.

. . . . . . An. ab incarnatione Domini millesimo centesimo quadragesimo se . . . . . . die . . . decimo . . . . Indictione decima. in Ecclesia Rau. Nos Imolenses abitantes in ciui . . . In Ciuitate & suburbiis promittimus & per Sacramentum firmamus ad . . . . quindecim annos in antea. Uobis Rauennatibus abitantibus in Ciuitate & suburbiis. Quod Uobis adjuuabimus & defendemus uestras personas & uestra bona . . . . tamquam potuerimus in omni nostro districtu que abetis uel in antea acqui . . . per uos uel per uxores uestras . . . Et Imolam & totum nostrum districtum uobis da . . . . . nos . . mus . . . ciando & agendo ac quidquid uobis placuerit . . . . Et qui uestri sunt inimici uel in antea . . . . alium quid eis facere . . . . dabimus & Caualla-riam . . . . feceritis in Rauennam in Imolam facere debeatis. Et coltam quamque feceritis in Rauennam in Imolam facere debeatis secundum facultatem hominum pro pace uel pro guerra. & uestra Ecclesia & Archiepiscopo cartulas donationis faciatis . . . . fructibus immobilium rerum in perpetuum & placitum . . . . anno pro unaquaque uice mense unum & dies . . . . nisi per eum remanserit & hoc . . . . Archiepiscopi & Ecclesie. Et placitum & districtum . . . .

NUM.

NUM. CXXXV.

Dall' Archiv. pub. Bolognése Reg. Grosso T. I. pag. 6.

Ao. 1148. 24. Agosto.

Lettera d' Eugénio III. Pontefice a Gerardo Vescovo di Bologna. Il loda, ch' abbia esortati i Consoli e il popolo a prestar soccorso a' Nonantoláni, e gli partecipa d' aver privata la Città di Módena della Sede Vescovile.

Eugenius episcopus seruus seruorum Dei. Uenerabili fratri Gerardo bon. episcopo salutem & apostolicam benedictionem. super eo quod Consules & pop. bon. juxta mandatum nostrum commonere sollicite studuistis ut fidelibus nostris nonantulanis contra mutinensium impugnationes efficaciter & laudabiliter subueniant affectione paterna gaudemus & prudentie uestre gratias agimus. ut igitur gratiam beati petri & beneuolentiam nostram per hoc maxime retinere possint fraternitatem tuam rogando monemus & exhortamur in domino quatenus a bono quod cepisti proposito non quiescas & prefatis fidelibus nostris auxilii & consilii tui opportunum solatium pro reuerentia matris tue sancte Romane Ecclesie studeas exhibere. Nos quidem dilectos filios nostros reginos atque Parmenses firmiter per scripta nostra monuimus ut mutinensibus nullum auxilium contra nonantulanos nullum solatium uel consilium submioistrent. Preterea fraternitati tue notum fieri uolumus quod communi fratrum nostrorum consilio tam cardinalium quam cum fratris nostri peregrini Aquilejensis patriarche & plurimorum episcoporum qui conuenerant mutinensem ciuitatem in perpetuum ab episcopali dignitate priuauimus ut neque in Ciuit. neque in tota mut. parochia episcopus de cetero statuatur.

Dat. Brixie non. Kal. Sept.

NUM.

NUM. CXXXVI.

Dal Martène Collect. Vet. Script. T. II. Epist. L. Wibald. Abb. Stabul.

An. 1148. . . . . .

Lettera di Wibaldo Abate di Stavelo a Giovanni Cardinal Diacono di Santa Maria Nuova. Raccomanda se, e il Monastero.

Reuerendo patri & domino Johanni Sancte ecclesie cardinali presbytero Wibaldus dei gratia id quod est seipsum & sua.

HABETIS reum confitentem date queso ueniam non equidem erroris non negligentie que remota sunt a sapientia quam etsi non habemus eam tamen diligimus sed date ueniam ignorantie que in hac mortalitate purgatissimis etiam animis longinqua esse non potest. Et hic quidem propinquior ad misericordiam purgationis modus est. Sed quid laboramus cum propitium judicem habeamus quem sane non timemus pro eo quod ex officio Sedis sue Catholice ecclesie custodiam litis arbitrium habet sed pro eo diligimus quod nepos est summi quondam pontificis pape Lucii qui nos ante supremum prouectionis gradum unice dilexit & in apostolatus culmine constitutus ecclesiam nostram & nos magnifice honorauit. qui uiuens a nobis demeruit si homines sumus ut non solum carnem ipsius & Sanguinem & quemcumque dilexit ipse diligamus uerum aliquas forte reliquias uel monumenta de suis arctissima caritate amplectamur. Estis itaque noster propria quadam & speciali possessionis justitia. Recipite in fidem uestrum hereditario jure clientem familie uestre cultorem prouehite personam defendite causas que Dei nos protegente gratia non de criminibus sed de incrementis ecclesie nostre oriuntur. Tueatur nepos quem auunculus dilexit protegat ab ipso ordinatus quem ille prouexit seruet presbyter cardinalis judicium summi pontificis ut nullis concussionibus eum fatigari permittat quem ille dignum honore judicauit. O quanta uere dilectionis fiducia in ipso ineunde familiaritatis imo notitie primordio! ita uobiscum secure & liberaliter loquimur sicut cum illo inquam auunculo uestro sermocinari consueueramus cujus intima amicitie gratia uiginti & eo amplius annis sine offensione usi & ut minus usitate sed uerius dictum sit fruiti sumus. Uerum in clausula dicimus uobis non amamus uos quia tanti sed quia de tanto estis.

NUM. CXXXVII.

Dal Martène Collect. Vet. Script. T. II. Epist. LI. Wibald. Abb. Stabul.

An. 1148. . . .

Lettera di Giovanni Cardinal Diacono di Santa Maria Nuova a Wibaldo Abate di Córbia e di Stavélo. L'assecura aver protette per lo passato le cause del Monastero, e promette proteggerle per l'avvenire.

Reuerendissimo in Christo patri Wibaldo Dei gratia Corbiensi & Stabulensi uenerabili Abbati Johannis eadem gratia Sancte Marie noue diaconus cardinalis salutem cum sinceritatis affectu.

Ex litteris uestris percepimus uos instanter ueniam postulare quod solicitius & maturius ad notitiam nostre humilitatis non propinquius accessistis personam . . . . quam dominus meus papa Lucius tanto affectu dilexit & tamdiu fouit & cui usque ad finem uite sue sicut nos ipsi uidimus & uos scribitis in nullo defuit. Huic accedit quod domnus Guido Florentinus in discessu suo a nobis ex singulari & precipua caritate quam nobiscum & uobiscum intimo affectu gerit uos causasque uestras nobis precipue commendauit. Inde fuit quod a uobis non rogatus non sollicitatus causas uestras tamquam proprias hucusque proteximus defendimus sustulimus & ubi nulle preces porrecte sunt nos porreximus. Denique si nulla alia causa esset in uobis tamen est Deo concedente tanta prudentia ut ex uobis teneri & stricte amplecti debeatis quod ecclesie Romane sapienter & efficaciter semper astitistis. Concessa igitur quam postulatis uenia gratiam uestram & singularem dilectionem quam offertis utrisque ulnis amplectimur & presentiam nostram pro uestra etsi plus possumus uobis per omnia promittimus & sicut eam specialiter uendicatis.

NUM.

NUM. CXXXVIII.

Dall' Archivio Estense.

An. 1149. circa.

Lettera di Corrado Re ad Alberto Abate di Nonantola. Lo esorta a difendere i diritti della Badia, ed annunzia la sua venuta in Italia.

C. Dei gratia Romanorum Rex A. Ecclesie Nonantulane Abbati & toto Conuentui gratiam suam & omne bonum. Detrimentum rerum uestrarum uos passos dolemus. Landamus tamen quod quocumque tempore & modo Ecclesiam & ejus patrocinia defenditis uiriliter. Itaque agite uos defendendo nam nuncium nostrum in breui pro uestra tultione dirigemus. Ipsi uero postmodum ad interitum malorum & subleuationem bonorum ueniemus.

NUM. CXXXIX.

Dall' Archivio Estense.

An. 1149. circa.

Lettera di Corrado Re ad Alberto Abate, ad Azzo da Sala, B. O. ed H. Cattanei e al popolo di Nonantola. Promette ajuto, e interposizione nella lor discordia co' Modenesi, ed annunzia imminente la venuta de' suoi Legati.

C. Dei gratia Romanorum Rex A. Uenerabili Abbati de Nonantula Capitaneis ejusdem Ecclesie A. de Sala. B. &. O. fratri suo. H. & toti populo de Nonantula gratiam suam & bonam uoluntatem. Audita oppressione uestra litterarum uestrarum insinnatione ac nunciorum nestrorum relatione non parum turbati sumus nam deuastationem uestram & hujus Castri destructionem honori nostro contrariam esse non ambigimus & quisquis hoc malum disseminauit contra uoluntatem nostram fecisse cognoscet tota Italia. In proximis enim duos Principes Regni nostri uiros quidem discretos & magne auctoritatis Abbatem uidelicet Corbejensem & A. Cancellarium nostre Curie ad partes ipsas transmittimus qui negotia uestra de pace ex nostro precepto in melius commutabunt & de pueris uestris recuperandis operam dabunt quos per omnia honorabitis & uerbis eorum tamquam persone nostre fidem dabitis. Ut interim uero bene uos habeatis & uiri-

uiriliter pro castro nostro stetis uolumus & sub obtentu gratie nostre uobis precipimus. Quecumque uero uel persona uel ciuitas consilium & auxilium uobis prestiterit nam omnes majestatem nostram offendere facilius gratie nostre serenitatem obtinere poterit.

NUM. CXL.

Dall' Archivio Estense.

An. 1149. circa.

Lettera di Corrado Re ad Alberto Abate di Nonantola. Annunzia la venuta di Enrico Protonotario Regio a ordinar le cose del Monastero.

CA Dei gratia Romanorum Rex A. Uenerab. Abb. Nonantulano gratiam & omne bonum. Incommoda & grauamina tam Ecclesie quam persone tue tum per litteras tum nuncii tui certam relationem cognouimus pro debito regie excellentie que humiles excellat superbos humiliat injuriam tuam propulsare intendimus. Mittimus autem ad presens in Italiam Protonotarium nostrum Henricum uirum prudentem & industrium qui ex dispositionis nostre decreto negotia terre ex alto consilio prudentie nostre in melius reformabit & negotia tua plenius audiet & tamquam a secreto consilii nostri missus ab omnibus incommodis.

NUM. CXLI.

Dall' Archivio Estense.

An. 1149. circa.

Lettera di Corrado Re ai Modenesi. Impone, che desistano dall' infestar la Badia di Nonantola.

CA Dei gratia Romanorum Rex Mutinensibus omnibus majoribus & minoribus gratiam suam & bonam uoluntatem. Qui debitum obsequium & fidelitatem regno ac nobis hactenus impenderunt digni sunt ut patrocinio regie majestatis defendantur & ut de prouentibus ipsorum promouendis accepta opportunitate solliciti esse uelimus. Uniuersitati igitur uestre sub obtentu nostre gratie mandando precipimus ne Abbatie S. Syluestri de Nonantola aliquam injuriam inferatis imo si necesse fuerit ad cultum Diuine Religionis pro posse uestro eos defendatis & quiete eam nostro amore nostri-

que

que fidelitate esse de cetero permittatis alioquin. gratiam nostram irrecuperabiliter offendetis.

NUM. CXLII.

Dall' Archiv. Pub. Bolognese Reg. Grosso T. I. pag. 6.

An. 1149. 19. Maggio.

Sentenza del Popolo di Bologna contro Grasso di Randuino uccisore d' Ottolino suo Genero.

QUARTODECIMO Kal. Jun. Indictione XII. nos inquam bononiensis populus per perpetratum scelus a grasso de randuino comissum quod Ottolinum suum uidelicet generum occulte nocte interfecit juramus predictum grassum & qui cum eo conscii & participes fuerunt mortis prefacti ottolini deinceps in perpetuum neque conciues ciuitatis fore bononie neque habitatores castri siue burgi siue uille cujuslibet uel alterius loci territorii siue comitatus bononiensis eorumque bona in nullius bonis esse uolumus sed uacua semper ac deserta ualeat publicata & proscripta in commune totius populi bonon. ciuitatis permaneant.

NUM. CXLIII.

Dell' Archiv. de' Canonici di S. Gio. in Monte lib. IV. num. 51.

An. 1150. 24. Novembre.

Eugenio III. Pontefice conferma all' Arciprete e Canonici di Monteveglio i possedimenti, e le immunità.

EUGENIUS Episcopus seruus seruorum Dei. dilectis filiis N. N. Archipresbytero ejusque fratribus in Ecclesia diue Marie Montis bellii regularem uitam professis tam presentibus quam futuris. In perpetuum Officii nostri nos hortatur auctoritas pro ecclesiarum statu satagere & earum quieti & utilitati salubriter auxiliante domino prouidere. dignum uamque & honestati conueniens esse cognoscitur ut qui ad ecclesiarum regimen assumpti sumus eas a prauorum hominum nequitia tueamur & B. Petri atque apostolice sedis patrocinio meruimus. Quapropter dilecti in domino filii uestris justis postulationibus gratum impertientes assensum predictam Dei genitricis semperque Uirginis Marie Ecclesiam sub Beati Petri & nostra protectione suscipimus. in quibus hec propriis duximus exprimenda uocabulis. Ecclesiam uidelicet de Luparolo. Ecclesiam de bauzano sicut ex sententia uenerabilis

rabilis Fratris nostri Moysi Rauennatis Archiepiscopi uobis adjudicanda est. Ecclesiam de Montalognio. Ecclesiam S. Marie de Fagnano cum omnibus pertinentiis suis. Ecclesiam de Pantiano. Ecclesiam de Lupa Ahalaria. Ecclesiam Sancti Petri de Sauignano. Ecclesiam S. Blasii de Lacumiano. Ecclesiam S. Marie in Resiliolo. Ecclesiam S. Nicolai in Ronchellis cum omnibus suis pertinentiis. Ecclesiam S. Donini de campere majori. Ecclesiam S. Pauli de Palude. Ecclesiam S. Marie de Prato Bonelli. Ecclesiam S. Marci. Ecclesiam S. Vincentii. Ecclesiam S. Fabiani juxta flumen lauini cum aliis Ecclesiis ad plebem Montis bellii pertinentibus. Statuimus etiam ut ordo Canonicus qui in eadem Ecclesia secundum dei timorem & beati Augustini Regulam noscitur institutus perpetuis inibi temporibus inuiolabiliter conseruetur. Sane locorum uestrorum quos propriis manibus aut sumptibus colitis seu de nutrimentis uestrorum animalium nullus a uobis omnino decimas exigere presumat. Ad hec prohibemus ut de terris que jure proprietatis ad Ecclesiam uestram spectant nullus laicorum a uobis decimas ullatenus accipere uel petere audeat. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus ut eorum qui de territorio Ecclesie uestre se illic sepeliri deliberauerint deuotioni uel extreme uoluntati nisi excommunicati uel interdicti fuerint nullus obsistat. Salua in omnibus diecesani episcopi canonica justitia. Decernimus uero ut nulli hominum liceat prefatum locum temere perturbare aut ejus possessiones auferre uel ablatas retinere minuere seu aliqualiter uexationibus fatigare sed omnia integra conseruentur eorum pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Salua sedis apostolice auctoritate. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica secularisue persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere uenire tentauerit secundo tertioue commonita si non satisfactione congrua emendauerit potestatis honorisque sui dignitate careat namque se diuino judicio esistere de perpetrata iniquitate cognoscat & a sanctissimo corpore & sanguine Dei & domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura seruantibus sit pax domini nostri Jehsu Christi quatenus & hic fructum bone actionis percipiant & apud districtum Judicem premia eterne pacis inueniant. Amen. Amen.

Fac meum Domine signum in bonum.

Ego Eugenius Cath. Ecclesie Epispopns.

Ego Thebaldus Presbyt. Cardinalis tit. S. Praxedis.

Ego Manfredus presb. Cardin. tit. S. Sabine.

Ego Aribertus Presbyter Cardinal. S. Anastasii.

Ego Julius presbyt. Cardinal. tit. S. Marcelli.

Ego Ubaldus presbyt. Card. tit. S. Crucis in Jerusalem.

Ego Odo diaconus Cardinalis S. Georgii ad uelum aureum.

Ego

Ego Octauianus diac. Cardin. tit. S. Nicolai in carcere tulliano.
Ego Gregorius diac. Card. tit. S. Angeli.
Ego Joannes diac. Cardin. tit. S. Marie noue.
Ego Guido diac. Cardin. tit. S. Marie in porticu.
Ego Rolandus Cardin. titul. SS. Cosme & Damiani.
Ego himanus Tusculanensis Episcopus.
Datum firentini per manum Mariniani S. R. E. Scriptoris Octauo Kalendas Decembris indictione XIII. indictione incarnationis Dominice. Anno MCL. Pontif. S. Eugenii Pape tertii anno sexto.

NUM. CXLIV.

Dal Muratori. Diss. Med. ævi Dissertaz. XLVI. T. IV. pag. 54.

An. 1151. ... Gennajo.

Patti d'alleanza frai Modenesi, e i Parmigiani.

ANNO Domini Millesimo Centesimo Quinquagesimo Primo in Mense Januarii. Breue recordationis qualiter Mutinenses homines & Parmenses conuenere inter se. Jurauerunt Parmenses Mutinensibus saluare personas & eorum bona in eorum Episcopatu & ubicunque potuerint. Et jurauerunt semel per unumquemque annum facere eis hostem cum Peditibus & Equitibus. cum dispendio & perdita Parmensium quindecim diebus permanebunt. Et hoc totum erit nisi remanserit data parabola majoris partis Mutinensium Consulum. Et per duas uices per unumquemque annum adjuuabunt eos cum equitibus & cum dispendio Mutinensium & ad perditam Parmensium a loco Reni usque ad Burgum Florenzole & ab Alpibus usque ad flumen Padi & hoc quod dictum est cum Equitibus ad uoluntatem Consulum Mutine permanebunt. Et jurauerunt adjuuare eos per bonam fidem ad Curiam Domni Pape cum suis Clericis & cum suis Laicis dispendio Parmensium. Et si aliqua offensio apparuerit facta a Parmensibus aduersus Mutinenses postquam requisitum fuerit per Consules Mutine emendabitur infra quadraginta dies nisi remanserit pro impedimento Dei uel parabola Consulum uel illius cui offensio facta fuerit capur tantum. Et de injuriis ad laudamentum Consulum ambarum Ciuitatum. Et hoc totum ut superius dictum est obseruabunt contra omnes homines salua fidelitate Imperatoris Ecclesie quousque in Longobardia erit post decessionem Imperatoris Longobardie hoc totum obseruabitur. Et si Regienses homines permanserint in hac Societate Mutinensium & Parmensium ad concordiam Consulum ambarum Ciuitatum Parmenses suscipient emendationem ad laudacionem Consulum Muti-

Mutine de offensionibus factis aut de eis quas in antea facte fuerint. Et si Regienses homines non intrauerint in hac Societate usque ad terminum Octaue Pasche Resurrectionis proximo ueniente & uoluerint emendare infra hunc terminum Octaue Pasche in laudamento Consulum Mutine Parmenses sunt obstricti recipere usque ad predictam Octauam Pasche & non amplius. Postquam Mutinenses quando inceperint facere guerram Regiensibus infra terminum uiginti annorum Parmenses faciant guerram suam & faciant guerram Regiensibus sine fraude neque pacem neque treguam neque guerram recredutam facient sine concordia Consulum Mutine. Et hoc jurabit caput per casam sine fraude nisi remanserit in concordia Consulum ambarum Ciuitatum usque ad uiginti annos ad renouandum in capite decem annorum per centum homines. Et totum hoc obseruabitur sicut superius scriptum est sine omni fraude & omni malo ingenio.

NUM. CXLV.

Dall' Archiv. Pub. Bolognese Reg. Gros. T. I. pag. 7.

An. 1151. 3. Marzo.

Lettera d' Eugénio Pontefice al Comune di Bologna. Impone che difendano dagl' Imolési Rodolfo Vescovo d' Imola, e gli uomini di San Cassiáno.

Eugenius Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filiis G. rector. & bon. populo salutem & apostolicam benedictionem.

PREDECESSORUM uestrorum antiquam & legalem constantiam multi diuersarum gentium qui apud uos morari consueuerunt manifestis rerum experimentis plenius agnouerunt, quos eorum nominis gloriosa fama est per diuersa mundi climata nuntiata & longe lateque diffusa. Uos igitur si eorum gloriam habere & retinere optatis oportet uos ipsorum uestigia firmiter imitari & ad eos qui se uestre deffensioni committunt more paterno donec optatum finem habeant uirtutis perseuerantiam retinere. Non enim cepisse bonum sed perfecisse uirtutis est, homines siquidem de Sancto cassiano qui in uobis post deum suam fidutiam posuerunt qualiter sunt dispersi quam miserabiliter afflicti eorum calamitas patefacit & uestra discretio recognoscit. Quamuis autem quidam illorum de Sancto cassiano cum Imolensibus forte tribulationibus pressi uel nequitia aliorum seducti conuenerint tamen si uos alios qui semper de patrocinio uestro confidunt adjuuare &. tedio affecti a uestro proposito desistatis gloriam profecto amittitis & inutilis labor uester omnino existit. Ut igitur uestre fatigationes atque sudores letum finem auctore

ctore domino consequantur & predictorum imolensium malitia & iniquitas retundatur per presentia uobis scripta precipiendo mandamus quatenus lapsa erigere dispersa colligere satagatis. Et ut locus idem reparari & homines ibi congregati possint diligenti studio mora postposita intendatis & contra sacrilegos ipsos tamquam strenui bellatores uiriliter accingamini. Uenerabili etiam fratri nostro R. Episcopo tam in custodia bagnarie & aliorum custodia que ei atque comitibus adhuc residua sunt ira opem & consilium efficaciter tribuatis ut benedictionem omnipotentis domini consequamini & beati petri & nostra gratia semper inueniamini digniores. Dat. ferentini v. Non. Martii.

NUM. CXLVI.

Dall' Archiv. de' Canonici di S. Gio. in Monte lib. V. num. 19.

An. 1151. 23. Maggio.

Guido da Sasso Podestà di Bologna aggiudica ad Aiguzzo di Rolando da Poggiocalvo, e a suoi fratelli alcuni terreni in Castenàso occupati da Bavòso d' Ugo Visconte.

In nomine summe & indiuidue trinitatis anno Domini millesimo centesimo quinquagesimo primo decimo Kal. Jun. Indic. XIIII. Cum crebra litium certamina apud dominum guidonem rainerii de sasso dei gratia bononiensium rectorem & potestatem undique uentilarentur hec inter ea q. precipua relata est questio. Bauosus namque filius quondam ugonis uicecomitis prefato domino guidoni bononiensium rectori & potestati conquestus est de aigutio de poio caluoli filio quondam rolandi ejusque fratribus & de azone filio guidonis de grimaldo dicens quamdam suam braidam que est in loco qui dicitur castenaci sita ex illa parte fluminis ysicis ab eis detineri cujus etiam fructus omnes ab eis perceptos dicens suos repetebat. quam titulo donacionis se habere dicebat donatam sibi a guidone minutii de guetio. quo uero guidone presente & predictum bauosum defendente nec non de calumnia jurante asserebat rainerium patrem suum quondam hanc & aliam braidam eius in loco uiciniorem emisse a quadam comitissa nomine . . . . . . sub hac uidelicet spe que continebatur in charta uendicionis apud scripta comitissa conscripta eam quicquid habebat in castenace predicto rainerio uendidisse quod prorsus prefati aduersarii denegabant. Sicque uoluntate predicti domini guidonis bononiensium pot. & ipsius jussione a Domino Jacobo caus. predicta causa accepta examinanda & definienda Sacramento prius ab utraque parte de calumpnia prestito & testium per sacramentum depositionibus habitis ex supradicti aigutii & fratrum suorum & azonis parte talia suorum testes

testes testimonia protulerunt. quorum primus extitit bernardus qui jurato dixit quod sepe uidit eam braidam habere rolando ejusque fratribus transacti sunt xxx. a. & ipsemet laborauit pro eis & rozolus & ramzolus bonmartinus & gibertinus similiter laborauit & audiuit quod predictus guido imbrigauit & blauam abstulit. sed ungarelli idem supradicti aduersarii ipsi guidoni eamdem blauam quam abstulerat reabstulerunt. Maurus uero secundo dixit patrem suum dicentem quod uidit semper predictam braidam teneri per ungarellos & ipse laborauit pro eis & nunquam uidit rainerium presidere & uidit rozolum & sigizellum laborare pro eis superiorem braidam & inferiorem laborauit marchisellus & frater ejus & uerardus de folle & petrus de gaitho & dixit quod uidit zamzolum castaldionem aygutii & ugolinum de gualdola castaldionem guidonis insimul laborare supradictam braidam per annum & unusquisque eorum respondit domino suo. & sunt viii. anni quod hoc fuit & talem insimul confassam inter se fecerunt. jam possumus habere proficuum de istis braidis. tu defende me a tuis Dominis & ego defendam te a meo. Albertinus tertio dixit quod in destructione castri de brittis ricardinus de girpa solu. ei dirittum de predictis braidis per ungarellos & idem dixit de castaldionibus. henricus quarto dixit quod uidit patrem suum laborare per ungarellos & audiuit patrem suum dicentem quod ugolinus de gualdola laborauit pro patre suo. gerardinus quinto dixit quod semper uidit habere ungarellos & per eis laborari transacti sunt xxx. anni & cum guido blauam abstulit ungarelli eam reabstulerunt de loco & area ubi guido posuerat. millegrappi dixit quod uidit rozolum & sigizellum laborare braidam superiorem per ungarellos & inferiorem laborabant lugarelli unlia de riuo & uerardus de folle laborabat uoltam juxta limitem & aliam laborabat petrus de gaiho. & idem dixit de gastaldionibus scilicet nescit utrum ugolinus de gualdola laborat pro guidone rainerio. Mezabriga dixit quod uidit patrem suum laborare per ungarellos & uidit rainerium de guetio portare blauam & ungarelli secuti sunt eum sed non potuerunt jungere & nunquam uidit pro rainerio uel filiis suis laborari nisi quod ugolinus de gualdola & zanzolus laborauerunt. Sed pro quibus nescit. dominicus dixit quod ex quo ipse recordatur transactis jam xxx. annis uidit eam habere rolando & filiis suis excepto quod imbrigauit eam guido & blauam abstulit. Petrus siluanus dixit idem. ildeprandus dixit idem & subjunxit quod blaua que exportata est a rainerio uel filiis suis ungarelli abstulerunt. domenzo dixit quod semper uidit & audiuit ungarellos presidere & scit quod imbrigata fuit a guidone. Saluaticus dixit idem per xxx. a. Johannes dixit idem. Caluus dix. idem. gualfredus dix. idem. Salimbene dix. idem per ungarellos. ugolinus dix. idem. bonattus dix. idem. ametheus dix. idem. albertinus dixit idem. hericus autem dixit quod fuit cum rolando ad blauam metendam & portandum in braida & nemo imbrigauit & transacti sunt xl.

anni

anni a quo uidit ungarellos habere & tenere. gerardus attonis dixit quod transacti sunt xi. anni a quo laborauit pro ungarellis eam & scit quod guido abstulit blauam & ungarelli reabstulerunt de area ubi posuer. & de campo abstulerunt omnem quantum quaternum. Dominicus dix. idem transactis xxx. a. his demum uisis & auditis & alterius partis examinatis testibus & utriusque partis rellegationibus talem ex ea causa prescriptus jacobus jud. a pot. tributus sententiam protulit. Ego Jacobus ex prec. Domini Guidonis rect. bon. cognoscens de negotio quod uertitur inter bauosum & ungarellos s. aggutium & fratres suos & azonem cum cognouerim & testium allegationibus in actis repositis potiorem esse causam de ungarellis in braida q. predictus bauosus petit ab eis eos ab omni intentione ipsius bauosi absoluo. Act. ap. curiam & domum bon. pot. predicta Indictione.

Dominus guido rainerii de Saxo dei gratia bononiensium rector atque pot. sic. supra l. scribere rogaui.

Ugo caus. de Albrico. Rodaldus de coruo. lambertus fil. guitonis lamberti de mundo. & scogoza preuithe. ainardinus de uania. Gerardotius. Rodulfus capellus. rodulfus de guarino. andrea de panigale. Guido perticonum. ugo de ansaldo. Guidottus smaniosus. ubertinus Isnardi de gena & berengarius de castrobrit. & alii quamplures test. interf.

✠ Rolandinus ejusdem pot. bon. not. gerardi tabularii fil. ipsi pot. jussione his omnibus interfui & ut supra legitur uidi audiui compleui & scripsi.

NUM. CXLVII.

Dall' Archiv. de' Canonici di S. Gio. in Monte lib. V. num. 4.

An. 1151. 11. Agosto.

Martino Priore di S. Giovanni in Monte assolve i figli d' Ugo di Cristina convenuti in giudizio dinanzi a Guido di Ranieri da Sasso Podestà di Bologna.

Anno domini millesimo centesimo quinquagesimo primo. tertio Id. Aug. Indictione xiiii. Sub presentia & testimonio domini ugonis de Albrico causidici & legum doctoris. & guarini de spronto. & Ugonis de petro mignani & ajoli filii quondam rolandi alberti de gotifredo. & ildeprandi de fossato & aliorum quamplurium. Dominus imquam martinus dei gratia prior ecclesiam Sancti Johannis in monte & Sancti Victoris de querimonia quam fecerat Domino guidoni rainerii de Saxo dei gratia bononiensium rectori & potestati de filiis uidelicet ugonis de cristina detinentibus quamdam terram positam super Monte Sancti Johannis quam predicte ecclesie Albertus

tus de aginulfo pro anima sua reliquit ipsum dominum guidonem a debito Sacramenti predicte querimonie intra xxx. dies finiend. absoluit sibi tamen cum uoluerit litigandi copia reseruata . act. in curte prescripte potestatis Indictione predicta prenominatus dominus guido Dei gratia bononiensium rector atque potestas sicut supra legitur s. rogauit.

Rolandinus bononiensis potestatis not. gerardi tabularii filius interfui & ejus jussu sicut supra legitur scripsi.

NUM. CXLVIII.

Dall' Archiv. Pub. di Bologna Reg. nuovo T. I. pag. 53.

An. 1153. 23. Marzo.

Il Comune d' Imola giura obbedienza al Comune di Bologna.

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Anno ab incarnatione MCLIII. temporibus Eugenii pape & Friderici electi regis. die x. exeunte mense martii. indictione prima. Casule territorio Corneliensi. Hic denotatur qualiter D. Guido Rainerii de Sasso Potestas atque rector debet facere finem Imolensibus de ciuitate & burgis ibi consistentibus de omni maleficio quod quondam fuit inter Bononienses & Imolenses & actione tam ciuili quam criminali quam tori Communi fieri faciet insuperque jurabit & jurare faciet ciuitatem Imole & burgos & saluare & protegere. & eorum personas corumque bona que habent tenent & acquirent adjuuare habere tenere & defendere ab omni homine & de lite quam nunc habent & habebunt uel deinceps similiter bona fide absque fraude adjuuare a flumine Claterne usque ad Casulam & ad decem milliaria supra stratam usque ad paludes si necesse eis fuerit. & hec omnia bona fide absque fraude ulla in perpetuum de cetero obseruabunt pro en quod Imolenses Bononiensibus omni anno in festiuitate S. Petri duo pallia optima debent offerre & unam de portis Bononiam deferre & destructionem murorum in potestatis Bononie uoluntate ponere exceptis portis ita quod non destruantur & exceptis ecclesiis & domibus super muros existentibus. & turrem Basuini pro uoluntate potestatis destruere & homines S. Cassiani & castri Imole ab omni debito absoluere & eos reddere & absoluere & ad sua loca cum eorum bonis que modo habent permittere remeare prout possunt nec de cetero imbrigare bona fide absque ulla fraude. mortuos autem qui mortui fuerunt apud castrum Imole si potestas uoluerit reddere & honorem pro libito potestatis Bononie sensu potestatis Imolensis & suorum sapientum bona fide facere. & si ex hominibus S. Cassiani & Castri Imole decem aut duodecim de recessu discordare uoluerint laudo Potestatis Bononie & Imole & suorum sapientum hec discor-

scor-

stordia terminabitur. Imolenses autem omoes de ciuitate & burgis & totius comitatus finem perpetuum facient de omni maleficio quod quondam fuit inter eos & actione omni tam ciuili quam criminali & hoc omnibus hominibus de ciuitate & burgis facere & eos pro eorum posse in tota eorum fortia eorumque bona bona fide absque fraude ulla saluabunt protegent & custodient & de omni lite & actione quam nunc habent uel deinceps habebunt contra omnes homines adjuuabunt. Hostes & Caualcatas facient ubi Bononienses uoluerint & tantum stare quantum Bononienses excepto contra Rauegnanos ad eorum bonorum tuitionem uidelicet capitaneorum uassallorum & populi & cum Bononienses equites facient pro eorum negotio & ipsi facient pro eorum posse & cum collectam facient in ciuitate & ipsi similiter facient & omnia quemadmodum una ex portis Bononie facient. & hec omnia bona fide sine fraude ulla in perpetuum de cetero obseruabunt. Hanc eamdem finem quam potestas Bononie suo Communi facient comitibus & eorum parti Imolensibus facient facere Imolenses in hanc eamdem finem similiter facient comitibus & eorum parti. Pro possessionibus uero & tenimentis quas ab eis Imolenses jure emphiteotico uel libellario uel quolibet pacto siue scripto habuerunt & tenent & possident & seruitia pro more terre eis persoluent non solutas simpliciter reddent & que in feudum sunt seruient. eas uero possessiones quas nullo predictorum pactorum titulo tenent aut reddent aut conuentionem cum eis facient pro istis omnibus ab Imolensibus adimplendis oneribus Bononie ab hinc usque ad Pentecostes diem uenturum proxime Imolenses terminum habeant. eas uero possessiones quas comites uel eorum pars Imolensibus abstulerunt eis ratificabunt & reddent. Actum apud Casulam territorii Corneliensis indictione predicta. Que uero scripsi ego Pizolus Imolensis Notarius & potestas Bononie firmabit & firmare faciet decem bonis hominibus quod supra hoc quod hic legitur non debeat facere Imolensibus nec imperare.

NUM. CXLIX.

Dall' Archiv. Pub. di Bologna Reg. Grosso T. I. p. 7.

An. 1153. 18. Luglio.

Il Comune d' Imola giura obbedienza ai Comuni di Bologna, e Faenza.

xv. Kal. Aug. Ind. I. Nos quidem Imolenses pro mortuorum honore juxta preceptum Domini Guidonis rainerii de Sasso Dei gratia bononiensis rectoris & potestatis atque fauentinorum Consulum fossatos omnes de nouis Ciuitatibus bonn. & fauentinis in destructionem pro eorum uelle damus. Insuper

super & similiter & Idem de fossatis spnuilio usque ad fossatum nouum de fossatis autem ciuit. antique circumcirca juxta mensuram designatam a Tedico tribuimus in explanationem unum semissem exceptum extra murum ubi murus est & rizolus. noua quidem & hedificia omnia a IIII.or diebus retro hedificata destruemus & destruere promittimus. ultra hec que scripta sunt nec factum erit immolensibus nec imperabitur a bononiensibus uel fauentinis uel ab aliquo pro eis eorum jussione. & consules fauentini debent facere ut maluicinus & comites uidelicet guitoni & comitissa & homines bagnacaualli tausignani & mazincolli finem faciant immolensibus & hoc bona fide. & ducentis hominibus in hostibus Fdem faciet facere bona fide & ad Bononiam per hostia & fauentini C. hominibus facient facere & ad fauentiam per hostia.

NUM. CL.

Dalla Publica Secret. d' Imola Mazzo I. num. 17.

An. 1154. 24. Marzo.

Guido da Sasso Podestà di Bologna assolve il Comune d' Imola dal ripatico che esiggevano nel porto di Trecenta i figli di Rainuccino di Jonatello.

In nomine Summe & Indiuidue Trinitatis. Anno Domini millesimo centesimo quinquagesimo quarto. Nono Kal. Aprilis Indictione secunda. Controuersiam & litem inmensam Marsilius filius quondam Macagnani nomine filiorum Rainucini de jonatello Priuignorum suorum aduersus Imolenses mouebat dicens ex usu longinquo & more Predecessorum ab Imolensibus in porto Trexenti predictis filiis Rainucini Ripaticum deberi quod prorsus utique Imolenses diffitebantur. hanc quidem controuersiam & querelam Dominus Guido Rainerii de Sasso Dei gratia Bononiensium Potestas & Rector suscepit & utriusque Partis rationes per testes uel consuetudinem uel argumenta que possent ostendere se uidere disposuit ex quorum supradictorum Imolensium parte tales testes producti fuerunt qui jurato dixerunt. Quorum primus extitit Gerardus de Maxerata qui jurato dixit quod sepe per portum transitum habuit jonatello presente & filio ejus & etiam aliis aliquando Dominis & nec eis quesitum fuit neque dedit Ripaticum & cum negotiatoribus Piscium Imolam rediit & nec uidit eos dare nec ab eis peti nec dederunt. Johannes auca dixit quod a triginta annis emptor piscium aliquando presente Jonatello aliquando presentibus hominibus Portus pisces portauit & nec ab eis petitum fuit Ripaticum neque dedit nec a sociis dari uidit nec audiuit. Biccus dixit idem presentibus hominibus Portus. Mercator

cator emptor piscium similiter dixit quod presente Jonatello quandoque tres somas piscium quandoque quinque portauit & neque dedit ripaticum nec ab eo quesitum fuit nec unquam audiuit quod Zatellus sotius ejus aliquid dedisset. neque ei conquestus est. hoc autem dixit ideo quia ab aduersa parte proferebatur Zatellum dedisse. Ugo de Russa dixit quod ipse similiter Emptor sepissime portauit pisces presentibus hominibus portus & neque a se neque a nuntiis suis petitum fuit nec dedit nec audiuit quod umquam dedisset. Jambonellus dixit idem quia erat Emptor piscium. Gibertinus Negotiator dixit quod per portum transiens in domo boni Petri hospitatus neque dedit ripaticum nec ab eo petitum fuit. nec umquam audiuit quod Imolenses pisces dedissent. Petrus Plumatius dixit quod ipse negotiator transiens nunquam dedit. & quod Imolenses etiam de piscibus nunquam dederunt Petrus Capellus negotiator dixit idem. idem etiam de piscibus. Sinzaione. Blancus. Ugo Rozone. Gratus. Marcus. Alexius. Ugo. Zamfone. Bontius. Johannes gatto. Luterius. Sauarisius. Urso. Nichola. Martignanus Ungarellus. Omnes isti Negotiatores idem quod & superiores jurato dixerunt. Bulgarus Alberti de Bulgaro Dominus eiusdem Portus dixit quod nec uidit nec audiuit quod Imolenses unquam Ripaticum dedissent. uel eis ablatum fuisset. & nec ipse umquam habuit quod habere deberet si eis ablatum fuisset. Pelegrinus dixit idem. Mariscottus. Mascarone. Johannes Bonuinus dixerunt idem quod & superiores . . . . . Aduersarii autem suos Testes produxerunt. quorum duo dixerunt quod de piscibus Imolensium Asinariis abstulerunt. quidam autem alii dixerunt quod audiebant Ripaticum ablatum fuisse Imolensibus. quidam alii dixerunt quod Ripaticum auferebatur sed quibus nescit. His uisis & auditis Testibus utriusque Partis & a Johanne de Rambertino Potestate Imole Sacramento calumpnie prestito. ab aduersa autem parte recusato. taliter Dominus Guido Dei gratia Bononiensium Potestas pronuntiauit.

Ego Guido Rainerii de Sasso Dei gratia Bononiensium Potestas & Rector consilio sapientum meorum cognitor controuersie que uertitur inter Imolenses & filios Rainutini de Jonatello priuignos Marxilii de Ripatico Trexenti. Uisis & auditis Testibus utriusque partis & a Potestate Imole Sacramento calumpnie prestito ab aduersa autem parte recusato. Absoluo Imolenses ab omni Ripatico Portus Trexenti in translatione tam piscium quam aliarum rerum quam mouebat Marxilius nomine filiorum Rainuccini Priuignorum suorum. Actum in Domo predicti Potestatis Bononiensium Indictione predicta.

Dominus quidem Guido Rainerii de Sasso Dei gratia Bononiensium Potestas & Rector sicut superius legitur scribere rogauit.

Bulgarus Causarum & Legis Doctor & Martinus Gosia. Ugo de Albrico Porte Rauennat. & Jacobus Causidic. Guido rainerii de guezone. Al-

bertus

bertus de Coregio. & prepositus sessi. Odericus de Macagnano. & Rodulfus de Guarino. & Guido Perticonis & Scogoza Preuithe. Gerardus de Gisla. & Rolandus Landulfi. & Petrus de Porta steri. & Gerardotius. Tedericus de Azone de Fauentia. & Tedericus de Guillielmo & Gerardus de Farulfo. & Guido Ramberti & Manfredus de Taibano. & Henricus Frater ejus & Isnardus de Rustico Castri Imole. & Episcopus de Farulfo. & Malpillus & Bazalerius filii ejus. & Galeranus. & Albertus de Arardo de Lathercla. & Rolandus de Belina. & Barrabanus & alii quam plures Testes interfuerunt.

Ego Rolandinus Bononiensium & Potestatis Notarios Gerardi Tabularii filius his omnibus interfui & Potestatis jussione omnia sicuti superius legitur compleui & scripsi.

NUM. CLI.

Dall' Archivio dell' Abbaz. di S. Stefano.

An. 1154. 9. Aprile.

Sentenza d' Ildebrando Cardinal Diacono di Sant' Eustachio Giudice delegato da Anastagio Pontefice a favor di Guiberto Abate di Santo Stefano contro Ildebrando Monaco Spedalingo di Santo Stefano della Quaderna.

In nomine Summe & Indiuidue Trinitatis. Anno Domini mill. cent. quinquag. quarto. Quinto Id. Apr. Indict. secunda. Dominus namque Guibertus Dei gratia Abbas Ecclesie Sancti Stephani quondam jerusalem uocata R. Domno Ildeprando hospitalario & administratore Hospitalis de Santo Stephano in Quaterna debitam & solitam hobedientiam more predecessorum petens uelut a suo subdito sub dominio & dictione Ecclesie Beati Stephani de Bononia permanere putante petiit. Qui diabolica suggestione & sagitta percussus contra suum Dominum Abbatem effectus Apostata recalcetrans debitam & solitam hobedientiam facere recusauit & Hospitale in quo erat pro Ecclesia Sancti Stephani ipsi Ecclesie denegauit. Quo ad notitiam Summi & uniuersalis Ecclesie Pontifici ac Pape Anastasii per predicti Abbatis nuntium peruento per Apostolica scripta causam hanc Gerardo Bononiensi Episcopo cognoscendam diffiniendamque mandauit. Ante cujus presentiam parte utraque presente cum suis Prudentibus & Aduocatis interrogatus Idelprandus pro quo presideret & in hospitale esset non respondit. Quadam autem uice dixit se pro laicis & parentibus suis interesse. Tandem dicens se multitudine circumstantium & audientium solo uisu grauatum appellauit quam postea refutauit. Abbas uero appellationem suscepit

scepit

scepit & appellationis causam per suum nuntium Domino Apostolico notificauit. Dominus quidem Apostolicus absque ullo appellationis subterfugio causam iterum cognoscendam Domino Idelprando diacono Cardinali Sancti Eustachii delegauit eique eandem causam diffinire injunxit. Quem cum sepe uocasset & presentem monuisset quatenus prenominato Abbati justitiam faceret & coram eo juditio sisteret Idelprandus ille per euidentem contumatiam uenire contempsit. Eo uero uenire recusante & juditium fugiente. Abbate autem cum suis testibus & allegationibus cominus consistente & suam consequenter rationem petente taliter prememoratus Cardinalis super causam pronuntiauit.

Ego Ildeprandus Diaconus Cardinalis Sancti Eustachii & ex delegato Domini Domini Pape Anastasii Cause que uertitur inter Abbatem Sancti Stephani & Idelbrandum Custodem Hospitalis Sancti Stephani de Quaterna cognitor. Cum sepe predictum Ildebrandum uocauerim & presentem monuerim quatenus prenominato Abbati justitiam faceret & coram me juditio sisteret & ipse per contumatiam euidentem uenire contempserit pronuntio predictum Abbatem Sancti Stephani in possessionem predicti Hospitalis de Quaterna & rerum ad ipsum Hospitale pertinentium mittendum ipsumque Ildebrandum ab administratione cessare jubeo. Qua sententia lata statim cum Bononiensi Episcopo ad predictum Hospitale prefatus Cardinalis iter direxit & predictum Abbatem in predicti Hospitalis possessionem intromisit.

Actum in Claustro Sancti Saluatoris. Indictione II.

Prenominatus dominus Ildeprandus Diaconus Cardinalis Sancti Eustachii sicut supra legitur scribere rogauit.

. . . . Episcopus Placentie. & Dominus Archidiaconus Papiensis & Mag. Albertus de Cornazo. & Mag. Rolandus. & Domnus Bartholomeus. & Domnus Landulfus. & Domnus johannes Albricus & Domnus Guibertus de Sancto Stephano in Quaterna. & Domnus Ubertus. & Domnus Rodulfus Monachi. Bulgarus Causidicus & legis Doctor. & martinus Gosia. & Ugo de Porta Rauennate. & Jacobus Causidici & legum doctores. & Ugo de Arimundo. & Ugo Bonannis. & Guarinus de Guarinis. & Leonardus Russi de Arimundo. & Petrus Garisindus. Ugo de Petro Mignani. Albertus de Albaro. Guido Petti de Rusticano. & Ubertus de Rainerio & Garsidonius filius quondam Bauosi. & Rainerius filius Henrici de Geremia. & Ugo de Bonofantino. & Guillelmus Botte & Bezo & Stephanus de Gaibana. & Blancasola & Guillelmus Papiensis. & Magister Armannus. & Magister Stephanus & Domnus Guillelmus Monachus de Fruttera & Domnus Antonius. & Pontius & Rodulphus & Buca de zappa. & Rainerius Lucensis. & Amedeus de Aliano. & Pinzarone & alii quamplures huic Sententie interfuerunt.

Rolandinus Bononiensis & Potestatis Notarius Gerardi Tabularii filius huic Sententie interfui & domini Cardinalis jussione omnia sicut supra leguntur compleui &c.

NUM. CLII.

Dall' Archiv. de' Canon. di S. Gio. in Monte lib. V. num. 31.

An. 1154. 4. Maggio.

Mosè Arcivescovo di Ravenna conferma a' Canonici di San Vittore le antiche possessioni ed immunità.

In nomine Sancte & indiuidue trinitatis. Moyses dei gratia Sancte Rauennatis Ecclesie Archiep. seruus seruorum Dei. Martino Priori & fratribus in Ecclesia Sancti Uictoris que juxta bon. sita est diuino seruitio mancipatis tam presentibus quam futuris in perpetuum. Ecclesiastice sollicitudinis pietas nos jugiter ammonet ut religiosam personam atque religionem deo placitam studeamus modis omnibus augendo diligere & diligendo propagare. Nunquam enim obsequium Deo gratum impenditur nisi ex radice karitatis procedat & a religionis puritate undique custodiatur. Proinde dilecti in domino filii uestris petitionibus clementer annuentes ecclesiam Sancti Uictoris & ecclesiam Sancti Johannis Euangeliste in Monte Oliueti in quibus diuino uacatis officio Sancte Rauennatis ejusdem Mattis nostre metropolitane uestre priuilegio duximus muniendam. ut igitur locotum uestrorum quies per dei gratiam tranquilla & tuta persistant statuimus ut predicte Ecclesie cum suis rebus tam mobilibus quam immobilibus juste sibi pertinentibus in omnibus & per omnia sint libere ab omni conditione atque seruitio seu tributo tam monachorum & clericorum quam laicorum uel alicujus tam parue quam magne persone dominio preter episcopale jus ita quod nemini liceat archiepiscopo uidelicet seu episcopo uel aliquibus aliis quicquam preter consuetum exigere aut quod absit ullo modo superaddere. Insuper uobis uestrisque successoribus perpetualiter concedimus ut hoc quod modo ad jus siue de jure nostre Sancte Ecclesie Raoennatis habetis uel detinetis siue in futuro juste acquisituri estis siue a quibuscumque aliis quomodocumque uobis aut uestris successoribus aliquid juste obuenerit siue quod a uestra episcop. ecclesia seu ab aliis Ecclesiis uel personis tam clericorum quam laicorum habetis & detinetis & de in antea juste acquisiueritis in decimis scilicet in primiciis in aliis quibuscumque fidelium oblationibus tam uiuorum quam defunctorum. terram quoque uineam & oliueta siluas cum pratis piscationes paludes aquas cum omnibus usibus earum colonos & inquilinos domi-

dominicatum & ordinatum diuisum & indiuisum omnia & ex omnibus cum uniuersis juribus suis tam fructifera quam infructifera in montanis denique & planiciis & ubicumque modo detinetis uel quocumque jure habetis aut in futuro habebitis uel acquisieritis cum scripto siue sine scripto. hec autem omnia sicut supra legitur uobis uestrisque successoribus in eisdem ecclesiis manentibus per hujus decreti paginam damus concedimus atque largimur & ab omni uinculo siue dominio preter episcopale jus libera & absoluta ab omni contradicente homine esse precipimus & in perpetuum concedimus atque firmamus. Uite quoque canonice ordinem quem professi estis presentis priuilegii auctoritate roboramus sanctientes ut nemini inter uos professione exhibita liberum sit sine tua uel eorum qui post te in eodem regimine successerint aut sine communi Congregationis licentia de claustro discedere. quod si discesserit & commonitus redire contempserit tibi tuisque successoribus facultas sit ejusmodi uti libet a suis officiis interdicere. Interdictum uero nullus episcoporum abbatumue infra nostrum archiepiscopatum suscipiat. Sane clericos seculariter uiuentes ad conuersionem suscipere nullius episcopi uel prepositi nostri Archiepiscopatus contradictio uos inhibeat quandiu scilicet apud uos canonici ordinis tenor domno prestante uiguerit. Porro sepulturam locorum nestrorum omnino liberam esse jubemus ut eorum qui se illic sepeliri deliberauerint deuotioni & extreme uoluntati nisi forte excommunicati sint nullus obsistat. ordinationem clericorum a quo malueritis catholico episcopo suscipere locorum uestris fratribus permittimus sed juramentum tam Archiepiscopis quam etiam episcopis siue in consecratione siue post consecrationem prestare omnimodis prohibentes interdicimus uel cum episcopum non habet bononiensis ecclesia uel cum habuerit constet non esse catholicum. laicorum etiam nostri Archiepiscopatus susceptionem ad discipline uidelicet regularis conuersionem nisi forte legalibus condicionibus teneantur obnoxii a nullo uobis episcopo permittimus interdici uel clericorum conuersionem qui regulariter in loco uestro uiuere per professionem deliberauerint. fructuum autem uestrorum decimas quos utiliter uestris sumptibus laboribusque colligitis preter episcoporum uel episcopalium ministrorum contradictionem uobis concedimus optinendam. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat ecclesias nostras temere ullo modo perturbare aut earum possessiones auferre uel ablatas retinere minuere uel temerariis uexationibus fatigare. Sed omnia integra conseruentur & ab omni uinculo & conditione atque tributo sicut supra legitur in perpetuum absoluantur. Si quis igitur decreti hujus tenore cognito temere quod absit contraire temptauerit honoris & officii sui periculum patiatur aut excommunicationis ulrione plectatur nisi presunptionem suam digna satisfactione correxerit. amen. amen. amen.

✠ Legimus ✠

 ✠ Ego

✠ Ego Gregorius adriensis episcopus ss.
✠ Ego Lambertus fauent. episcopus ss.
✠ Ego Rodulfus cornel. episcopus ss.
✠ Ego leo comaclen. episcopus ss.

Ego Albertus Archidiac. ss.
Ego Petrus presbiter Cardin. S. Michael. ss.
Ego Guarnerius presb. Card. ss.
Ego uiuianus diaconus Card. ss.
Ego runcus diac. Card. ss.
Ego Ugo diac. Card. ss.
Ego Albertus diac. Card. ss.
Ego Gandulfus diac. Card. ss.

Ego teurius subd. ss.
Ego rustricus subd. ss.
Ego ugo presb. Card. ss.
Ego Ugo subdiac. & cantor ss.
Ego guido presb. & cantor ss.
Ego manzolinus diaconus & cantor ss.
Ego presb. bonusfilius & cantor ss.
Ego presbiter Ugo & cantor ss.
Ego presb. martin. ss.
Ego Teod. subdiac. & cantor ss.

hoc autem factum est per manum petri presb. Card. Rauen. an. domini millesimo cent. LIIII. die quarta mensis madii. indic. II. Rauenna. tempore Anastasii pape IIII. & Friderici regis Romanorum. Jubente domino Moyse Archiep. an. pontificat. ejus x. in domino feliciter.

NUM. CLIII.

Dagli Annali Camaldolesi T. III. pag. 470.

An. 1154. 3. Giugno.

Gerardo Vescovo di Bologna conferma al Monastero di Santa Cristina gli antichi possedimenti, e diritti.

GerardusSancte Bononiensis Ecclesie Dei gratia Episcopus uenerabili in Christo Sorori Lucie Abbatisse Monasterii Sancte Christine ejusque Sororibus tam presentibus quam futuris substituendis in perpetuum.

Equitatis & justitie ratio persuadet nos ecclesiis perpetuam suarum rerum firmitatem & uigoris inconcussi monimenta ubique seruare & ut religiosas

sas personas atque religionem Deo placitam studeamus modis omnibus augendo diligere & diligendo propagare. Nunquam enim obsequium Deo gratum impenditur nisi ex radice Karitatis procedat & a religionis puritate undique custodiatur. Ea propter dilecta in Domino Soror ecclesiam Sancte Cristine in qua diuino mancipata es obsequio propensiori caritatis studio diligentes tuis rationalibus postulationibus clementer annuimus & tibi Lucie & tue Ecclesie tuisque successoribus concedimus & presenti Scripti pagina roboramus quicquid comes Ubaldus & ejus Uxor Julitta dedit aut pro anima sua ecclesie Sancte Cristine reliquit scilicet de fundo Ugonis de Adelberto & molendinum in alueo Yllicis ubi dicitur terra Pozolese. Siue etiam terras quascumque aut decimas omnesque alias possessiones quantascumque & ubicumque eidem ecclesie predictus comes uel ejus uxor per legatum uel donationem uel alio modo concessit. Preterea concedimus quicquid habes de jure Sancte Bononiensis ecclesie aut in futuro juste acquisieris & omne quod habetis in tota curia Ozani. in curia Montetelingo. in Septemfonte. in Clagnano. in curia Medicine. in curia Castri de Britis. Insuper omne quod comitissa Beatrix uestre ecclesie largita fuit. Sepulturas loci uestri liberas esse uolumus scilicet ut quicumque ibi sepelliri deliberauerit a nemine aliquo modo impediatur saluo in omnibus priuilegio & reuerentia Bononiensis ecclesie. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat ecclesiam uestram super eisdem decimis uel sepulturis temere perturbare aut ejus possessiones auferre uel ablatas retinere minuere siue aliquibus uexationibus fatigare. Sed omnia integre conseruentur uestris personis & usibus omnimodo profutura. Si quis igitur hujus decreti tenore cognito temere quod absit contraire tentauerit honoris & offitii periculum patiatur & excommunicationis ultione teneatur nisi suam presumptionem digna satisfactione correxerit. Cunctis autem eidem loco justa seruantibus sit pax Domini nostri Jhesu Christi quatenus & hic bone operationis fructum percipiant & apud justum judicem premia eterne pacis inueniant, Amen.

✠ Ego Gerardus episcopus manu mea subscripsi.

✠ Ego Albertus Archipresbyter m. m. SS.

✠ Ego Guido presbyter m. m. SS.

✠ Ego Magister Ansaldus diaconus m. m. SS.

✠ Ego Albericus diaconus m. m. SS.

Actum Bononie in palatio episcopi per manum Guidonis in camera que est super Scalam. Anno Domini MCLIV. indictione II. die tertio ingrediente junio.

NUM.

NUM. CLIV.

Dall' Archivio della Comunità di Medicina.

An. 1155. 13. Maggio.

Federigo Re riceve in protezione il Castello ed uomini di Medicina, e dichiara terra immediata d' Impero il loro distretto.

FRIDERICUS Dei gratia Romanorum Rex augustus. Cum omnibus in regno nostro constitutis regia nobis competat prouisione consulere eorum tamen necessitatibus intendimus specialiter qui jure striƈtiori nostro Imperio conjunguntur. Ea propter omnium tam presentium quam futurorum Christi Regnique fidelium solus nouit industria quod fideles nostros Regni de Medicina in justitia sua ad seruitium Regni conseruare uolentes regia auƈtoritate precipimus. ut castrum Medicine redificetur & in usum sue utilitatem suam amplificetur. ad solum itaque Regni seruitium uacante ab omni distriƈtu feudo albergaria censu nec non ab omni exaƈtione immunes sub integritate rerum suarum subsistant. nec aliqua Regni Ciuitas magna seu parua eos inquietare nec possessiones seu terras eorum in aliquo ingenio diminuere presumant. Si quid uero ab eis distriƈtum & imminutum est in integrum eis restitui precipimus unde hos terminos terre & possesionum suarum ex nomine designamus uidelicet a sero ager de Bruscosa de frascorum de manzatico & de caxa de fontana. a meridie puteus de sablonaria fossetula de ungarotium fossatum quod est inter Medicinam & triforcium de auilaneta. ab oriente fossa de aimo de riui paula duo partes gazolo & fossa difinitionis uallis ducis usque ad medium fundum cauagli qui est desubtus & fossa de leuadossolo. Si quis autem hujus nostri precepti uiolator extiterit regio banno subiaceat & centum libras auri Camere nostre componat. quod ut juratum & firmum sir hanc cartam nostri Sigilli appensione communinimus. dat. in territor. bon. juxta Rhenum an. Dominice incarn. MCLV. III. Id. maii regnante federico Rege Glorioso aug. Regni n. quarto.

NUM. CLV.

Dall' Archiv. de' Canonici della Chiesa Modenése.

An. 1155. 31. Luglio.

Ildebrando Cardinal Diacono di Sant' Eustdchio Rettore, e procuratore della Chiesa Modenése investe Raniéri Avvocato da Balúgola, e discendenti d' alcune terre nel Contado di Módena.

In nomine domini nostri Jhesu Christi anno ejusdem MCLV. pridie Kalendas Augusti indictione III. Concessit Ildebrandus dei gratia sancte romane ecclesie Cardinalis diaconus & ecclesie sancti geminiani de mutina rector & procurator prechariam atque enphiteocariam usque in terriam generationem expletam ranerio aduocato de balucula in se & in ejus filiis ac nepotibus legitimis masculinis qui nati sunt uel fuerint usque in istam terciam generationem expletam ad habendum. Idest nominatiue pecias tres de terra laboratoria & uineata juris ecclesie Sancti geminiani que rejacet non longe a ciuitate mutina. Prima quarum est uineata & jacet juxta fossam meluda . . . . fines sunt ei. A mane Albertus de Adiano. a meridie uia. A sero brachus. de subto filii caruncii. Secunda fines habet a mane filii rolandi de tetelmo. a meridie pegolottus. a sero petrus de zese de subto filii rolandi canauarii. III. fines habet. a mane fossa. a meridie. a sero johannes de romana. de subto rainaldus. si ibique alie sint coherentie in integrum. & olim detenta fuit predicta terra per q. rolandum de romana. Ita tamen ei concessit ut habeat predictam terram ipse rainerius & isti filii ejus & nepotes legitimi masculini una cum accessione & ingressu seu cum superioribus & inferioribus suis in integrum ad hoc ut melioretur & non pejoretur. Non habeant licentiam uendendi donandi alienandi nec aliquo modo transferendi nisi justa lege scilicet in minoribus & liberis personis liberam habeant facultatem libellum faciendi. Post discessum autem ejus seu istorum filiorum & nepotum tota ista res restaurata meliorataque ut fuerit in integrum reuertatur ad ecclesiam Sancti geminiani cujus est proprietas. & pro omni fructu uel redditu iste terre dare ac persoluere debeat istus rainerius per se uel per suos heredes aut per eorum missum omni anno de mense martii nomine pensionis denarios VI. luccenses bonos & expendibiles isto domno Ildebrando diacono Cardinali uel ejus successoribus aut eorum misso in Ciuitate mutina. alia nulla superimposita non fiant. Penam quidem inter se posuerunt ambe partes & sic obligauerunt ut si quis illorum seu filiorum & nepotum uel successorum eorum se de hac conuenientia hujus precharie remouere quesiuerit & in ea omnia que supra leguntur non permanserit ut com-

componat illa pars que non obseruauerit parti fidem bonam seruanti pene nomine solidos centum luccenses & preter penam solutam hec precharia in sua permaneat firmitate quia sic inter eos conuenit. Unde due precharie nomine uno tenore scripte sunt. Actum est hic in Ciuitate mutina feliciter. Predictus domnus ildebrandus diaconus cardinalis quod supra legitur scribere jussit.

Interfuerunt Adegerius de Castilione. Albertus de Aliotto. Odericus de bazano. zozanus faber. Jantulinus deganus. Johannes bonus. Raginaldus rogati testes.

Ego gandulfus notarius sacri palacii jussu domni ildebrandi diaconi Cardinalis hanc prechariam scripsi.

NUM. CLVI.

Dal Murat. Antiq. Med. ævi T. IV. Diss. XLVII. pag. 301.

An. 1156. 12. Marzo.

Alcuni Cattanei del Frignano detti Corboli giurarono obbedienza al Comune di Modena.

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Anno ejusdem MCLVI. duodecima intrante Mense Martii Indictione IV. Breue recordationis qualiter Capitanei de Fregnano uidelicet omnes illi qui appellantur Coruuli jurant unusquisque pro se saluare & adjuuare homines mutine & eorum bona obicumque potuerint sine fraude. Et jurant omnes esse Ciues Mutine & defendere Ciuitatem infra confines ab omni homine exceptis tamen illis qui jurauerunt fidelitatem Duci Guelfoni si uenerit in Longobardiam & habebit dominium Possessionis Comitisse Matildis quo dominio amisso contra omnes homines. Postea & exceptis illis qui sunt Ciues Bononie qui non debent adjuuare Mutinenses a Bononiensibus si erunt extra predictos fines Mutine. Que nomina sunt Henricus. & Raffacane. & Rinaldinus. & Radaldus cum suis filiis. Omnes uero alii jurant saluis eorum Dominis quos habent uel sine fraude acquirere debent & eorum Uassallis quibus non debent facere guerram cum Mutina. Et si Mutinenses ad eorum domos eos inquietauerint non teneantur quominus eis suffragium parare non possint. Et jurant habitare Ciuitatem Mutine absque Uxoribus unum mensem in unoquoque anno tempore pacis & duos in tempore belli nisi uerbo Rectoris uel Rectorum Mutine remanserit. De guerra uero adjuuare jurant usque ad finem sine fraude. Et insuper jurant jurare in unoquoque anno omnes sequi Rectorem uel Rectores Mutine si ab eis requisitum fuerit. Et jurant facere jura-

jurare omnes eorum homines sine fraude ad uoluntatem Rectorum uel ad uoluntatem certi nuncii predicti Rectoris uel predictorum Rectorum in unoquoque anno deinceps. Et jurant stradam Mutinensibus per totam eorum terram sine fraude ad uolunratem Rectoris uel Rectorum Mutine. Et jurant facere dare boatiam denarios sex Lucensis ex unoquoque pario boum omnibus eorum hominibus exceptis illis Castellanis sine fraude qui semper cotidiano usu habitant per Castella & exceptis eorum seruis & Gastaldionibus sine fraude in unoquoque anno sic debent dare boatiam ut supra dictum est omnes eorum homines. Et jurant facere cartulam proprietatis de Castro Saxi Marcii & de Curte & de Castro Galiadi & Curte Communo Mutine excepta parte Scaculini & Falculini quam si acquixierint similiter dare debent per cartam Rectori uel Rectoribus Mutine qui pro Communo accipiant. Et si Communum Mutine aliquod in predictis Curtis acquisierit eis in feudum dare debet omnibus. Predicta uero Castra debent dare Rectori uel Rectoribus Mutine ad offendendum omnibus eorum inimicis contra omnes homines ad uoluntatem Rectoris uel Rectorum Mutine ad hoc ut eorum culpa Castra non amittant. Et jurant saluare & adjuuare personas & eorum bona omnibus hominibus Mutine in predicta Castra contra omnes homines. Et si pro isto negocio Mutinensibus guerra in aliquo tempore apparuerit Fregnanenses jurant facere eam sine fraude usque ad finem. Jurant Mutinenses saluare & adjuuare personas & eorum bona Fregnanensibus ubicumque potuerint sine fraude saluis eorum Dominis qui habent uel quos sine fraude aquirere debent uel aquixituri erunt. Et si Fregnanenses fecerint querimoniam de Gemolensibus de Feudo uel de proprietate & ipsi facere noluerint justitiam uel bonum usum uel conuenientiam partibus ambabus placitam coram Rectore uel Rectoribus Mutine tunc Mutinenses debent facere guerram & adjuuare eos usque ad finem donec predicti Fregnanenses erunt quieti de predicta querimonia sine fraude. Et Galliadum & Curtem & Sassum Marcium & Curtem dare debent eis in feudum & adjuuare defendere & retinere ab omni homine sine fraude. Et guerram Gualandorum debent facere & adjuuare eos usque ad finem. Et postquam quieti erunt de predicta guerra si de predicto Castra aliam eis apparuerit guerram in aliquo tempore usque ad finem similiter eos adjuuare debent sine fraude. Et denarii illi quos mutinenses habuerint de predicta Fregnanensium boatia usque ad annos sex debent dare in terram juxta Mutinam & eorum propriis nummis tot quot erunt illi de boacia cum illis nummis de boacia in terram dare & debent eos nummos deponere apud abbatem Sancti Petri. Quam terram non debent uendere nec pignorari alicui dare sine uoluntate Rectoris uel Rectorum Mutine. Et si Fregnanensibus pro isto negocio in aliquo tempore guerram apparuerit Mutinenses jurant facere eam usque ad finem. Insuper etiam si Rector uel Re-

ctores Mutine concordia Rectorum Fregnanensium & Baesanorum aliquid addere uel minuere de Breuibus istis uoluerint habeant licentiam sine fraude. Et in unoquoque anno debent jurare Rector uel Rectores Mutine & hoc pactum Fregnanensibus firmare donec de guerra quieti erunt nisi pro eis steterit. Unde duo Breuia uno tempore conscripta sunt.

NUM. CLVII.

Dal Murat. Antiq. Med. ævi T. IV. Diss. XLVII. pag. 173.

An. 1156. 12. Marzo.

I Cattanei da Baiso giurano obbedienza al Comune di Modena.

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Anno ejusdem MCLVI. duodecima die intrante Mense Martii Indictione IIII. Breue recordationis qualiter Capitanei de Baisio jurant unusquisque pro se saluare & adjuuare omnes homines Mutine & eorum bona ubicumque potuerint sine fraude. Et omnes jurant esse Ciues Mutine & defendere Ciuitatem infra confines ab omni homine saluis Sacramentis illorum qui jurauerunt Duci Guelfoni & saluis Sacramentis illorum qui jurauerunt Reginensibus contra quos non debent adjuuare Mutinenses si fuerint extra confines Mutine. Ceteri uero pro ut supra dictum est jurant contra omnes homines adjuuare Mutinenses sicut supra dictum est & omnes jurant saluis eorum Dominis quos habent uel quos sine fraude adquirere debent. Et jurant habitare Ciuitatem Mutinensem unum in tempore pacis & duos menses in tempore guerre nisi remanserit per parabolam uel uerbo Rectoris uel Rectorum Mutine. Et jurant adjuuare de guerra usque ad finem sine fraude. Et jurant facere cartulam proprietatis de Podio Constregnani Communo Mutine & in Feudum a Communo accipere. Et jurant facere dare boatiam omnibus eorum hominibus quos habent in Mutinense Episcopatu nuncio Rectoris uel Rectorum Mutine secundum uoluntatem Rectoris uel Rectorum Ciuitatis VI. denariorum Lucensium de uno quoque pari boum exceptis antiquis Castellanis Constregnani qui cotidie erant habitaturi in predicto Castro postquam redificatum erit & eorum seruis & Gastaldionibus sine fraude. Insuper jurant saluare personas & eorum bona hominibus Mutine in Castro Constregnani contra omnes homines & dare Rectori uel Rectoribus Mutine ad offendendum omnibus inimicis Mutine siue secundum eorum unluntatem salua fidelitate Imperatoris in predicto Castro tam ex parte Baesanorum quam ex parte Mutinensium. Et omnes jurant jurare unoquoque anno sequi Rectorem uel Rectores Mutine si ab eis requixitum fuerit sequere & facere jurare hominibus

nibus eorum omnibus quos habent in Mutinense Episcopatu in unoquoque anno deinceps si requixitum fuerit sequere Rectorem uel Rectores Mutine. Et si pro isto negocio in aliquo tempore guerra Mutinensibus apparuerit jurant Baesani facere eam usque ad finem sine fraude. Guilielmus uero de Baixio exceptat Bononiam si fuerit extra confines Mutine. Jurant homines Mutine saluare & adjuuare personas Baesanorum & eorum bona ubicumque potuerint sine fraude saluis eorum Dominis quos habent uel sine fraude acquirere debent. Et si Baisani fecerint querimoniam de Gomolensibus de proprietate uel de feudo & ipsi noluerint facere justitiam uel bonum usum uel conuenientiam partibus ambabus placitando coram Rectore uel Rectoribus Mutine jurant facere eis guerram & adjuuare de guerra usque ad finem donec erunt quieti de predicta querimonia. Et adjuuare debent facere Castrum Costregnani si requixitum fuerit & dare eis in feudum. Et in unoquoque anno debent jurare Rector uel Rectores Mutine hoc Baesanis firmum tenere donec de guerra quieti erunt nisi pro eis steterit & adjuuare defendere Castrum Costregnani ab omni homine. Et si pro isto negocio eis guerram in aliquo tempore apparuerit Mutinenses debent eam facere usque ad finem. Insuper si Rector uel Rectores Mutine cum concordia Rectorum Fregnanensium & Baesanorum aliquid addere uel diminuere de Breuibus istis uoluerint habeant licentiam faciendi sine fraude. Unde duo Breuia uno tempore scripta sunt.

Ego Gandulphus Sacri Palatii Notarius scripsi.

NUM. CLVIII.

Dall' Archiv. Pub. di Bologna Reg. Gros. T. I. pag. 174.

An. 1156. 21. Agosto.

Il Comune di Bologna concede agli Uomini d' Oliveto i diritti Civici.

In nomine sancte & indiuidue trinitatis. anno domini millesimo centesimo quinquagesimo sexto regnante federico Imperatore anno II. duodecimo Kal. Septembris indictione IV. Nos populus bon. juramus saluare & adjuuare homines de castro Olíueti & eorum bona quemadmodum nostris conciuibus & si eciderint in guerram per nos & passi fuerint dampnum intollerabile ita eos sustinemus ut possint honeste seruire populo bononie.

Actum in contione pop. bon. in curia Sancti ambroxii indictione supradicta. Guido marengo not. pop. bon. & consulum uidelicet petri de cento. ugonis de riosto. atque uexilitti. huic Sacramento interfui & scripsi.

NUM. CLIX.

Dall' Archivio Nonantolano.

An. 1156. . . Agosto.

Alberto Abate di Nonantola investe Guido ed Alberto figli di Malerba d'Arimondo d'alcune terre nel Contado di Bologna.

In Christi nomine. anno ab incarnatione ejusdem millesimo centesimo LVI. mense Augusti Indictione IIII. Ego domnus Albertus uenerabilis monasterii Sancti Siluestri de nonantula Abbas una per consilium & consensum fratrum monachorum ejusdem monasterii per cartulam precharie atque henphiteoticharie juris nomine concedo uobis Widoni & Alberto filiis quondam Malerue filiorum arimundi seu in filiis & in nepotibus uestris legitimis masculinis & si masculina linea alicui uestrum desierit tunc concedo unicuique uestrum in una sua legitima filia que liberum uirum accipiet usque in terciam generationem expletam idest nominatiue illud rei territorie juris suprascripti quod suprascriptus malerua adquisiuit a marchione conrado. & quod fuit feudum comitis uberti. & quod ipse malerua habuit octo diebus antequam peregre proficisceretur trans maria. & quod rejacet in loco mataciun. & quicquid detentum est pro curte curticelle siue per feudum siue per prechariam siue per manentiam excepto feudo uasallorum qui per ecclesiam Sancti Siluestri tenentur ut supra legitur ego suprascriptus abbas concedo uobis supradictis precharii jam dictas res cum superioribus & inferioribus seu cum ingressibus & accessionibus suis in integrum ad habendum tenendum cultandum meliorandum quatenus perficiant & non depereant si juste & racionabiliter petistis. Non habeatis licentiam uendendi donandi nec aliquo modo transferendi nisi justa lege set habeatis potestatem libellum faciendi in his minoribus & liberis personis a quibus jus ecclesie non minuatur. si quis uestrum suprascriptorum precbariorum sine filio aut nepote aut filia mortuus fuerit tunc omnes suprascripte res meliorate ut fuerint ad suprascriptum monasterium cujus est proprietas redire debeant. Et omni anno de mense marcio persoluere debeatis pensionis nomine sex solidos denarios lucenses bonos & expendibiles pro tempore currentes suprascripte Ecclesie Sancti Siluestri aut ejus misso in castro nonantule sub pena ab utraque parte subposita XL. librarum denariorum lucensium soluta pena hec precharia in sua firmitate permaneat quia sic inter nos conuenit cum stipulatione subnixa. Actum in nonantula feliciter.

Adfuerunt testes luscus aduocatus. Ubertus biaqua. Sigelfredus luscus de ermiza, Odo de panzano. girardus de monasterio. Zepellario ejus filius. giber-

gibertus de monte caluo. Ugo de gazo. bernozola. Witachlinus. & Meronchinus.

Ego henginulphus Tabellio & Notarius sacri palacii scripsi.

NUM. CLX.

Dall' Archiv. Pub. di Bol. Reg. Grosso T. I. pag. 7.

An. 1156. . . Settembre.

Il Comune di Módena giura la pace per anni venti al Comune di Bologna.

AN. domini nostri Jehsu Christi. exemplar sumptum ab antiquo exemplari anno ejusdem MCLVI. mense sept. indictione IV. Nos homines mutine juramus saluare homines bononie & eorum bona in tota nostra fortia quemadmodum mutinenses & infra illos antiquos terminos qui diuidunt episcopatum mutinensem ab episcopatu bon. ab alpibus usque ad Padum. nec facient aliquem conquistum nec imbrigamentum. & si nonantulani de castro nonantule noluerint facere bononiensibus ea que conuenerunt uidelicet hostem & pensionem. & si bononienses uoluerint hominibus in castro nonantule habitantibus exinde aliquid malum facere uel in castro uel extra castrum mutinenses non debent eis aliquid impedimentum facere. de hoste autem non debent bononienses constringere nonantulanos facere eum contra mutinenses. Insuper juramus stratam inter nos & ipsos securam esse & si quis offenderit in eam si erit de eorum episcopatu & ipsi non poterunt eum uel eos constringere nos debemus eos adjuuare. idem de nostris rationibus si quis noluerit eas per eos facere. si qua offensio ex nostra parte interuenit infra XL. dies postquam a rectore uel a rectoribus per sacramentum nobis requisitum fuerit emendari faciemus nisi steterit per eum cui offensio facta fuerit uel per eorum rectores uel rectorem. hec omnia obseruabimus per bonam fidem sine fraude & dolo malo usque ad terminum XX. annorum salua fidelitate imperatoris & in capite uniuscujusque quinquenii in contione innouetur.

Ego Gandulfus not. pop. mutine & potestatis uidelicet girardi rangonis istis Sacramentis interfui & ss.

Exemplar istud factum fuit a guascone not. anno domini MDCCLXXII. die nona intrante mense martii indictione quinta.

NUM.

NUM. CLXI.

Dall' Archiv. Pub. di Bol. Reg. Gros. T. I. pag. 8.

An. 1157. 19. e 26. Maggio.

I Cattanei, e popolo di Monteveglio giurano obbedienza al Comune di Bologna.

In nomine Sancte & indiuidue Trinitatis. Anno domini millesimo centesimo quinquagesimo septimo. Regnante Federico Imperatore anno sexto regni ejus imperii uero tertio. XIIII. Kal. Jun. Indictione v. In presentia domini Gerardi episcopi dei gratia Sancte bon. ecclesie. In contione pop. bonon. in curia Sancti ambrosii & in conspectu eorum consulum scil. accarisii filii quondam Lamberti curtis. isnardi ricardi attonis. Ursonis angeli garisendi & eorum judicum Rolandi dei gratia filii rodulfi causidici. Guarini. Ildebrandi bone mem. fil. gualfredi dei gratia judicis imperatoris lotarii & eorum treuguanorum tholomei guarinorum. petri fil. alberti. guidonis fil. boni. In istorum presentia & mea guidonis tabellionis populi bonn. & jam dicta contione homines castri montis bellii jurauerunt tenere in perpetuum quod inferius legitur quorum nomina hec sunt Gerardus fil. guidonis de bonofante. Petrus fil. gerardi de joculo. Albertus de calcara. Rainaldinus filius alberti de unzola. Albertus de tilliola. Tigrimuzo. Joculus fil. uguizzonis de unzola Guidoctus. Armanetto filius riccardi. Gerardus gg. filii oddonis. Dalismanno de calcara. Gerardus de Gauzano. Nos homines de castro montebellio juramus dare castrum de montebellio hominibus bon. & populo militibus & peditibus si quod quesiuerint consules sine fraude qui nunc sunt uel futuri sunt uel rector si erit ad guerram faciendam contra omnes inimicos bon. qui nunc sunt uel qui publice futuri erunt & nos ipsi uobiscum & pro nobis & sine uobis guerram faciemus aduersus quos consules qui nunc sunt uel in antea erunt uel rectori si percipiet. & insuper juramus defendere atque saluare bononienses & eorum bona in tota nostra fortia atque districtu stratam treuguam boateriam tenebimus atque tenere faciemus in tota nostra fortia atque districtu & omnibus hominibus qui tenent uobis & nobis pro uobis. Insuper hostem uobis faciemus quando quesieritis a ciuit. bon. usque ad fluuium sede & ab alpibus usque ad palludes cum nostro stipendio quousque uos ituri estis. collectam permittimus & non contradicemus dari a nostris hominibus qui habitant ex hac parte fluminis samodie & uoluoli uel ex illa parte excepto castro de montebellio juxta ecclesiam Sancti Michaelis & Sancti Theodori circa montem si per uos non stabunt. hec omnia obseruabimus bona fide absque fraude aduersus omnes homines

mines in perpetuum excepto contra Imperatorem & ducem & contra alium qui tenent patrimonium mathilde comitisse uoluntate imperatoris & hec omnia bona fide sine fraude & in capite x. annorum predicta Sacramenta renouabimus si a uobis requisitum fuerit. act. in ciuitate bon. in curia sancti Ambrosii indict. supradicta quinta. prenominate persone ea omnia que supra legitur in contione mihi scribere rog.

Guido maringo not. pop. bon. & supradictorum consulum ad ea omnia que supra leg. interfui & s. s.

Septimo Kal. Junii Indictione v. similiter in presentia Domini Gerardi Dei gratia episcopi Sancte bonn. Ecclesie & ejus Consulum scil. Isnardi supradicti ricardi fil. & comitum lammole Alberti atque trepaldi. gualandini fregnanorum. atque rainaldini & pagani ... similiter feregnanorum & aliorum quamplutium. populus namque supradicti montisbellii in eorum contione partim sacrosanctis uel euangeliis scripturis tactis & reliqui per nuntium ea omnia que supra legitur in perpetuum firma tenere jurauerunt & mihi guidone manzino not. pop. bon. & supradictorum consulum scribere hoc rogauerunt. Act. in supradicto castro indictione supradicta.

In nomine Domini. hec est conuenientia que est inter bononienses & homines montisbellii.

Nos consules montisbellii cum uniuersis uicinis ejusdem oppidi juramus saluare personas & auere bononiensium in predicto oppido & in omni loco in quo nostrum posse erit & adjuuare contra Imperatorem & contra omnem hominem excepta persona ducis intanrum quod non teneamur ei facere guerram & non dare castrum montebellii prenominato duci nec alicui persone que malum & guerram faciat ciuitati bononiensium nec hominibus qui sunt in societate eorum donec societas durabit. semper tamen tenebor sicut supra legitur ciuitati bononiensium. etsi societas non durabit & tenere inimicum quem ciuitas bononiensium pro inimico habebit & quem pro amico illibata Ciuitas tenebit tenere amicum excepto qui mihi specialiter malum & guerram fecerit & dare prelibatum castrum bononiensium ciuitati cum quo guerram faciat inimicis suis saluis personis montisbellii & saluo nobis castro & auere & tenere stratam bononiensibus & omnibus qui eis & nobis per eos stratam & treguam tenebunt.

Et nos petimus quod consules bononiensium cum consilio jurent saluare castrum montebellii & personas & auere eorum in omni loco ubi eorum forcia erit. nec non auferre nobis castrum. & si quis quod absit conferrer nobis recuperare juuabunt bona fide & si homines montisbellii in aliquam guerram uel malum propter bononienses intrauerint etiam cum imperatore nos adjuuabimus eos ab Imperatore & qualem pacem uel finem uel treguam pro se bononienses fecerint eamdem Bononienses facient.

Portonarius de montebellio & tedisius ejusdem castri tabellio tactis sacro-

cro-

crosanctis euangeliis ut supra legitur jurauerunt & quod uicini ejus ita jurare preceperunt.

Ego Guido not. pop. bon. huic interfui & scripsi.

Gerardus de bonfante. Aigo. Johannesbonus rubeus. Gibolus. Henrigiptus de mongenaro. Rainuzolus de martino. Petrus de eildo. Rodulfus. Sinibottus. Albertinus de canetulo. Marcus bazzalerius. rolandinus raibosus. martinus pizolus. Taurellus. Petrozulus. Gilius. enghinulfus. fuscus de marano. Cellianus. Petrus de paraino. Bernardus de pretolando. Albertus ferratus. Uiuianus de montemajore. henregettus de eodem loco. Ardizone. Petrozulus. Johannes cortixe. Bojamons. Rolandinus de bonatto. Oddo de canetulo. Guidolinus de gualando. Rollandus malauacca. petrosenus. Sandonus. Premadizo. Buccadeligno. aimorustizo. uguizone de petro de berta. Tigrimuzo. Fante. Armanittus. rolandus ferrarius. Johannes de caonauella. neuelone. Patrocinus de prerolando. Sarafinellus. Ildebrandus de paganis. martinus de nutinis. rainerius bottus. guido de armanetto. Albertus de pragatuli. Tedaldus. guido de uerzola. petricinus de monte majore. Albertus de gira[illegible] [illegible]hannes m[illegible] [illegible]lielmus de perinula. belechinus. andreas de pozo. bulgarellus engelottus. daniel. Albertus de panzano. raimandinus de uolta. Bunuzulus. Ardemannus. Fuscatius. Albertinus de caxarola. guidolinus de cruce. guidolinus de rusticello. arnuixe. rolandus de Sanctobritio. uellus. ubertinus gauosullus. ugolinus de merlino. guibertus. ugolinus de gisulfo. guerrisius. nefus de bernardo. albertinus de paulicto. guidottinus de gilio. guidolinus de brundilano. Girardinus de Sancto michele. Bernardus de gauzano. Faua. arduinus guarinus. grignone. guillielmus de beraldesco. Stephanus de aibo. Gilius de parulino. petrus de bono. morandus de cruce. Niger de aldrata. guido de alieta. Luscus. aitator. Bonbellus. petrus de Sancto Bricio. Guido de Saluestra. Johannes de Gandulfino. Ruffredinus. M[illegible]zo. Johannes de Clemento. Petrocinellus. Bunisimellus. Stephanus [illegible]mpanile. Johannes pizello. Daniel Brugolo. girardinus de pixarino. [illegible]olandinus. pigazolo. Andreas puellus. uguizone campanile. Telmolus. gerardus de artuso. Gerardus de Carbone. Tusco. Guidolinus. Tebaldus. arduinus Calxone. Albertinus de preite. uguizone mazolino. Rodaldus. Guizardus de Braida Gerardellus de pexente. Girardolus. guido de clemento. Martinus gentile. Albertinus de rio. Aimericus uando. Martinus de artuxo. Gulferus. Ubaldinus arator. Johannes de leuauacca. Albertus de andrea. henrigittus nesso. corpusrasus. Johannes de Guillia. Johannes massizo. Restagninus de rizio. Riccardus de pragattuli. Rolandus surigo. Roizo. Guidolinus de castillione. Argioellus. Johannes Clerici. rizo de Braida. Roduifino de Paruilliano. Enginulfus. Girardus de martinellis. Bernardus de Sancto michele. Johanninus de Braida. Johannes de montale. uolgimonte. pauanellus. Ansaldinellus. guictone. Bernardus.

uilla-

uillanus. caxone. Frangiſtus de Brunetto. Rauagele. Guidoſtus gerardi de gozano. Albergittus de gauzano. Petrus matone. Bonfantinus. Butigazus de marano. Petrocinus fauazo. Albertone de Fusco. Bernardinus Cogulo. Arardus de parauelli. Guido de talmulo. lanfranchinus de cassulano. Rolandinus fogole. Nigro ferrarius. Petrus de Siluagno. Martinellus de podio. Gerardinus de Aliprandina. Ribaldinus de marchesello. Aliotus de barozo. Bratellerius. Gandulfinus de rogero. Martinus mazone. Girardinus de malliauacca. Guizzardus de monte majore. Gandulfus. Petrocinus de caxarola. Oddo. Johannes bonus de beraldesco. Rolandus de bona. Talliaferrus. maldericus. albertus mazone. Curtus. Johanninus. Guiduzo de marro. Bernardinus de rogerio. Fellonia. Ugolinus de pennola. Rodulfus de monte. adaminus. azolinus curtacaxa. Albertinus de monte. Ildebrandus campanile. lanfranchinus de malberto. Petrus piganzuni. rustighellus piganzuni. Pilatus ceruinus. Anolinus de Gisulfo. Buxus & ejus filius. Johannes de Oliua. Restaldinus. Brugolus. martinellus de Stefano. Tamurro. Gerardus de adamo. Martinellus bellio. Galegolus. Rufus de Granarolo. Petrus de prejohanne. Gerardus de Siluestro. Johannes de Panzano. Gode gastaldo lambertuzo. Grimaldolus. aldeutus. Johannes Clericus. azone de dosentola. Petrus de pigna. petrus de orto. gibertinus de Capella. accarisius. michael filius. gandulfini. Gerardinus de Gisulfis. Johannes Calzolarius. Guzus. petrocinus de girardino. henrigittus paduanus. amideus pertullus. Gambuzolus. Uernone. benzo. Paullus de monte majore. Petrizinus caualerius. daibertus bernardus filius luschi. Guizardinus caput canis. Albertinus de sigizino & attus frater ejus. Petrus bonus de Calanco. enrigiptus de penola. uguizone de Girardo. Guido de Gazo. Gandulfus. Albertinellus de Capella. Rufus de bonuicino Petricinus de grimaldino. Jeminianus. Ruscello. Taupinellus. Ospinellus. Johannes de uecclo & Johannes de Johanne Caballio. Guido filius rodulfi. Guido de Sauigno illud item quod petrizinus. Guizo. Bonus johannes de roberga. Sifridus accator. Tuscus de muscone. ugolinus de ualle scocuza. Lanfranchinus de gisulfo. Bagus. Albertinus stormetius. Marchesellus. Formentellus. Fantolinus piganzolo. Rambertus piganzolus. Ubertinus piganzolus. Ubertinus de bono. Annaniſtus Bexarellus. Gerardeſtus. petracinus. Petrus de Sauignano. Gerardus de Oddo. Nigrus de Spinabello. Martinus. arlottus. ugizone.

Omnes prediſti jurauerunt sicut in breue continetur & insuper jurauerunt obedire preceptum & precepta consulum bon. & consulum montebellii de insultu ab eis faſto quando exierunt de castro.

Uguizone jurauit illud idem sacramentum pro azo quod ipse fecerat. niger jurauit illud idem pro Bernardello. Prediſti homines de montebellio prediſta Sacramenta sicut in breue continentur fecerunt & scribere mandauerunt.

Ego guido not. prediſtis Sacramentis interfui & ss.

NUM. CLXII.

Dall' Archiv. Pub. di Bol. Reg. Grosso T. I. pag. 11.

An. 1157. 4. Luglio.

Gli uomini di Moretano giurano obbedienza al Comune di Bologna.

Nos homines castri moretani donamus castrum & totam curtem predicti castri uobis consulibus bononie uidelicet **A. T. U.** receptoribus pro populo bon. militibus & peditibus paucis uel multis ad faciendum quicquid inde uobis placuerit in perpetuum & ad guerram faciendam secundum quod quesierint a nobis consules qui nunc sunt uel in futuro erunt. & insuper juramus predictam dationem in perpetuum semper firmam tenere & predictum castrum ad honorem populi & ad preceptum consulum qui pro tempore erunt tenere & defensare. & si in aliquo tempore amiseritis per bonam fidem recuperabimus & recuperatum ad honorem predicti pop. tenebimus & insuper juramus defendere atque saluare bononienses & eorum bona in tota nostra fortia atque districtu & similiter juramus tenere stratam atque boateriam omnibus hominibus qui tenebunt nobis pro uobis & omni boatiam dare. & similiter juramus facere hostem & caualcatam atque iter atque placitum pro dicto pop. cum militibus & peditibus secundum uoluntatem Consulum predicte ciuitatis & eos de honore ciuit. bon. semper obediemus & credentiam eis dabimus & consilium & non destruemus. & hec omnia bona fide absque dolo & fraude in perpetuum obseruabimus & in capite v t. annorum predicta Sacramenta renouabimus IIII. non. Jul. Indict. v. an. **D.** MCLVII. Jurauit arpino & auliuero consules moretani pro se & pro omnibus dominis & uicinis ut supra legitur. In presentia Consulum bon. **A. T. U.** & eorum judicum **T. R.** bondonis oddonis alberii & eleazari & mathei bolgarelli & lambertini filii guidonis.

NUM.

NUM. CLXIII.

Dall' Archiv. Pub. di Bologna Reg. Grosso T. I. pag. 11.

An. 1157. 4. Settembre.

Gli uomini di Canètolo giurano obbedienza al Comune di Bologna.

An. D. MCLVII. pridie non. Septembris. Inditione quinta.

Nos homines castri canitoli liberi & serui damus castrum & totam curtem predicti castri uoluntate & jussione omnium dominorum nostrorum uobis consulibus Bon. uidelicet A. T. & U. receptoribus pro populo bon. militibus & peditibus paucis uel multis ad faciendum quicquid exinde uobis placuerit in perpetuum & ad guertam faciendam secundum quod quesierint nobis consules qui nunc sunt uel qui in futuro erunt uel rector si erit. & insuper joramus predictam dationem in perpetuum semper firmam tenere & predictum castrom ad honorem pop. & ad preceptum consulum qui pro tempore erunt uel rector. tenere & defensare. & si in aliquo tempore amiseritis per bonam fidem recuperabimus. & recuperatum ad honorem predicti populi semper ab hinc tenebimus. & insuper juramus defendere atque saluare commoniter & singulariter bononienses & eorum bona in tota nostra fortia & districtu & similiter juramus tenere treguam stratam atque boateriam omnibus hominibus qui tenebunt nobis pro uobis & omni anno boatiam dare & nos ipsos colligere secundum preceptum regentium bon. & credentiam tenebimus & consilium bonum dabimus & non destruemus & uos obediemus in omnibus uestris preceptis de honore ciuitatis. & similiter juramus uobis facere hostem & caualcatam atque iter & secundum placitum uestrum & predicto pop. cum militibus & peditibus secundum uoluntatem consulum predicte ciuit. hec omnia bona fide absque fraude & dolo in perpetuum obseruabimus. & in capite VII. an. predicta Sacramenta renouabimus si a uobis requisitum fuerit. Act. in domo communis. Indict. supradicta V. Testes comes Alberto. Madius. Petrus garisendus. aspettatus. Ugo de bonfante. Gerardocius Bondone. Tigrimo. atque rolando.

NUM. CLXIV.

Dall' Archiv. de' Canonici di S. Gio. in Monte lib. V. num. 54.

An. 1157. 5. Novembre.

Decreto de' Consoli di Bologna in favor de' Canonici di S. Vittore.

In nomine Sacrosancte Indiuidue Trinitatis an. D. MCL. Septimo. Regnante frederico Imperatore anno tertio non. Nou. indictione quinta. Nos quidem consules dei gratia bononiens. oidelicet Acharisius. Ysnardus. Urso. sancimus ut si aliquando contigerit trabes molendini sancti uictoris de gleula asportari ui fluminis nullus sit ausus eas incidere sit quicumque eas apprehenderit habeat pro labore suo competentem mercedem. Si quis uero eas inciderit emendet in duplum & det pandum x. sol. comuni bonn. act. bonn. Indictione predicta quinta. test. Aldrouando rolando judices communis. Girardozo treuguani. petro filio Alberti. Guido de bono.

Guido Maringo not. pop. bonn. jussu supradictor. Consulum hec omnia scripsi.

NUM. CLXV.

Dalla Cancelleria del Senato di Bologna Arm. ✠ lib. 1. n. 6.

An. 1158. 1. Ottobre.

Gerardo Vescovo di Bologna assolve Alberto Arciprete, e i Canonici della sua Chiesa dal dispendio, che sostenevano accompagnandolo a' Sinodi di Ravenna.

Gerardus bon. ecclesie episcopus licet indignus. Alberto ejusdem ecclesie Archipresb. ceterisque fratribus substituendis in perpetuum. quoniam justum est & rationi consentaneum piis fratrum petitionibus annuere eorumque necessitatibus prouidere atque oobis & ecclesie dei deseruientes a seruitii jugo exonerare. Ideoque Alberte frater in Christo dilectissime pro anime mee meorumque predecessorum remedio te tuosque fratres tam presentes quam futuros ab omni expensarum honere quas soliti eratis facere in eundo Rauennam ad synodum & redeundo in perpetuum liberamus & integre absoluimus. decernimus ergo ut quecumque ecclesiastica uel Secularis persona contra hujus nostri decreti paginam ire temptauerit uobis uel uestris Successoribus aliquam molestiam intulerit omnipotentis Dei nostri maledictionem incurrat & cum Juda traditore Datham Abiron gehennam inc-

inestinguibilem possideat. Actum est hoc bononie in domo ipsius episcopi per mano Gregorii Tabellionis Ecclesie Sancti petri a. Domini millesimo centesimo quinquagesimo octavo Kal. Oct. Indictione vi. & federici Imp. eo anno quo obsedit Mediolanum.

Prenominatus Dominus hoc decretum ut supra scribere rogauit.

Ego Gerardus Episcopus m. m. ss.

Testes autem interfuerunt huic rei Albertus Diaconus de Unzola & Dominicus Subdiaconus & rainerius filius Preitonis.

NUM. CLXVI.

Dal Corpo del Gius Civile ff. lib. IV. tit. XIII. nova Constit. Frid.

An. 1158. . . . Novembre.

Federigo Imperatore privilegia gli Scolari in leggi.

HABITA quidem super hoc diligenti inquisitione Episcoporum Abbatum Ducum omnium Judicum & aliorum Procerum Sacri nostri Palatii examinatione. omnibus qui causa Studiorum peregrinantur Scholaribus & maxime diuinarum atque Sacrarum Legum Professoribus hoc nostre pietatis beneficium indulgemus ut ad loca in quibus literarum exercentur studia tam ipsi quam eorum nuncii ueniant & in ejus secure habitent. Dignum namque existimamus ut cum omnes bona facientes nostram laudem & protectionem omnimodo mereantur a quorum Scientia totus illuminatur mundus & ad obediendum Deo & nobis ejus ministris uita subjectorum informatur quadam speciali dilectione eos ab omni injuria defendamus. Quis enim eorum non misereatur qui amore Scientie exules facti de diuitibus pauperes semetipsos exinaniunt uitam suam multis periculis exponunt & a uilissimis sepe hominibus (quod grauiter ferendum est) corporales injurias sine causa perferunt? Hac igitur generali & in perpetuum ualitura lege decernimus ut nullus de cetero tam audax inueniatur qui aliquam Scholaribus injuriam inferre presumat nec ob alterius cujuscunque prouincie delictum siue debitum (quod aliquando ex peruersa consuetudine factum audiuimus) aliquod dammum eis inferat scituris hujusmodi Sacre Constitutionis temeratoribus & etiam ipsis locorum Rectoribus qui hoc uindicare neglexerint restitutionem rerum ablatarum ab omnibus exigendam in quadruplum. notaque infami eis ipso jure irroganda dignitate sua se cariturus in perpetuum. Verumtamen si litem eis quispiam super aliquo negotio mouere noluerit hujus rei optione data Scholaribus eos coram domino uel magistro suo uel ipsius Ciuitatis Episcopo (quibus hanc jurisdictionem dedimus) conueniat. Qui uero ad alium judicem eos trahere ten-

tentauerit etiamsi causa justissima fuerit a tali conamine cadat. ✠ Hanc autem legem inter Imperiales Constitutiones Sc. sub titulo. ne Filius pro patre &c. inseri jussimus. Datum apud Roncalias. f. anno Domini MCLVIII. mense Novemb.

NUM. CLXVII.

Dalla Storia de' Vescovi di Frisinga T. I. pag. 353.

An. 1159. 18. Febbrajo.

Berzo Giudice del Sacro Palazzo, e Rogério Caterdto aggiudicano ad Alberto Vescovo di Frisinga la Terra di Gúdaga, che occupava Ezzelino da Bassáno.

Sancti Spiritus assit nobis gratia & simul cum eadem Friderico Romanorum Imperatori semper Augusto uita & uictoria. Anno VII. Regni ejus. Imperii uero V.

ANNO ab Incarnatione domini MCLVIIII. Indict. VII. Ego Berzo & Judex Ordinarius Sacti Palatii gloriosi Imperatoris Friderici & Rogerius Caterato ex precepto predicti Imperatoris cognitores cause que uertebatur inter Albertum Frisingensis Ecclesie Episcopum & Ezelinum de Basano super possessionem terre de Gudaga cum ejus appenditiis Ezelino legitime uocato & uenire nolente communicato multorum prudentum consilio pronunciauimus predictum Albertum Frisingensis Ecclesie Episcopum mittendum in possessionem Terre de Gudaga cum pertinentiis ejus in integrum. Hec acta sunt in presentia predicti Imperatoris Friderici & aliorum complurium principum quorum nomina hec sunt. Eberardus Babenbergensis Episcopus. & Daniel Bragensis Episcopus. & Conradus Eistensis Episcopus. & Fridericus Dux de Rotenburch. & Conradus Palatinus de Reno frater Imperatoris. & Otto Palatinus de Witilinespach. & Frater ejus Otto. & Hermannus Marchio Ueronensis. & Heinricus Dux Karentanus. & Wilhelmus marchio de Monte ferrato. & Guuido Comes Blandatensis. & G. de Ganetosa Bononiensium potestas. & Marchio Opizo Malaspina & alii multi. Data in loco Marcenco & Territorio Terdonensi Indict. predicta XII. Kalendas Marcii.

Ego Berzo Judex Ordinarius Sacri Palacii prædicti Imperatoris ex ejus mandato compleui scripsi & subscripsi.

NUM.

NUM. CLXVIII.

Dal Muratori Antiqu. Med. ævi Diss. XLVI. pag. 67.

An. 1159. 22. Febbrajo.

Federigo Imperatore dichiara immuni da qualunque esazione privata le navi de' Cremonési per tutto il corso del Pò.

In nomine Sancte & indiuidue Trinitatis. Fredericus diuina fauente clementia Romanorum Imperator & semper Augustus. Si quoslibet fideles nostros Imperiali clementia uel tuitione dignos estimamus multo magis fidelioribus nostris uictrice dextera Imperialis potentie porrigere debemus de quibus majora fidelitatis argumenta certissima rerum exhibitione experti sumus. Ea propter omnium fidelium tam futura quam presens nouerit etas quod Cremonam . . . . nostram tamquam specialem & familiarem Cameram Imperii nostri ampliore dilectione amplectimur que & magnifica & plurima sue deuotionis obsequia in oculis nostris dum fecit clarescere maximum gratie nostre fauorem pre cunctis Ciuitatibus Italie obtinere prometuit. Nos itaque memores deuotissimi seruitii Cremonensium fidelissimorum nostrorum petitionibus eorum benigne annuimus uolentes & auctoritate nostra precipientes quatenus ipsi Cremonenses a Cremona deorsum in aqua Padi & in omnibus locis & Uallibus in quibus aqua Padi aliquo tempore deriuatur usque ad mare siue in Comitatu Regiensi uel Mutinensi uel Bononiensi uel Ferrariensi uel Rauennate ita secure cum omnibus mercationibus quascunque noluerint uadant & nauigent ut nullus Episcopus Dux Marchio Comes Uicecomes uel aliqua Potestas uel Ciuitas uel Castrum uel aliqua persona aliquod Teloneum uel superpositam uel angariam uel aliquam exactionem ab eis exigat uel inuitos eos uel res eorum detineat exceptis Nuntiis nostris qui in locis determinatis Teloneum infrascriptum accipiant. Habeant quoque ipsi Cremonenses in predictis locis uallibus & aquis uendendi & emendi liberam facultatem. Predicti uero Nuntii nostri accipiant in Ferraria de qualibet Naui duodecim Denarios Mediolanensium ueterum. Apud Figarolum de qualibet Soga pro qua Nauis trahitur que Masseriam portat octo Solidos Mediolanensium ueterum. Masseriam autem dicimus quamlibet Nauem quascumque merces preter Salem portantem. In eodem loco de qualibet Soga pro qua Nauis trahitur que Salem portant triginta Denarios Mediolanensium ueterum. Apud Gouernolam similiter de qualibet Soga Masseria octo Solidos Mediolanensium ueterum. Item apud Wastallam de qualibet Soga Masserie octo Solidos Mediolanensium ueterum & ibidem de qualibet Soga que Salem fert trigin-

triginta Denarios Mediolanensium ueterum. Apud Scorzerolum de qualibet Naui duodecim denarios Mediolanensium ueterum. Apud Luzariam similiter duodecim Denarios Mediolanensium ueterum. Et preter hec que scripta sunt nec in his locis, nec in aliis in Pado a Cremona deorsum quidquam a Cremonensibus tolli uolumus salua per omnia Imperiali justitia. Quicumque autem hujus nostri Precepti uiolator esse in aliquo presumpserit centum Libras auri componat medietatem Camere nostre & medietatem predictis Cremonensibus nostris fidelibus.

✠ Signum Domni Frederici Romanorum Imperatoris inuictissimi.

Ego Rainaldus Sacri Imperialis Palatii Cancellarius recognoui.

Acta sunt hec Anno Dominice Incarnationis MCLVIII. Indictione VII. Regnante Domno Frederico Romanorum Imperatore gloriosissimo. Anno Regni ejus VI. Imperii uero III.

Datum apud Marlnghum VIII. Kalendas Martii *Locus Sigilli* ✠ *cerei Imperialis.*

NUM. CLXIX.

Dall' Archivio de' SS. Conti Sassatelli d' Imola.

An. 1159. 9. Marzo.

Federigo Conte Palatino legato dell' Imperadore riceve in protezione d' Impero la Chiesa di S. Cassiano.

Temporibus Adriani Pape, & Federici Imperatoris die IX. intrante Mense Martii Imole in Claustro Monasterii S. Marie in Regula Ind. VII.

Ego quidem in Dei nomine Federicus Palat. Comes Leg. D. Federici Imperatoris in Italia pro amore & timore Dei Omnipotentis & Beate Marie semper Uirginis & B. Cassiani Martiris Christi atque ex parte Domini mei Federici Imperatoris recipio Ecclesiam S. Cassiani & Canonicos & Domum Episcopi cum omnibus possessionibus quantumcumque habent & tenent sibi pertinent & acquirenr recipio inquam in tuitione & deffensione atque protectione omnes res & possessiones ut sane & salue atque sicure sint ubicumque sunt in perpetuum. si quis uero Dux aut Marchio siue Comes uel uicomes aut aliqua potestas major uel minor aut aliqua Persona temerario ausu possessiones & bona predicta Ecclesie & Canonicorum atque Episcopi inquietare aut inuadere uel uiolenter tenere nostram tuitionem & deffensionem despectu habere presumserit gratiam Omnipotentis Dei & aliorum Imperatorum successorum & meam amittant & duas libras auri ad

ad libram charoli pene nomine camere Regis persoluat & post solutam penam omnia acta in perpetuum maneant firma que scripsi.

Ego Rizolus Imolensis Not.

Actum est hec in presentia Comitis Maluicini. Ubaldi Potestatis Faentie. Federici de Guelmino. Gerardi de Fanulfo. Franconus Aledusii de Malaparte. Pelegrini Potestatis Imole. Joannes de Rambertino. Bulgarini Alberti Bulgaro. Rambertinelli. Ugucionis de S. Cassiano. Albertus . . . .

NUM. CLXX.

Dal Manzóni Histor. Episc. Imol. pag. 100.

An. 1159. 25. Giugno.

Federigo Imperadore riceve in protezione il Comune d' Imola.

In nomine Sancte & indiuidue Trinitatis Fridericus diuina fauente clementia Romanorum imperator Augustus. Uniuersis imperii nostri fidelibus tam presentibus quam futuris notum esse uolumus quod Peregrinus de Bulgaris Imolensium rector pro uniuerse ciuitatis Imole populo ad nostre majestatis presentiam uenerit interuenientibus honorabilibus principibus nostris Hermando uenerabili Uerdensium episcopo nec non dilecto nostro Raynaldo cancellario ut ciuitatem Imole & omnes homines nunc & in futuro in ea habitantes in nostra tuitione atque munimine conseruanda reciperemus & statum ipsius Ciuitatis in integrum confirmaremus & a jugo omnium Ciuitatum & personarum liberaremus benigne rogauerit & obtinere meruerit. Nos itaque sola pietate miserti & preclara & honesta seruitia Imolensis ciuitatis intuentes & considerantes que ad gloriam & exaltationem imperialis corone semper exhibuit meritis ejus ex equo respondere cupientes imperiali authoritate concedimus & statuimus & presenti sanctione plene confirmamus jam dictam ciuitatem & omnes homines in ea nunc & in futuro habitantes in nostra tuitione & cura perpetuo permanere. & statum ejusdem ciuitatis ad modum aliarum ciuitatum cum toto suo comitatu in integrum restituimus & ab omni jugo aliarum Ciuitatum & personarum eam absoluimus. nunc etiam presenti sanctione adjungimus ut quicunque ad hanc ciuitatem habitandum uenerit uel uenire uoluerit liberam & absolutam facultatem absque omni obstaculo in ea habitandi & commorandi perpetuo habeat. Statuentes igitur precipimus ut nullus Archiepiscopus episcopus nullus dux uel marchio nullus comes uel uicecomes nulla ciuitas nullum castrum nulla potestas nullaue persona magna uel parua presignatam ciuitatem cum predictis hominibus nunc & in antea habitantibus in ea audeat inquietare uel molestiam ali-

aliquam inferre. Quicuuque autem hujus nostri precepti uiolator esse presumpserit reus criminis majestatis centum libras auri optimi & purissimi pro pena componat medictatem camere nostre & medietatem predicte ciuitati. Quod ut uerius credatur propria manu confirmantes presentem paginam sigilli nostri impressione inferius jussimus insigniri.

Ego Bernardus Sancti palatii imperialis cancellarius recognoui. Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo centesimo quinquagesimo nono indictione septima regnante Frederico Romanorum imperatore Serenissimo regni ejus anno septimo imperii uero undecimo.

Datum Imole in claustro Sancte Marie in Regula septimo Kalendas Julii.

NUM. CLXXI.

Da Radevico de Reb. Gest. Frid. I. Imp. lib. II. Cap. LI.

An. 1159. 6. Ottobre.

Alessandro terzo Pontefice annunzia la sua elezione a Gerardo Vescovo, e a' Maestri dello studio Bolognese.

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei uenerabili Fratri Gerardo Episcopo & dilectis filiis Canonicis Bononiensis Ecclesie & legis Doctoribus ceterisque Magistris Bononie commorantibus. Eterna & incommutabilibus prouidentia Conditoris Sanctam & Immaculatam Ecclesiam a sue fundationis exordio ea ratione uoluit & ordine gubernari ut unus ei pastor & institutor existeret cui uniuersi Ecclesiarum Prelati absque repugnantia subjacerent & membra tamquam suo capiti coerentia ei se mirabili quadam unitate conjungerent & ab ipso nullatenus dissiderent. Qui uero Apostolis suis pro eorum fidei firmitate promisit dicens. Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque ad consumarionem seculi. ille procul dubio Ecclesiam suam cujus ipsi Apostoli magisrerium assumpserunt sua promissione fraudari nullo modo patietur sed eam in suo statu & ordine licet ad instar nauicule Petri fluctuare aliquando uideatur perpetuo faciet permanere. Unde & quamuis hoc tempore tres falsi fratres qui a nobis quidem exierunt sed non fuerunt de nobis transfigurantes se in Angelos lucis cum sint Satane inconsutilem Christi tunicam quam ubique ipse quidem ex persona Psalmographi a Leonibus petit & a framea erui & de manu canis orat ac postulat liberari scindere & laniare laborant Christus tamen auctor & caput Ecclesie eam uelut unicam sponsam suam prouida gubernatione tuetur & nauem egregii Piscatoris licet sepius quatiatur a fluctibus non permittit naufragium substinere. Porro cum Antecessor noster bo. me. Hadrianus PP. Kal. Octobris dum

dum essemus Anagnie debitum nature soluisset & de terris ad Celum de imis migrasset Domino uocante ad superna eo Romam adducto & pridie Non. Septemb. in Ecclesia B. Petri presentibus fere omnibus fratribus satis honorifice sicut moris est tumulato ceperunt fratres & nos cum eis secundum Ecclesie consuetudinem de substituendo Pontifice in eadem Ecclesia studiosius cogitare & tribus inter se diebus de ipsa electione tractantes tandem in personam nostram insufficientem huic oneri & tante dignitatis fastigio minime congruentem omnes fratres quotquot fuerunt tribus tantum exceptis Octauiano scilicet Joanne de Sancto Martino & Guidone Cremonsi Deo teste quia mendacium non fingimus sed meram scilicet ut est loquimur ueritatem concorditer atque unanimiter conuenerunt & nos assentiente clero ac Populo in Romanum Pontificem elegerunt. Duo uero Joannes & Guido quos prenotauimus tertium scilicet Octauianum nominantes ad ejus electionem pertinaciter intendebant. Unde & ipse Octauianus in tantam audaciam uesaniamque prorupit quod mantum quo nos reluctantes & renitentes quia nostram insufficientiam uidebamus juxta morem Ecclesie Oddo Prior Diaconorum induerat tanquam abreptitius a collo nostro propriis manibus uiolenter excussit & secum inter tumultuosos fremitus asportauit. Ceterum cum quidam de Senatoribus tantum facinus inspexissent unus ex eis spiritu diuino succensus mantum ipsum de manu eripuit seuientis. Ipse uero ad quemdam Capellanum suum qui ad hoc instructus uenerat & paratus illico flammeos oculos fremebundus inflexit. Clamans & innuens ut mantum quem fraudulenter portauerat festinanter afferret quo utique sine mora delato idem Octauianus abstracto pileo & capite inclinato cunctis fratribus aut loco inde aut uoluntate remotis mantum per manus ejusdem Capellani & alterius cujusdam Clerici sui ambitiosius assumpsit & ipse idem quia non erat alius in hoc opere Capellano & Clerico extitit coadjutor. Uerum ex diuino credimus judicio contigisse quod ea pars manti que tegere anteriora debuerat multis uidentibus & ridentibus posteriora tegebat. Et cum ipse idem hoc emendare studiosius uoluisset quia caputium manti extra se raptum non poterat inuenire collo inferiorem fimbriam circumduxit ut saltem mantus ipse appensus ei quodamodo uideretur. Sicque factum est ut sicut torte mentis erat & intentionis oblique ita ex transuerso & obliquo mantum fuerit in testimonium sue damnationis indutus. Quo facto Porte Ecclesie que firmate fuerant reserantur & armatorum cunei quos sicut ex re apparuit pecunie largitione conduxerat euaginatis gladiis cum immenso strepitu cucurrerunt & pestis illa mortifera quia Cardinales & Episcopos non habebat armatorum caterua militum uallabatur. Considerate itaque uenerabilis in Christo Frater & Dilecti Filii tam piaculare flagitium diligenter attendite & uidete si est dolor sicut dolor iste & si ab exordio nascentis Ecclesie tanta uesania fuerit unquam ab aliquo Schismatico uel Heretico attentata. Fratres ue-

ro facinus tam immensum & a seculis inauditum ex insperato uidentes & formidantes ne a conductitiis militibus truncarentur se se in munitionem Ecclesie nobiscum pariter receperunt. Ibique nouem diebus continuis ne exinde libere exiremus fecit nos quorumdam Senatorum assensu quos pecunia oblata corruperat diu noctuque armata manu cum omni diligentia custodiri. Sane omni populo incessanter & jugiter acclamante & in Senatures pro tanta impietate multa immanitate fremente de custodia fuimus illius munitionis erepti. sed in arctiori & tutiori loco apud Transtiberim nos iidem Senatores recepta inde pecunia posuerunt. Cumque moram ibidem ferme per triduum fecissemus uniuerso populo tantam proditionem atque malitiam de cetero nullatenus substinente Senatores cum nobilibus & populo uenientes nos & fratres nostros per Urbem magnifice & honorifice cum immensis laudibus & preconiis campanis etiam in transitu nostro ubique pulsantibus conduxerunt. Et sic tandem a uiolentia persequentis erepti & nostre redditi libertati sequenti die dominico uigilia scilicet S. Matthei Uenerabilibus Fratribus nostris Gregorio Sabinensi Hubaldo Ostiensi Bernardo Portuensi Walthero Albanensi Joanne Signensi & Bertrando Tarracinensi Episcopis Cardinalibus quoque Abbatibus Prioribus Judicibus Aduocatis Scriniariis Primicerio & Schola Cantorum Nobilibus etiam & quadam parte de populo Urbis apud Nympham non longe ab urbe insimul congregatis manus consecrationis accepimus & sicut in Romana Ecclesia consuetudinis est ibidem Pontificali Regno magnifice fuimus ac solemniter coronari.

Ceterum predictus Octauianus cum pro consecratione imo execratione sua dum & in urbe esset & postquam latenter Urbem exiuit multos Episcopos conuocasset nullum prorsus preter unum Ferentinatem uidelicet habere potuit pro sua temeritate & uexania confirmanda. quosdam tamen Episcopos Imperialibus minis quosdam uiolentia laicali quosdam uero pecuniis & blanditiis allicere uoluit sed nihil Domino impediente profecit. Unde nec adhuc inuenire potest licet omnibus modis enitatur qui ei manus execrationis imponat & se tante faciat presumptionis & impietatis auctorem. uerum memorati Joannes & Guido cecitatis tenebris obuolu ti quoniam scriptum est Peccator cum uenerit in profundum uitiorum contemnet nec sic a sua presumptione damnabili resipiscunt quem sibi in statuam erexerunt obstinata perfidia uenerantur & cum relicta unitate Ecclesie presumunt usque adhuc tamquam Idolum aut simulacrum adorare. Ipse autem Antichristi tempora prefigurans usque adeo erectus est supra se ut etiam in templo Dei sederit ostendens se tamquam sit Deus & multi abominationem desolationis stantem in loco Sancto non sine multa lacrimarum effusione corporeis oculis inspexerunt. Sane nos infirmitatem nostram & uirtutum indigentiam cognoscentes nostrum in Domino jactamus cogitatum sperantes & de Christi misericordia plenius confidentes quod Ecclesiam Sanctam suam pro qua ipse idem

in

in substantia nostre mortalitatis apparuit ut eam sibi non habentem rugam aut maculam exhiberet optata facies tranquillitate letam & procellarum omnium inundatione sedata nihil erit quod iam possit obsistere ubi unius ejus sponsus uoluerit nubilosa queque & noxia propulsare. Nunc igitur quia nos de nostrorum meritorum qualitate diffidimus & de honestate & religione uestra plenam fiduciam obtinemus uestris & uniuersalis Ecclesie precibus infirmitatem nostram petimus adjuuari caritatem uestram per apostolica scripta rogantes & commonentes attentius ut sicut uiri catholici uos pro Domo Domini muros inespugnabiles opponatis & in deuotione ac fidelitate matris uestre Sacrosancte Romane Ecclesie immobiliter persistentes ab ejus unitate nullatenus recedatis. Quod si prefatus uir impietatis ad partes uestras aliqua damnationis sue scripta transmiserit ea sicut respuenda sunt respuatis & tamquam uana ac sacrilega contemnere & abjicere studeatis.

Nouerit insuper discretio uestra quod nos supradictum Octauianum Apostaticum & Schismaticum in octauo die a consecratione nostra (tunc enim terminum ei resipiscendi & ad unitatem Matris Ecclesie redeundi prefiximus) tamquam inobedientem & contumacem & illos qui ei manus presumerent non dicimus consecrationis sed execrationis imponere de comuni Fratrum nostrorum Episcoporum & Cardinalium uoluntate atque consilio accensis Candelis & cetu Clericorum in Ecclesia congregato uinculo anathematis & excommunicationis astrinximus & eos cum suo auctore Diabolo condemnauimus. Duos uero fautores ejus uidelicet Joannem de Sancto Martino & Guidonem Cremensem & Ferentinatem Episcopum qui ei presumit pertinaciter adherere alios quoque complices & principales ipsius coadjutores & omnes qui scienter ei communicauerint eidem excommunicationi & condemnationi decreuimus subjacere.

Datum Terracine tertio nonas Octobris.

NUM. CLXXII.

Dall' Archivio de' Canonici di S. Gio. in Monte. lib. VI. num. 18.

An. 1159. 8. Ottobre.

Bulgaro Causidico definisce una lite insorta fra' Canonici di San Vittore, e Cabalério, Medaxáno, e Gisla figli di Dondedéo di Doménico Cabalério.

In nomine Sancte & indiuidue Trinitatis anno ab incarnat. Domini Jehsu Christi millesimo centesimo quinquagesimo nono. Imperante domino Federico Romanorum Imperatore anno quinto imperii. Octàuo Idus oct. Indictione

ctione septima. In presencia bonorum hominum quorum nomina inferius declarantur. Scilicet presbiteri Petri de Sancta Marta. & Ildebrandi Nepotis sui. & guidonis mazangi & Johannis caga. & Alberti cabalerii. Dominus Burgarus causidicus cognitor controuersia que uertebat inter Canonicos Sancti Uictoris & Cabalerium & Medaxanum & gislam quondam filii domnidei de dominico Cabalerio partim per conuencione & consensu utriusque partis partim per ratione judicauit ut ipsa quia de qua controuersia erat inter eos scilicet de uia que pergit ad petram culcara ut maneat publicata & uacua & aperta & a nemine impedita in perpetuum nec per capitale terre predicte ecclesie que adjungitur predicte uie nec per terram & uineam predicti cabalerii medazani & gisle set & semper maneat uacua & ab omni homine publicata & per terram predicte ecclesie & per terram & uineam predictorum hominum & sic soluit dn. Albertus prepositus & Domnus presbiter Ugo predictus hominibus septem sol. Luc. jussu judicis. Si uero predictus domnus Albert. prepositus & ejus fratres & successores uel predictus Cabalerius & medazani & gisla predicta omnia ut supra legitur semper obseruare noluerint. det pars parti fidem seruata pene nomine sexaginta sol. luc. premissa stipulat. & post pena soluta omnia predicta . . . . uoluta omni . . . . . . permaneat. Act. . . .

Romane legis ego Wido tabellio Regis
Hoc instrumentum scripsi ceu cetera centum.

NUM. CLXXIII.

Dall' Archivio delle M. M. di S. Mattia.

An. 1160. 8. Maggio.

Gerardo Vescovo di Bologna consegna l' Imagine della Vergine Maria portata da Téocle Kmnia ad Azzolina e Beatrice Eremite per custodirla nell' eremitaggio del monte della Guardia.

Anno Domini Millesimo Centesimo sexagesimo die viii. intrante Madio. Actum in Monte de Guarda sub Heremitatico Domine Azoline & Beatrixie presentibus D. Rambertino de Guezis. D. Marchexinus Ottonellus Judex. D. Angellottus de Ursis & alii plures Testes. Dominus G. Episcopus Bononie dedit & assignauit suprascriptis Azoline & Beatrixie unam Capsulam de ligno cum Tabula ubi picta est Imago B. Marie manu B. Luche Eu. quam portauit de Constantinopoli in Ciuitate Bononie Theoclys Kmnia Heremita nationis Grecus ibi presens ad conseruandam tenendam & custodiendam in Heremitatico de Monte de Guarda pro se & earum successoribus in dicto Heremitatico ad honorem Dei & D. Imaginis. Prenominati

nati Dominus Episcopus & Theoclys Heremita hoc Instrumentum assignationis ut supra legitur scribere rogauerunt. Ego Uitalis Bilicie Dei gratia D. Domini Episcopi Notarius interfui & hanc Cartam Instrumenti consignationis rogatus scribere scripsi & sigillaui cum sigillo D. Domini Episcopi Indictione Octaua.

NUM. CLXXIV.

Dall' Archiv. de' Canonici di S. Gio. in Monte lib. VI. num. 33.

An. 1161. 23. Giugno.

Cesa moglie di Guido da Canossa dona alla Chiesa di San Vittóre, e di San Giovanni in Monte alcuni possedimenti in Paderno.

In nomine Sancte & indiuidue trinitatis. anno ab incarnatione Domini Nostri Jesu Christi mill. cent. LXI. Imperante domino Federico Romanorum Imperatore anno septimo Imperii ejus nono Kal. julii. Indict. VIIII. Ego quidem Cesa uxor guidonis de Canossa presente ipso Domino guidone & consentiente pro anima mea meorumque parentum dono & trado tibi gerardocio accipiente ad honorem dei & Ecclesie Sancti Uictoris & Sancti Joannis & ejus rectoribus & Successoribus in perpetuum de omnibus terris pratis pascuis silvis salictis quas habeo in loco ubi dicitur paterno & in ejus curte ut homines predictarum Ecclesiarum semper habeant jus & actionem & utilitatem pascendi & bauolandi totas predictas res que non pascuntur & bauolantur atque publicantur ab aliis hominibus. Sed cum predicte res custodiunt ab aliis hominibus.... & ab hominibus predictarum Ecclesiarum custodiantur & priuentur omnia uero que predixi in integrum in presenti dono & trado predictis ecclesiis & eius rectoribus & Successoribus in perpetuum ut habeant jus utendi fruendi sicut supra diximus. Ego uero ab omni quoque homine prescriptam rem legitime defendere & auctorizare predictis ecclesiis & ciues rectoribus promittimus. & si ego uel mei heredes predicta omnia obseruare noluerint semper & firmiter pene nomine predicte rei centum Sol. lue. predictis ecclesiis & rectoribus dare promitto & insuper hoc donationis instrumentum ut supra legitur omni tempore incorruptum tenere spondeo. Actum in Castro gissi indict. predicta.

Prenominata cesa predicta omnia ut supra legitur scribere mandauit.

Octobonus de Gesso & Liuane & Gerardus de rolando & Araldus rogati sunt testes &c.

Romane Legis Ego Guido tabellio regis
Hoc instrumentum scripsi ceu cetera centum.

NUM.

NUM. CLXXV.

Dall' Archiv. de' Canonici di S. Gio. in Monte lib. VI. num. 40.

An. 1162.... Luglio.

Federico Imperatore riceve in protezione i Canonici di San Vittóre.

In nomine Sancte & indiuidue trinitatis Fridericus diuina fauente clementia Romanorum Imp. Augustus. Transitorii regni dignitas & imperialis potestas ac sublimitas ad hoc potissimum ab omnium regum domino nobis concessa est ut seruos militesque Christi quos propria uoluntas propter amorem dei omnipotentis inopes facit existere usque in presenti seculo abjectos remanere attentius debeamus defendere & sub nostra imperiali protectione congruis honoribus refouere. hoc etenim si fecerimus cum regnum terrenum transeundo defecerit & indeficientis regni culmina procul dubio sublimiter obtinere non ambigimus. quocirca omnium Christi imperiique fidelium nouerit industria qualiter nos intuitum pietatis & religionis ecclesiam Sancti uictor's in monte & ecclesiam Sancti Joannis in monte cum omnibus suis obedientiis sub nostre auctoritatis defensione & imperialis dignitatis tuitione & mundiburdium suscepimus statuentes ut quascumque possessiones siue jura possessionum quecumque bona in presentiar. juste possidet & in futurum largitione imperatoris & regum concessione pontificum Principum marchionum. oblatione aliorum quorumlibet fidelium seu aliis quibuslibet justis & legitimis modis poterit adipisci nostra imperiali autoritate confirmata ac roborata usibus memorate ecclesie & fratribus ibidem deo pro tempore famulantibus perficiant. ex quibus quedam propriis duximus exprimenda uocabulis. scil. montem in quo ipsa ecclesia fundata est & quicquid habet in curte patherni. & in curte gleule. & quicquid habet infra plebem Sancti petri & in curte lopoliti. atque infra plebem Sancti Martini. & infra plebem Sancti Uincentii. & quicquid habet prescripium de Sancto Apollenare. & de Sancto Juhanne in casa pateria. & in uillanoua. & in maceratola & in curte casrenaxi. & in curte flexi. & in bagnarola. & in omnibus locis per totum comitatum bononiensem & insuper in toto ytalico regno cum domibus casis terris uineis siluis pascuis pratis canectis molendinis acquis paludibus piscationibus uiis ruinis & omnibus sibi pertinentibus. preterea concedimus & imperiali auct. decernimus ut supradicte Ecclesie fratres liberam facultatem habeant justo modo a quolibet adipiscendi possessiones & recuperandi uidelicet si possessiones pertinentes ab aliquo uel ab aliquibus injuste detineantur & tertio a fratribus

bus uel ab aliis ex nostre supradicte ecclesie uel cum uno peremptorio edicto a nostro judice commonito si justiciam facere noluerit liceat fratribus eisdem imperiali priuilegio munitis cum omni justicia & jure nulla lege contradicente ipsas ingredi possessiones. Ipsa quoque Ecclesia cum suis obedientiis ab omni infestatione seu molestia immunis existens nec ciuitati nec alicui pot. collectam foderum albergariam persoluat siue ad muniendam ciuitatem siue ad castrum edificandum sed nec pro aduentu imperiali uel regali uel alicujus principis. nulla denique grauamina alicujus occasionis optentu sentiant nec in iisdem montibus in quibus fundate sunt ecclesie scil. circa ambitum ecclesie & infra immunitatem ejusdem loci persona aliqua capiatur nec res alicujus uiolenter auferatur. hec autem omnia supradicte Ecclesie & suis obedientiis & fratribus ibidem deo pro tempore seruientibus omni contradictione remota usibus perficere eternaliter statuentes imperiali auct. jubemus salua per omnia imperiali justicia. Precipimus etiam ut nullus Archiep. Episc. Abbas dux Marchio Comes Capitaneus ualuassor consul rector sed nec aliq. ciuitas aut pot. nullaque regni nostri magna seu parua persona de his omnibus aliquid infringere uel imminuere presumat. Sed si quis quod absit presumpserit imperiali banno subjaceat & centum libras auri purissimi componat medietatem camere nostre & alteram partem supradicte ecclesie. quod ut ratum & inconuulsum omni tempore in posterum permaneat presentem paginam sigilli nostri impressione communiuimus. adhibitis testibus quorum nomina hec sunt Ulricus aquileg. patriarcha. Cunradus moguntinus Archiep. Hermannus fardensis episcopus. henricus leodiensis episcopus. hermannus hildehescimensis episcopus. Udo Cicensis episcopus. hermannus herefeldensis abbas. erleboldus stabulensis abbas. fridericus dux sueuorum filius domini cunradi regis. henricus dux austrie patruus domini Imperatoris. Cunradus palatinus Comes Reni frater domini Imperatoris. hermannus marchio de baden. Otto palatinus comes de Witelinesbak. burckardus Castellanus magdeburgensis. Udalricus dux. Udalricus de Burningen. heinricus mariscalcus. Hartmannus camerarius. Rudegerus camerarius. sigebido Camerarius & alii quam plures.

Signum manu friderici Romanor. Imp. inuictissimi.

Ego odalricus cancellarius uice Rainaldi Colon. Archiep. & archicancellarii recognoui.

Acta sunt hec an. Dominice incarnationis millesimo centesimo sexagesimo secundo indictione x. regnante domino Friderico romanor. imperat. uictoriosissimo. anno regni ejus decimo. Imperii uero octauo. datum in territorio Bononiensi post destructionem Mediolani 11. Kal. Julii.

NUM. CLXXVI.

Dall' Archiv. de' Canonici di S. Giovanni in Monte lib. VI. num. 43.

An. 1162. 22. Agosto.

Accarisio di Lamberto da Corte vende a Federigo Imperatore e per esso a Bono Canonico di S. Vittore alcuni terreni nel poggio di San Giovanni.

IN nomine Sancte & indiuidue trinitatis anno ab incarnatione domini nostri Jehsu Christi millesimo centesimo sexagesimo secundo imperante domino frederico Romanorum Imperatore. anno octauo Imp. ejus. undecimo Kal. Sept. ind. x. Constat me quidem accarisium filium lamberti de Curte hoc uenditionis instrumento in presentiarum perfecti dominii & proprietatis ac possessionis jure uendidisse & hujus rei gratia tradidisse tibi domno bono presbitero accipienti nomine domini frederici gloriosissimi Imp. ejusque heredibus in perpetuum scilicet omne quod filii mei habent & tenent in pojo Sancti Johannis in monte cum ingressu & egressu suo usque in uia publica & cum omnibus super se & infra se habentibus in integrum. Confines uero ejus sunt. A mane est uia que pergit ad ipsam ecclesiam & ipsa ecclesia. a sero & aquilone est uia publica. a meridie est fossatum ciuitatis & si qui alii fines sunt. infra istos uere fines in integrum omne quod filii mei habent & tenent & omne jus & act. quod ibi habent in presenti uendo & trado tibi prenominato emptori tuisque heredibus in perpetuum ad habendum tenendum & possidendum & in possess. suo nomine intrandum & quicquid tibi & tuis heredibus deinceps placuerit uestro nomine faciendum ut nullam litem nullamque controuersiam uel molestiam predicte rei nomine quolibet modo aliquo in tempore tu prenominatus emptor uel tui heredes a me uel a meis heredibus deinceps sustineatis. ego uero ab omni quoque homine prescriptam rem legitime defendere & autorizare tibi tuisque heredibus promitto. & si ego uel mei heredes predicta omnia firmiter obseruare noluero pene nomine predicte rei duplum ejusdem bonitatis & estimationis dare omneque dampnum tibi & tuis heredibus resarcire promitto. & insuper hoc uenditionis instrumentum ut supra legitur omni tempore incorruptum tenere spondeo. act. in Ciuit. bon. in domo predicti accarisii indicione predicta. Prenominatus uenditor hoc uenditionis instrumentum ut supra leg. scribere mandauit. Bezo Sacri Palatii judex & Cizabos. & pelauacca fil. Petri de Andrea. & albrigittus fil. Gerardi de Petro de uitale rogati sunt testes.

✠ Ro-

✠ Romane legis ego guido tabellio regis
Hoc instrumentum scripsi ceu cetera centum.

NUM. CLXXVII.

Dall' Archiv. della Badia di S. Stefano.

An. 1162. 15. Decembre.

Landolfo Abate di Santo Stéfano concede in enfiteusi a Pipióne e Ughetto figli di Usbergo una Casa nel Borgo di Strada Maggiore.

IN nomine sancte & indiuidue Trinitatis anno domini millesimo c. sexagesimo II. imperante domino fetherico. Romanorum imp. anno imp. ejus VII. octauodecimo Kal. Jan. indict. x. peticionibus emphiteoticariis annuendo ego quidem Dominus Landulfus gratia Dei Abbas Sancti Stefani qui uocatur Jerusalem hoc emphiteosin instrumentum presenti die renouationis causa do tibi pipioni & Ugeto osbergi tuisque heredibus terram quamdam cum casa supra se in burgo strata majore que est in longitudine pedes sexaginta. ab uno latere possidet maluillo. alio lat. tuscolus. ab uno cap. a te enphiteoticario sunt pedes nouem & digiti tres. alio capite a Stratam publicam sunt pedes nouem & digiti tres. infra hos fines cum omnibus super se & infra se in integrum. ad habendum tenendum & possidendum & quidquid tibi deinceps placuerit saluo jure dominii faciendum. Et post tuam tertiam progeniem exactam aliud emphiteosin instrumentum hoc modo renouetur & hujus rei nomine mihi & meis successoribus gratia pensionis in singulis annis in die Sancti Johannis de natiuitate domini in manu nostram denario quatuor uenec. tu & tui heredes exhibentis. ab omni homine legitime defendere & autorizare semper tibi & tuis heredibus promitto. Si qua uero pars que contra hanc emphiteosin facere presumpserit & non conseruauerit omnia predicta pene nomine soluat alteri partim fide seruanti sol. quinquaginta luc. & insuper omnia ut supra legitur semper firmiter teneat.

actum apud eccl. Sancti Stephani. anno indictione predicta. prenominatus emphiteocarius hanc apa ut supra leg. scribere rogauit.

Bezo Caus. legato Imperatori. Tancredus tursapello. petrus de arardo rogati sunt testes.

Ego Rodulfus tabellione apa ut supra legitur compleui & scripsi.

NUM. CLXXVIII.

Dall' Archiv. Vatic. Cod. num. 6024. fol. 152.

An. 1163. . . . . .

Lettera d' Alessandro III. Pontefice ad Enrico Re d' Inghilterra. Raccomanda Maestro D. Canonico di Lincoln Legoto per lo stesso Re alla Sede Apostolica.

Inter ceteros Magnificentie Tue Nuncios qui ad nostram presentiam accesserunt Dilectus filius noster Magister D. Scholasticis disciplinis & studiis quibus Bononie uacabat relictis nostro se conspectui presentauit. Et ad promouenda negotia tua sicut uir literatus prouidus & discretus studium & operam quantam potuit adhibere curauit. & se Excellentie Tue fidelem in omnibus & deuotum esistere certis judiciis comprobauit. Nos autem qui Viris Ecclesiasticis & illis maxime qui inter ceteros literatura honestate & discretione prefulgent & nostri officii debito subuenire debemus & eorum comodis cura propensiori intendere jam dicti D. scientiam egestatem & prudentiam ad animum sollicite reuocantes ipsum munificentie Tue duximus studiosius commendandum. Licet enim Nos pro eo Tua Clementia sollicitare deberet quia tamen personam ejus statum quoque & facultatem ipsius plenius nouimus Tuam pro eo sublimitatem nostris precibus preuenimus. Unde quoniam in Regno tuo de quo extitit oriundus natalis soli dulcedine captus potius quam in extera regione desiderat permanere Nos illi in eodem Regno curauimus prouidere. Credentes siquidem & sperantes quod munificentie Tue non debeat displicere si ejus necessitati pro commissi nobis ministerii auctoritate prospeximus eidem primam Prebendam quam in Ecclesia Lincolniensi uacare contigerit pia discretione concessimus presertim cum eum non solum Canonicatu sed & Episcopatu dignum esse credamus & ad hec quantum Nos comprehendere potuimus idoneum judicemus. Cum enim Ecclesia jam dicta proprio sit hoc tempore destituta Pastore justa nostri officii auctoritatem uices Episcopi in ea de regia deuotione ac sinceritate confisi suppleuimus & memoratum D. de prima Prebenda que ibidem uacabit Canonicum instituimus ne forte aliquo casu interueniente Nostre prouisionis impediretur effectus & idem desiderato gratie Tue munere frustraretur. Ad regie siquidem magnificentie cumulum non est dubium pertinere uiros literatura & honestate perspicuos & eos maxime qui de regno Tuo oriundi esistunt in beneficiis & aliis gratie muneribus retinere ne paupertatis occasione se ad exterorum regna cogantur transferre. Inde siquidem est quod serenitatem Tuam per Apostolica scripta rogamus monemus & esortamur

tamur in Domino ut quod a nobis super hoc factum est quantum ad tuam celsitudinem spectat ratum uelis & firmum haberi & ita executioni mandari ut idem ab aliquo malitiose turbari nequaquam sustineas nec occasione donationis uel promissionis in alium a quolibet facte id aliquatenus impediri permittas. Sed ita Nostras in hac parte preces exaudias sicut tuas a nobis cum opportunitas se obtulerit & quantum cum Deo poterimus uolueris exaudiri. In hoc enim sicut credimus dignam a Deo mercedem recipies & coram hominibus laudem multiplicem non immerito reportabis.

NUM. CLXXIX.

Dall' Archiv. Vatic. Cod. num. 6024. fol. 152.

An. 1163. . . . .

Lettera d'Alessandro III. Pontefice ad Enrico Re d'Inghilterra. Rende testimonianza alla fede dell' Arcidiacono di Salisbury, e di Maestro D. Canonico di Lincoln nella Legazione esercitata presso la Sede Apostolica.

Antequam secundi Nuntii Tui ad nostram presentiam accessissent Dilecti Filii nostri R. Archidiaconus Saresberiensis & Ricardus Bar & Magister D. Nostro se conspectui presentarunt & injuncto sibi negotio omnem quam decuit curam & sollicitudinem adhibuerunt & apud Nos plus justo etiam institerunt. Unde cum aliis superuenientibus & quia in labores illorum intrantibus ea que Nobis proposuerant locum nequaquam habebant prefati Viri una cum aliis qui postremo uenerant diligentes & studiosi fuerunt & maxime prefatus Archidiaconus & Magister D. postquam R. Socius illorum a nostra Curia recesserat non solum sicut & ceteri ad promotionem negotii Tui cum aliis sed etiam sine illis diserte ac sollicite laborarunt. Uerum si de illis in aliis litteris nostris mentionem non fecimus mirari non debes nec id alia credas ratione omissum nisi quia secundi Nuntii Tui pro eo quod cum illis non uenerant ipsos in literis suis nolebant apponi sed sicut uerbum gratius & magis acceptum attulerant sic responsum Regie Sublimitati soli reportare uolebant licet constanter proponerent quod eos post aduentum suum de Mandato Regio detinebant. Quare nos fidei & solicitudini quam circa injunctum sibi & sociis eorum negocium habuerunt significatione presentium testimonium duximus perhibendum presertim cum indignum esset ut qui in his non minus efficaciter aliis laborarunt sed cum eis potius in toto negocio usque ad consumationem steterunt minorem a Regia munificentia gratiam obtinere deberent.

NUM.

NUM. CLXXX.

Dall' Archiv. de' Canon. di S. Gio. in Monte lib. VII. num. 13.

An. 1164. 15. Giugno.

Testamento d' Alberto da Monzúno.

IN nomine Sancte & indiuidue Trinitatis an. Domini millesimo cent. sexagesimo quarto imperante Domino Fetherico Romano Imperatore anno imperii ejus nono. Septimo decimo Kal. Julii indict. XII. Ego quidem Alberto de Monzoni preuenire cupiendo meas scilicet res ac possessiones pro anima mea. Primo quidem uolo & confirmo donaciones quas feci ad Ecclesiam Sancti Victoris. omnes alias meas res quas dedi gierardo & guido nepotibus meis jure institutionis eis relinquo excepto illud quod dedi albinello & uillanello. Ita tamen ut ipsi nepotibus meis soluat XX libras denar. Luc. ad Ecclesiam Sancti Victoris de quibus XX libras ut ipsi canonici emant possessionem que semper permaneat ad utilitatem ejusdem Ecclesie. si autem non soluerint predictis meis nepotibus predictis XX libris infra tres menses post mortem meam uolo ut Ecclesiam Sancti Victoris habeat omnes res & possessionem que ego habeo & mihi pertinent a castro gleula usque ad paludem ad yscicem usque ad Lauinum. uinum quem ego habeo a grizana & ad Ellum uendatur & ipsos denarios & alios denarios quos habet Ugolinus marmorarius de meis uolo ut expendantur in opera paradisi Sancti Uictoris. blaua & uinum que in presenti annum colligentur de meis possessionibus uolo ut habeat Ecclesia Sancti Uictoris. Actum in domum de supradicta Ecclesia indict. predicta prenominatus Alberto per scripta omnia ut supra legitur causa memorie scribere rogauit.

Hec acta sunt in presencia Domini Episcopi gierardi & Domni Alberti prepositi & aliorum fratrum. & magister butirus.

Presbiter Johannes Butrigo de Sancti Joannis in persezeta & preiton. guidotto caneuarius. Petrus guassca & bonauenture calzolarius & hiacobus calzolarius rogati sunt testes.

Ego Rodulfus tabellio prescripta omnia ut supra legitur causa memorie compleui.

NUM.

NUM. CLXXXI.

Dall' Archiv. Pub. di Bologna Reg. Grosso T. 1. pag. 18.

An. 1164. 30. Giugno.

Gli uomini del Castello di Badalo giurano obbedienza al Comune di Bologna.

In nomine Sancte & indiuidue trinitatia. anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi M. C. L. X. IIII. imperante Domno Frederico gloriosissimo imperatore Romanorum. anno decimo Imp. ejus pridie Kal. julii indictione XII. in presentia bonorum hominum uidelicet consulum & aliorum hominum scilicet rodulfi de rainerio. & milantii. & rodulfi capelli. & alberici aimerici de aldia consulum. & guidonis lamberti de mundo. & lambertini filii sui. & Alberti de sala. & Azonis filii sui & petri de centu. & ardizonis lambertatiorum. & pipini. & rolandi de rodulfo de guarino. & ysinardi de ricardo. & scocuza presbiteri. & Guerrerii comitis de Albero. & auxilitti & petri carisindi. & ricardini. & petri filii ejus. & benni de ueterana. & atti. & pegulotti filii Ugonis dunzelli. & Tigrimi causidici. rodulfi de cuppa. & ugonis de arimundo. & albertini. & uillani. & ugolini filii rodulfi faxoli & alberti de albaro & petri de guidocto. rambertini de primadiccio. & matthei de rodulfo. Jacobi de Alberto de Urso. & corbolini. & buualelli causidici. boni bononii de teuzo calegario. Uguizionis de guiberto nagna. & uecli. & tectauini. uictorii de Aliprandino. & faffi calzolarii. & amuicis de portasteria. Guidonia de romancio. alberti petri de Uberto. & Guidonis de bonando. & negotiantis. & Ildebrandi gargognani. & guidonis de Buualello. & bonbioannis iouenzonis. & arardini. & flaccamercati. & ursonis garisindi. & aliorum quam plurium astantium in consilio bon.

Nos quidem homines de badalo acil. Uguitio de badalo. petrus sorodanus. attolianua. belbene. Raimundinus. enrigitus. ricardus. rainucinus. sigicellus. Bonusdeus de ancona. rainucinus de badalo juramus finem hominibus qui nos offenderunt propter imperatorem & tenere castrum badali ad honorem & saluamentum totius pop. bon. tam majorum quam minorum & pacem tenere & Werram facere quibus consules bonn. uel rector uel rectores qui pro tempore fuerint nobis perceperint & saluare personas & res bonn. communiter & singulariter pro nostro posse. & si offensam ab aliquo uel ab aliquibus patiantur pro nostro posse adjuuabimus & Stratam & treguam tenere s. quod nobis preceperint. & si in aliquo

liquo tempore uoluerint & requisiti fuerint predictum Castrum proprio facto Ciuitatis uel pro imperatoris seruitio omni occasione remota & dilectione postposita reddemus & affictum & feudum dabimus secundum quod consules & rectores qui pro tempore requisierint. & ostes & caualcatam secundum quod a nobis requisitum fuerit bona fide faciemus. & si hec omnia non obseruabimus obligamus predicte ciuit. & pop. omnia que habemus in toto episcopatu bon. ut liceat consulibus uel rectoribus qui pro tempore fuerint sua auctoritate introire & ad utilitatem ciuitatis tenere & s. quod supra scriptum est faciemus jurare omnibus hominibus habitantibus in castro & curte badali a XIIII. anno usque ad LX. & in omni capite X annor. predicta sacramenta reoouari faciemus sicut superius dictum. & ita perpetuo tenere.

Act. in Domo comunis bon. indictione predicta.

Prenominati Cons. bon. cum predictis hominibus badali predicta omnia ut supra leg. scribere mandauerunt.

Romane legis ego Guido tabellio regis
Hoc instrumentum scripsi ceu cetera centum.

NUM. CLXXXII.

Dall' Archiv. Pub. di Bologna Reg. Grosso T. I. pag. 19.

An. 1164. 30. Giugno.

Gli uomini del Castello di Battidizzo giurano obbedienza al Comune di Bologna.

IN nomine Sancte & indiuidue trinitatis an. Domini nostri Jesu Christi MCLXIV. imperante Domino Frederico romanorum imperatore semper aug. pridie Kal. Julii indict. XII. in presentia consulum bonn. uidelicet rodulfi de rainerio. & rodulfi de capello. & milancii. & alberici de aimerico de Aldia. & aliorum bonorum hominum quorum nomina hec sunt. Scil. guido de lamberto de mundo & Lambertinus ejus filius. & Albertus de sala & azo ejus filius. & petrus de cento. ardizone lambertacius. pipinus. rolandus de rodulfo de guarino. Ysnardus de ricardo. scocuza presbiter. werrerius de albore. auxilittus. petrus garisindus & ricardinus ejus filius. bennus de uetrana. Attus & pegolottus germani filii ugolini dunzelli. tegrimus judex. rodulfus de cuppa. Ugo de arimundo. albertinus & uillanus & ugolinus germani de saxolo. Albertus del albero. petrus de guidocto. rambertus de primadizo. Mattheus. jacobus fil. alberti de urso. Coruolinus. bualellus. bondolognus de Teuzo Calegario. uguizone de giberto nagna. ueclus. tettauinus. alipraodinus. saffus calzolarius.

rius. arnuixe de porta sterii. guido de romancio. albertus de petro de uberto. guido de bonando. negoxante. aldrouandinus gorgonanus. guido de bouarello. bonus johannes zouenzoni. arardinus flaccamercato. urso Garisindus. in istorum & aliorum quamplurium presentia astantium in consilio bon. nos homines de battidizo juramus finem omnibus qui nos offenderunt propter Imperatorem & tenere castrum battithici ad honorem & saluamentum totius pop. bon. tam majorum quam minorum & pacem tenere & werram facere quibus consules bonn. uel rector uel rectores qui pro tempore fuerint nobis perceperint. & saluare personas & res bonn. comuniter & singulariter pro nostro posse & si offensam ab aliquibus patiantur pro nostro posse adjuuabimus. & stratam & treguam tenere s. quod nobis preceperint & si in aliquo tempore noluerint & requisierint predictum castrum proprio facto ciuit. uel pro imperat. seruitio omni occasione remota & dilatione postposita reddemus & fictum & feodum dabimus s. quod consules pro tempore requisierint. & ostes & caualcatas secundum quod a nobis requisitum fuerit bona fide faciemus. & s. hec omnia non obseruabimus. obligamus predicte ciuitati & pop. omnia que habemus in toto episcopatu bonn. ut liceat consulibus uel rectoribus qui pro tempore sunt sua auctoritate & ad utilitatem ciuit. tenere. & s. quod scriptum est faciemus jurare omnibus hominibus habitantibus in castro & curte baptidici a XIIII. anno usque ad LX. & in omni capite X. annorum prescripta sacramenta renouari faciemus secundum quod superius dictum est & ita perpetuo tenere. & sicut quod superius dictum est faciemus jurare uxores nostras scilicet omnium dominorum & seruos nostros & filios qui habent etatem XII. annorum nec pro hoc facto scilicet pro recuperatione castri aliquid dedimus & si promisimus non dabimus & rationem & usum inter nos tenebimus & aliis fieri faciemus ad uoluntatem consulum uel rectorum aut rectoris qui pro tempore fuerint electi. hec omnia obseruabimus bona fide & sine fraude. Similiter nos ricardi & rigizones juramus quod faciemus jurare omnibus hominibus habitantibus in castris nostris qui sunt in episcopatu bonn. pro uoluntate consulum bonn. quod tenebunt stratam & treugam omnibus hominibus quibus consules bonn. preceperint & feodum & fictum s. quod consules ordinauerint faciemus jurare eos se soluturos. act. in domo de communi bonn. Indictione predicta.

Gerardus de ugo de ranberto. & johannes de uado. & zurzus. & Ugizone. & cazaguerra. & guido. & Zacherias. & aldreuandinus. & guido de girardazo. & tauernarius fil. rainaldini. & ubaldinus. & morandus. & rodulfinus. & rambertinus de francolo. & liualdinus Guilliarattha & rusticus not. omnes isti jurauerunt in consilio in domo de communi bonn. in presentia predictorum astantium in predicto consilio bononiensi.

Ego Albertus imp. frederici not. hoc instrumentum ut supra legitur scripsi & predicta Sacramenta audiui & interfui & ss.

Alia uice jurauerunt isti. Baldus. rodulfus seruus ejus. domna diamante. & domna Elia. & domna Galiana. & Domna teodora. Gerardus de ugo de ranberto. Johannes de uado. Zursus. uguizone. cazaguerra. guido. Zacharias. aldrouandinus. ugo de girardazo. Tauernarius fil. rainaldini. Ubaldinus. morandus. rodulfinus. rambertinus de francolo. liualdinus guilliacattha. Rusticus Not. gerardinus de Joanne. beltramellus. allidaxius. milliotus. cazzaliaitri. pizolus. rolandinus. ubertinus. bernardinus. sclantabene. Isimbardus. grazianus. albertinellus. pilatus. Gualfreduzo. Bacalarius. albrigittus. addeuertus. bonauentura. rodundus. calianus. rasuercinus. guiduzius. ueinardus. rodulfinellus. jambonellus. Scottus. ubaldinellus. guaitabulza. Zeuzolottus. raffus. luizius. brunittus. johanninus. boxius. azo. bernardinus. aldrouandus. Ubertinus. bonfidele.

NUM. CLXXXIII.

Dalle Delizie degli eruditi Toscani T. X. pag. 90.

An. 1164. 10. Agosto.

Federigo Imperatore riceve in protezione Alberto Conte da Prato, e le terre e Castella di suo diritto nel Bolognése e nel Fiorentino.

In nomine sancte & Indiuidue Trinitatis. Federicus Diuina fauente clementia Rom. Imp. semper Augustus. Imperialis Eminentie Celsitudo preclara suorum fidelium seruitia pre oculis sue Majestatis semper habere consueuit. Nobiles quoque uiros & eos qui pro dilatando Imperialis corone solio tempore pacis & guerre fideliter & strenue plurimos labores & maximas expensas tolerarunt congruis honoribus & amplioris gratie beneficiis decorare. Quapropter uniuersorum Imperii nostri fidelium per Italiam existentium presens nouerit etas & successura posteritas quod nos ex consueta benignitatis nostre gratia dilectum fidelem Principem nostrum Comitem Albertum de Prato & ejus legiptimos heredes & omnia que habet & detinet uel alii nomine suo habent uel detinent siue habiturus est & quicumque sunt in suo districtu sub nostra Imperiali protectione atque tutela suscepimus. Concedimus quoque predicto Comiti Alberto atque donamus & restituimus quodcumque Comes Albertus Auus ejus & filii & nepotes habuerunt. quod non sit ab auo alienatum & alicujus nomine suo uel ipse quoquomodo habet uel habuit. Restituimus etiam predicto Comiti Alberto

to quecumque Auus ejus Comes Albertus & filii & nepotes a se alienauerunt de comitatu ipsorum & quecumque alii homines de Comitatu ipsorum alienauerunt sicut ordinatum est in Ronchalia. In omnibus autem rebus & possessionibus & districtu infra nominatis & in omnibus aliis que habet uel habuit de consilio nostrorum Principum speciali largitate & prerogatiua omnia Regalia & jura & omnem nostram jurisdictionem quam habemus & que uel ad nos uel ad Imperium spectat quorum nomina sunt hec. Castrum uidelicet de Prato cum Aiolo & Canonicha & cum omnibus suis pertinentiis & districtu & magnum. Capraria. Simontanum. Quarantula. Licignanum. Salenulpe. Pogna. Fundignana. quarta pars de Cartignano. Castellum Florentinum. Ripamortara. Montetalliari. Dagole. Collebargianum. Petracorbaria. Ilci. Cornia. Castellina. Bueignanum. Cauoranum. Scarlinum. Mangone cum Cirignano. Bruscolo. Serraualese. Rocca Conflenti. Monticellum. Arcaza. Cerbaria. Vergnio. Monsacutus. Bargi. Pidierla. Ceraldo. Casii. Rocca de Uico. Camugnano. Baragazza. Limogno. Castilione. Creta. Mucone. Pilianum cum Spargo. Hec omnia cum omnibus aliis a Comite Alberto uel ab aliis nomine suo possessa cum Curtibus districtibus & pertinentiis suis in Alpibus Uallibus Montibus Planitiis Molendinis Aquis Aquarumque decursibus Insulis fluminum ripis Pedagiis Theloneis Mercatis & Mercatorum curaticiis Pascuis Padulibus Salcetis siluis cultis & incultis diuisis & indiuisis. Constituimus etiam ei usurarias suisque legitimis heredibus & bonas consuetudines quas Domus sua solita est habere tam in Ciuitatibus quam extra in Castellis Uillis & districtibus. Concedimus etiam ei & statuimus ut hec omnia predicta Imperiali authoritate libere habeat & absolute possideat ab omni hominum petitione in perpetuum omniumque hominum molestatione causaticie contradicentie remota. Insuper aquarum portibus & nauigiis. Statuentes igitur jubemus ut predictum Comitem Albertum in hac nostra donatione nullus Archiepiscopus nec Episcopus non Dux uel Marchio non Comes non Ciuitas non Potestas non Rectores uel Consules nullum Comune nullaque persona magna uel parua molestare uel inquietare uel diuestire presumat. Hujusmodi rei Testes sunt. Henricus Leodicensis Episcopus. Christianus Cancellarius. Otto Palatinus. Comes Marcoualdus de Grumbach. Comes Leobardus. Marchio Montis Ferrati. Comes Blandranensis. Blexo sacri Palatii Judex. Mantuanus Episcopus & alii quamplures.

Si quis uero hanc nostram auctoritatem uiolare presumpserit mille libras auri pro pena se compositurum cognouerit dimidium Camere Nostre & dimidium predicto Comiti. Ut autem hoc uerius credatur & ab omnibus conseruetur presentem paginam scribi & sigillo nostro injussimus premuniri.

Signum Domini Federici Romanorum Imperatoris Inuictissimi.

Ego Cristianus Curie Cancellarius Uice Domini Coloniensis Archiepiscopi & Italie Archicancellarii recognoui.

Actum quoque est anno Dominice Incarnationis millesimo centesimo sexagesimo quarto. Indictione xr. Regnante Domino Federico Rom. Imperatore Serenissimo. Anno Regni ejus xii. Imperii uero X.

Datum Papie quarto Idus Augusti.

NUM. CLXXXIV.

Dall' Archiv. Pub. di Bologna Reg. Grosso T. I. pag. 19.

An. 1164. 14. Decembre.

Gli uomini del Castello di Gesso giurano obbedienza al Comune di Bologna.

Anno Domini nostri Jehsu Christi MCLXIIII. Imperante domno Frederico Romanorum imperatore semper aug. XIIII. die int. mense decembre Indictione XII. In presentia bonorum hominum quorum nomina hec sunt uidelicet. Aloysius presbiter. Guido presbiter. rolandus de gisso. ricardinus de cellula. Domnus manfredus not. Petrus amiratus. jacobus. octo de Sturlino. petrus grassus. petrus drago. Guido de rodulfo fronte. aldrouandinus de bonizis. In istorum & aliorum quamplurium presentia. Albertus de Aimerico de Aldia consul Bon. pro se & sociis suis omnibus Rodulfo de rainerio. Rodulfo Capello. & Pedeuacca. & Milancio. & Guido de Albergo treguanus pro se & pro sociis suis s. Arimundo & Guinicello dederunt dunlionum de Gisso Gerardo de Gisso & Guidoni & omnibus eis qui hucusque habuerunt & tenuerunt eum pro Comuni Bon. & ipse girardus & guido & niger ejus filius & girardus de Sancto Michaele & petrus filius uguizonis & uguizone. & isti de masnara eorum. uidelicet pisone. & alamannus. bertolottus mali auriculi. rusticellus. omnes isti jurauerunt tenere castrum & dunlionem gissi ad honorem & saluamentum totius pop. bon. tam majorum quam minorum. & pacem tenere & guerram facere quibus Consules bon. uel rector & rectores qui pro tempore fuerint uobis preceperint. & saluare personas & res bonn. comuniter & singulariter pro suo posse. & si ciues bonn. offensam ab aliquo uel ab aliquibus patiantur pro suo posse adjuuabunt in tota eorum fortia. & treuguam & stratam tenebunt s. quod consules Bonn. eis preceperint. & si in aliquo tempore uoluerint & requisiuerint a nobis predictum Castrum omni occasione remota reddemus. & fictum & feodum dabimus secundum quod consules & rectores qui pro tempore requisierint & hostes & caualcatas secundum quod a uobis requisitum fuerit bona fide facie-

ciemus. nec pro hoc facto s. pro recuperatione dunlionis aliquid dedimus & si promisimus non dabimus. & rationem & usum inter nos tenebimus & aliis fieri faciemus. & ad uoluntatem consulum bon. uel rectorum uel rectoris qui pro tempore fuerint electi. & hec omnia obseruabimus bona fide & sine fraude & in omni capite x annorum faciemus renouari predicta sacramenta si placuerit consulibus bonn. uel rectori uel rectoribus qui pro tempore fuerint.

Prenominatus Consul & treguanus pro se & sociis suis hoc instrumentum ut supra legitur ut predicti sacramentarii similiter scribere rogauerunt.

Ego Guido rubei Imp. henrici not. hoc supradictum instrumentum sicut quod uidi scriptum per manum alberti imp. Frederici not. & percipere potui scripsi & exemplaui.

NUM. CLXXXV.

Dall' Archiv. Pub. di Bologna Reg. Grosso T. I. pag. 12. v°.

An. 1165. 28. Maggio.

Il Comune di Bologna riceve in accomandigia il Castello, e gli uomini di Triforce.

In nomine sancte & indiuidue trinitatis. anno ab incarnatione domini nostri Jehsu Christi MCLXV. imperante domino Frederico gloriosissimo Romanorum imperatore. anno decimo imperii ejus quinto Kal. Junii. ind. XIII. Constat nos quidem uitalem & petrum saluum & guilelmum de petro de guido consules trifertie. & attonem & paulum & dominicum sternum & albertinum & tigrimum & caluum. & johannem blancum & Willelmum saluum atque ubertum saluum. & leum & boniohannem saluum. bonumpetrum stancagrillum. guidonem de alberto & Johannem & petrum filios rambertini nicholai de malotalento. Rolandum de petro de rolando & bonumfantem capernalem. Bonum johannem de Warnerio. Johannem de tadi & adelardum. Guilielmum. Cauaturtam. Johannem bonum de adelardo & Watnerium de dino. asprandum. petrum de aldrebando. dominicum campanarium & Johannem de atto ac uiuianum crassum & Johannem de Uetrana & gisinm pizuitium & ugolinum de drudo & albertinum malumgubernatum & fratrem ejus guidonem. gandulfinum de crescentio & arpinellum nepotem ejus. Ildebrandum de porta & bonumfilium de Croce. Tanzum de Guilelmo & martinum de Salperto. Ugolinum de bonofante pro nobis & pro toto populo Trifortie eis assistentibus & precipientibus hoc donationis instrumento simpliciter donasse & hujus rei gratia tradidissemus tibi domino Guidoni bonn. rectori & henrico de fracta, & gualandino. & ar-

& artinisio. atque ramberto de primadizo. & ugoni de sublo. & ramberto de albaro. & petro de petro garsendo. Bernardo de uetrana. Ugoni de bonfantino trenguanis. atque guilielmo & henrico & tigrimo & odrico bonn. judicibus accipientibus pro uobis & pro cunćto pop. bonn. uestrisque heredibus & success. in perpetuum. uidelicet totam terram aratoriam & runcum quod habemus subtus plebem galisani cum ingressu & egressu earum usque in uiis publicis & cum omnibus supra se & infra se habent. in integrum. Confines uero ejus sunt. a mane & a sero & ab aquilone possident predićti donatores a meridie est stradolum. omnia uero que prediximus in integrum & omne jus & aćtionem quam infra predićtos confines habemus & nobis pertinet in presenti donamus & tradimus uobis & toto pop. bon. uestrisque heredibus & successoribus in perpetuum ad habendam tenendum & possidendum & in possess. uestro nomine intrandum & quicquid uobis & uestris successoribus deinceps placuerit uestro nomine faciendum. ita ut non liceat uobis nec uestris successoribus eam terram nullis hominibus alienam nec pignori obligare neque in feudum dare sed semper ad utilitatem eamere pop. bon. retinere. Nos uero ab unoquoque homine prescriptam rem semper defendere & aućtorizare secundum nostrum posse uobis & uestris successoribus promittimus. & si nos uel nostri heredes & successores predićta omnia firmiter semper obseruare noluerimus & hanc donationem quolibet modo infringere temptauerimus pene nomine predićte rei duplum predićto dare populo promittimus & insuper hanc donat. ut supra legitur omni tempore incorruptam & inuiolatam tenere spopondimus.

Aćtum in uico triforce indic. predićta. prenominati triforcienses predićtam donationem ut supra legitur scribere mandauerunt & aliam donationem olim ab eis pop. bon. faćtam laudauerunt & firmauerunt & firma se tenere spoponderunt ita ut pop. bon. adjuuent eos uidelicet pop. triforcie omnia eorum bona retinere & defendere & omne jus & aćtiones eorum bona fide tueri. Petrus saltisanus. bonifacius scutifer domini guidonis & albertinus uallator & tancredus de podio & raimondinus filius episcopelli rogati sunt testes.

Quarto Kal. Junii indić. predićta. in presentia Lugarelli & Bolognetti de Porta steria & enrigini de porta steri & petri garamanti & Arienisi & Alberti corui & aliorum multorum. dominus Wido de Canossa bon. rećtor ex parte bonn. promisit predićtis triforcensibus se adjuuaturos eos retinere eorum possessiones & omne jus & rationem & defendere eos & eorum bona a quibus potuerit bona fide in perpetuum. Aćt. in Ciuitate bonn. Indić. predićta.

Romane legis ego Guido tabellio regis
hoc instrumentum scripsi ceu cetera centum.

Ego martinus de urbino imp. aućt. not. & nunc comunis bonn. hoc instrumentum sicut quod uidi in autentico originali scripto per manum guidonis

donis tabellionis mandato domini Rodulfi guidonis borgognonis comitis pot. bon. & domini musarelli & domini yuani procurat. communis bon. in libro communis posui & exemplaui & scripsi.

NUM. CLXXXVI.

Dall' Archivio de' Principi Lambertini.

An. 1165. 8. Luglio.

Concordia fra Lamberto detto Lambertino di Guido, e gli uomini del Castello di Galièra.

ANNO domini millesimo centesimo sexagesimo quinto VIII. Id. julii. Indict. XIII. In presentia comitis rodaldi & comitis ugolini & alberti de corrigio. & alberti ursonis & buualelli & pelauacce & ubaldi de albaro & munsi de petro de asinella. & ricardini de petro garisindo & aliorum quamplurium. Facta concordia inter domnum Lambertinum & homines galerie dandi obsides de hominibus galerie quantos & quales domnus Lambertinus uellet pro offensa que uidebatur facta ipsi domno ab hominibus galerie. Niger. uerardinus. petrocinus de prebouo. Arnolfus. gratiadeus. acarsius. Johannes de aimo. Petrus de caluo. paganellus. uosererius. segnoritus. Guizardinus. Leo. Inginolfus. Ricardinus de malgermo. albertinus de aroilda. martinus blancus. Bernardus de bono. Apolonius. Kabriel. martinus bonofus. Leozolus de martino uilano. Petrocinus de Markisella. galiatore. gariuoldus. Paganellus de alleuertis. Odericus de martino de secco. Petrocinus de elica. Dominicinus de sancto Uenanzo. Lambertinus de petro piscatore. Albertinus de martino sclo. Albertinus de saracina. Albertus bosardus filius de bella donna. Gerardus de Leuto. Omnes isti dederunt se obsides predicto domino Lambertino & tactis sacrosanctis scripturis iurauerunt manere bona fide in ostazaria predicti domini Lambertini ubicumque ipse uellet nec de ea exire nisi de uoluntate domini Lambertini uel sui certi nuntii. & hoc totum factum fuit uoluntate & concordia populi galerie. Actum in galeria indic. predicta.

Ego Angelus sacri pallatii not. his omnibus interfui & rogatus s. s.

NUM.

NUM. CLXXXVII.

Dall' Archiv. secreto di Modena. Reg. de' Privil. T. I. pag. 131. num. 40.

An. 1166. 20. Luglio.

Giuramento del Comune di Bologna in favore de' Modenesi.

Nos Bononienses juramus saluare & custodire personas mutinensium & eorum bona & personas omnium habitantium in toto comitatu & episcopatu mutine & eorum bona in toto nostro districtu & episcopatu. & stratam & treuguam tenere inter nos exceptis latronibus & falsatoribus & inimicis imperatoris. & si quis de nostris ciuibus uel de nostro episcopatu uel comitatu debitor est ex quacumque causa soluere faciemus si habet unde soluat. Si uero non habeat unde soluat de ciuitate & nostro districtu expellemus bonis ablatis & destructis. Si plures sint fidejussores de Bononiensibus & Mutinensibus quorum unusquisque in solidum sit obligatus pro parte eos soluere compellemus. Predas in preteritum a duobus annis factas a nostris hominibus tam de ciuitate quam de episcopatu simpliciter restituere faciemus. In futurum uero factas usque ad quinquennium similiter restituere faciemus. & si restituere non possunt de ciuitate & toto nostro districtu expellemus bonis ablatis & destructis bona fide infra xxx. dies postquam requisiti fuerimus. & si necessarium fuerit inter nos ad supradictos malefactores puniendos inuicem inter nos auxilium dabimus. & si aliquis de nostris in ciuitatem nostram uel episcopatum & comitatum confugerit similiter ut nostros puniemus. Hec omnia obseruabimus bona fide & sine fraude ab hinc usque ad festiuitatem sancti Michaelis & ad festiuitatem sancti Michaelis usque ad v. annos finitos salua fidelitate imperatoris. anni domini MCLXVI. XIII. Kal. Augusti. Indictione XIIII. Actum in Rastiliolo.

Romane legis ego Wido tabellio regis subscripsi.

Ego Degoldeus sacri Palatii notarius hoc exemplum ex autentico ut uidi & cognoui & sic in eo legitur exemplaui.

NUM.

NUM. CLXXXVIII.

Dall' Archiv. Pub. di Bologna. Reg. Grosso T. I. pag. 29.

An. 1167. 1. Decembre.

I Comuni di Venèzia, Veróna, Vicenza, Pàdova, Trivìgi, Ferràra, Brèscia, Bèrgamo, Cremóna, Milàno, Lodi, Piacenza, Parma, Màntova, e Bologna giurano i primi statuti della lega Lombarda.

Ego juro quod adjuuabo Uenetias & Ueronam & castrum & suburbia & Uicentiam & Paduam Triuixium Ferrariam & Brissiam Bergomum Cremonam Mediolanum laudem Placentiam Parmam *Mutinam* (*) Bononiam & omnes homines & omnia loca quecumque fuerit in hac concordia cum his predictis ciuitatibus & ceteris qui in concordia fecerint nobiscum hoc sacramentum contra omnem hominem quicumque nobiscum facere uoluerit & guerram aut malum contra quod uelit nos plus facere quam fecimus a tempore Henrici Regis usque ad introitum Imperatoris F. Et non ero proditor alicujus infrascriptorum locorum uel alterius qui nobiscum fuerint in hac concordia. Et si sciuero aliquam personam que uelit hoc facere uel si quis me de hoc interpellauerit quam citius potero in communi contione uel consilio manifestabo. Et si qua gens uenerit supra aliquam suprascriptarum ciuitatum uel locorum uel hominum & ibi dampnum aduenerit nos illud dampnum reficiemus aut per concordiam aut sicut illi jactauerint per libram hoc dampnum s. in equis aut in armis. Si per commune consilium cujuscumque ciuitatis aliquam ciuitatum uel castrum preliabunt & inde dampnum aduenerit similiter reficiemus. Preterea si a modo de inimicis aliqui capti fuerint ab his ciuitatibus aut ab aliis que erunt nobiscum in concordia & de nostris ab inimicis capti fuerint similiter cambientur sine contrarietate bona fide. Studiose non offendam personas uel res eorum qui hoc sacramentum fecerint exceptis hominibus mee ciuitatis. Et si fecero infra triginta dies postquam mihi requisitum fuerit sigillo illius ciuitatis capud cause restituam nisi parabola illius qui dampnum passus fuerit remanserit. & preceptum & precepta omnia que rectores mee ciuitatis mihi fecerint ex districta sacramenti superattendam his negotiis sine fraude nisi remanserit parabola alicujus rectoris mee Ciuitatis & nisi fuerint pecunia corrupti uel timore suarum personarum uel propter captionem hoc fecerint. Uel si aliquid suprascriptorum acciderit uel si exierit de sua administratione ego ero operator eli-

(*) Sembra certo che debba leggersi *Mantuam* per cause manifeste agli anni seguenti. Veggasi infatti posteriormente in quest' atto medesimo il giuramento dei capi, nè Modena s' incontrerà nominata.

eligendi alios infra quindecim dies & eorum precepta attendam. Similiter neque pacem neque concordiam aut guerram recredutam aut treuguam faciam sine communi consensu & consilio suprascriptorum locorum & adjuuabo omnes homines qui fecerint hoc sacramentum contra omnem hominem qui hac occasione uoluerit eos offendere. Et jurare faciam omnes homines masculos mecum habitantes XIIII. annos habentes usque ad LX. infra mensem postquam juratum habuero exceptis Clericis conuersis assideratis mutis cecis. & hec omnia a proxima pascha uentura usque ad annos xx. Nec fraudolenter dimittam quin totum adimpleam bona fide sine fraude & malo ingenio & que predicta sunt omnia obseruabo ciuitati predicte. & omnes qui fuerint secum in concordia hac exceptis Ueneticis qui ita debent juuare s. cum omnibus usque in Brentam & usque in Ciuitate noua si opus fuerit & usque menstrem & baledello & per mare & per padum & per alias aquas dulces ubi possunt sine fraude. Similiter & tu non teneris uenire mecum per aqnam in aliqua parte sine tua uoluntate sed oos juuabimus Uenet. sicut circumdat antiquus fluuius & usque Lauretum & usque Liquentia. Preterea si aliquid auere aliunde aduenerit aut ab imperatore Constantinopolitano aut a rege Sicilie saluo nobis Ueneticis hoc quod nos Marchianis dedimus & eo expendio saluo quod fecimus in legatione predicti imperatoris aut regis pro hac re bona fide omnia patiemur & sine fraude erimus studiosi operari omnia ad communem utilitatem. Et quicquid rectores predictorum locorum uel aliorum qui nobiscum fuerint in hac concordia omnium uel majoris partis addiderint uel minuerint uel si de aliqua concordauerint bona fide & sine fraude obseruabo.

Omnes Consules Longobardie istarum Ciuitatum & Marchie Uen. & Ferr. in concordia remiserunt sacramentum scholarium & mercenariorum seu suorum seu habitantium nisi fuerint milites.

Ego juro quod faciam me capud & guidam ad defendendum ciuit. Uenet. Uer. & castrum & suburbia Uic. Pad. Triuixium Ferr. Briss. Berg. Cremon. Mediol. Laudum Plac. Parm. Mant. Bonn. & aliarum Ciuitatum & locorum que in concordia suprascriptarum ciuitatum fecerint hoc sacramentum. bona fide ero operator communis commodi & utilitatis supradictorum locorum & ad retinendas rationes illorum qui fecerint hoc sacramenrum sub precepto rectorum illius ciuitatis ubi morator reus. uel sub precepto judicis quam ipsi elegerint. Et si aliquod commodum mihi euenerit causa alicujus ciuitatis nobis adjungende seu alicuius gentis uel hominis seruabo illud ad communem utilitatem omnium suprascriptorum locorum. Et hoc attendam donec ero in meo presenti regimine.

Millesimo centesimo sexagesimo septimo. primo die mensis Decembris Indict. xv.

NUM.

NUM. CLXXXIX.

Dall' Archivio de' Canonici della Chiesa Parmigiana Sec. IX. num. XVI.

An. 884. 16. Marzo.

Maimberto Vescovo di Bologna investe Wicbôdo Vescovo di Parma del Monastero di San Prôspero in Panigâle di là da Reno. (*)

In nomine Domini. temporibus Marino Apostolico pontificatui ejus. in Dei nomine tanno primo Imperante Dno nostro Karolo Magno Imperatore anno imperii ejus in Dei nomine quarto die sexto decimo mens. martio. indictione secunda. Rauenna. Adnotatio facta a Domno Wihbodus episcopo pro futuris temporibus ad memoria retinendum. qualiter in presentia Sacerdotes & bonos hac nobiles homines traderet & inuestiret mihi Mahimbertus uenerabile Episcop. sanctae Bononien. Ecclesie de monasterio santi Prosperi transfluuio reno in fundo Panicale tradaret & inuestiret mihi de ipso monasterio sancti Prosperi cum omnem suam pertinentiam pro sua manu. & dicebat ipse Mahimbertus episcopus. ego pro mea mano trado & inuestio tibi Wihibodo episcopus de Monasterio sancti Prosperi trans fluuio Reno in fundo Panicale cum omnem suam pertinentiam seu adjacentiam ad ipso Monasterio pertinentem in integrum. hec traditione & inuestitione facta est in presentia Maurus Archipresbirer Gregorius Archipresbiter Martinus Archipresbiter Majurianus Archipresbiter Urso Presbiter de Bueta Leo Presbiter de Trealio Gusperto Presbiter Ragimbrando Presbiter Urso Presbiter de Lepediano Petrus Clericus filius Gemmi leo filio nouelli not. Dainbaldo Gotescalco Leopardo Gemmo de Catiano.

N n 2 ✠ Maim-

(*) Io mi sono riputato in debito di publicar quest'atto comunicatomi cortesementa in Parma dal celebre Padre Ireneo Affò Proprefetto di quella Regia Bibliotaca, mentre la serie de' monumenti era impressa poco meno cha intiera. Dato in Ravenna, a' tempi di Romano Arcivescovo, agginnge causa per congetturar che Maimberto Vescovo di Bologna fosse il medesimo con Majoráno Diacono Bolognése, altrimenti Maimberto, per lo cui fatto eran derivati recentemente al gravi scandali nel Clero, e popolo Ravennáte. Ma poichè apparė, ch' ei reggesse la Chiesa Bolognese, quando Maríno sedeva in Roma, l'argomento di quello scisma, che la perturbò, non potrà ripetersi dalle susseguenti rivoluzioni accadute in Roma nel breve Pontificato del sesto Stéfano, come indicammo, nè senza dubitazione; e sarà consiglio migliore il supporlo un seguito degli scandali antecedanti, o il sospender piuttosto qualsivoglia giudizio fintanto, che alcuna carta esca a rischiarar le tenebre, che ci avviluppano. V. nella P. I. del Vol. I. pag. 99. 103.

✠ Maimbertus exiguus Episcopus in hac breue traditionis m. m. subscripsi.
✠ Ego Martinus archipresbiter ibi fui & ss.
✠ Ego Gregorius archipresbiter m. m. ss. ibi fui.
✠ Petrus Presbiter ibi fui & ss.
✠ Ego Majurianus Archipresbiter ibi fui & subs.
✠ Ego Petrus Subdiaconus ibi fui m. m. ss.
✠ Ego Geromo ibi fui & ss.
Sig. †† m̄b. Cotescalco & Apolenare qui ibi fuerunt rogati test.
Ego Raginbaldus not. Scauino ibi fui & de tradato rog. scripsi.

NUM.

NUM. CXC.

Testimonianze de' Scrittori Greci, e Latini.

Da Appiano Alessandrino nel libro III. delle guerre Civili.
pag. 926.

ΟἹ δὲ ὑπὸ τῷ Πάνσᾳ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐξηροῦντο, δυσκαρτέρως δ' ὅμως ἐπ' ἴσης ἑκάτεροι, μέχρι ὁ Πάνσας τὸν λαγόνα τρωθεὶς ἐς Βονωνίαν ἐξεφέρετο.

Ivi pag. 929.

Πυθόμενος τούτων ὁ Δέκιμος, ἔτι τε πρὸ τοῦ ποταμοῦ, καὶ καλῶν ὀνόματι τὸν Καίσαρα σὺν βοῇ τὰ γράμματα τῆς βουλῆς ἀνεγίνωσκε διδούσης οἱ τὴν κελτικὴν ἡγεμονίαν, ἀπηγόρευέ τε Καίσαρι χωρὶς ὑπάτων μὴ περᾶν τὸν ποταμὸν εἰς ἀλλοτρίαν ἡγεμονίαν, μηδὲ ἐπὶ Ἀντώνιον ἔτι χωρεῖν. αὐτὸς γὰρ αὐτὸν διώκων ἀρκέσειν· ὁ δὲ ἤδει μὲν ὑπὸ τῆς βουλῆς αὐτὸν εἰς τήνδε τὴν θρασύτητα αὐξανόμενον, δυνηθεὶς δ' ἂν ἐκ προσταγμάτων ἑλεῖν, ἐφείδετο ἔτι, καὶ πρὸς τὸν Πάνσαν ἐς Βονωνίαν τραπεὶς, ἔγραφε τῇ βουλῇ περὶ ἁπάντων.

Ivi lib. IV. pag. 953.

Καῖσαρ μὲν, καὶ Ἀντώνιος ἐς φιλίαν ἀπ' ἔχθρας συνῄεσαν ἀμφὶ Μυτίνην πόλιν, ἐς νησῖδα τοῦ Λαβινίου ποταμοῦ βραχεῖάν τε καὶ ὑπτίαν, ἔχων ἑκάτερος ὁπλιτῶν τέλη πέντε, καὶ τάδε ἀλλήλοις ἀντικαθιστάντες, ἐχώρουν σὺν τριακοσίοις ἑκάτερος ἐπὶ τὰς τοῦ ποταμοῦ γεφύρας. Λέπιδος δὲ αὐτὸς προσελθὼν, διηρεύνα τὴν νῆσον, καὶ τῇ χλαμύδι κατέσειεν ἥκειν ἑκάτερον.

Da Cássio Dióne nel libro XLVI. della Storia Romana
n. 36. pag. 475.

Ὁρμήσαντες ἐν Βονωνίαν μὲν ἐκλειφθεῖσαν ὑπὸ τῶν φρουρῶν, ἀμαχεὶ παρέλαβον, καὶ τοὺς ἱππέας τοὺς μετὰ τοῦτο ἀπαντήσαντας σφίσιν ἐτρέψαντο. ὑπὸ δὲ τοῦ πρὸς τῇ Μυτίνῃ ποταμοῦ, τῆς τε ἐπ' αὐτῷ φυλακῆς, οὐχ οἷοί τε ἐγένοντο περαιτέρω προχωρῆσαι.

Ivi. n. 37. pag. 476.

Καὶ μετὰ ταῦτα προνομεύοντές τινες ἀπ' ἀμφοτέρων, ἐς χεῖρας ἦλθον. κἀκ τούτου καὶ τῶν λοιπῶν ἐπιβοηθησάντων ἑκατέροις, μάχη τε ὀξεῖα ἐγένετο, καὶ ἐ-

κρά-

κρατήσειν ὁ Ἀντώνιος. τούτοις τε οὖν ἐπαιρόμενος, καὶ τὸν Οὐίβιον πλησιάζοντα αἰσθόμενος, προσέβαλε πρὸς τὸ ἔρυμα τῶν ἀντικαθεστηκότων, ὅπως προεξελὼν αὐτὸ ῥᾷον τοῦ λοιποῦ πολεμήσειε. καὶ ἐπειδὴ τά τε ἄλλα, πρός τε τὰς συμφορὰς καὶ πρὸς τὴν ἐλπίδα τὴν παρὰ τοῦ Οὐιβίου, διὰ φυλακῆς ἐποιοῦντο, καὶ οὐκ ἀντεπεξῄεσαν, κατέλιπε καὶ ἐκεῖ μέρος τι τοῦ στρατοῦ, καὶ προσμιγνύναι τε σφίσι κελεύσας, ὅπως καὶ αὐτὸς ὅτι μάλιστα παρεῖναι δοκοίη, καὶ φυλάττειν ἅμα μή τινες κατὰ νώτου οἱ προσπέσωσι. διατάξας δὲ ταῦτα, ἀπῆρε συχνοὺς λαβὼν ἐπὶ τὸν Οὐίβιον ἀπὸ Βονωνίας προσιόντα. καὶ αὐτόν τε ἐνεδρεύσας κατέτρωσε, καὶ τοὺς λοιποὺς τῶν στρατιωτῶν ἀπέκτεινε, τινὰς δὲ καὶ ἐς τὰ φράγματα κατέκλεισε.

Ivi n. 55. pag. 489.

Συνῆλθον δὲ ἐς τοὺς λόγους οὐ μόνοι, ἀλλὰ στρατιώτας ἰσαρίθμους ἔχοντες, ἐν νησιδίῳ τινὶ τοῦ ποταμοῦ τοῦ παρὰ τὴν Βονωνίαν καταῤῥέοντος, ὥστε μηδένα ἄλλον μηδετέροις προσγενέσθαι. καὶ οὕτω πολὺ ἀπὸ τῶν παρόντων σφίσιν ἀποστάντες, ἀλλήλους τε διηρεύνησαν μὴ καὶ ξιφίδιόν τις ὑπὸ μάλης ἔχοι, καὶ διαλεξάμενοί τινα ἡσυχῇ, τὸ μὲν σύμπαν ἐπί τε τῇ δυναστείᾳ, καὶ κατὰ τῶν ἐχθρῶν συνώμοσαν.

Ivi lib. L. n. 6. pag. 607.

Καίσαρι μὲν ἥ τε Ἰταλία· πάντας γὰρ τοὺς ὑπὸ τοῦ Ἀντωνίου ἀποικισθέντας, τοὺς μὲν ἐκφοβήσας, ἅτε ὀλίγους ὄντας, τοὺς δὲ καὶ εὐεργετήσας προσετίθετο. τά τε γὰρ ἄλλα, καὶ τοὺς τὴν Βονωνίαν ἐποικοῦντας, αὐτὸς αὖθις, ἵνα δὴ καὶ ὑφ' ἑαυτοῦ ἀπῳκίσθαι δοκῶσι, προσκατεστήσατο. ἥ τε οὖν Ἰταλία, καὶ ἡ Γαλατία, τό, τε Ἰβηρικόν, καὶ τὸ Ἰλλυρικόν, καὶ Λίβυες . . . .

Da Plutarco nella Vita di Cicerone. pag. 884.

Ἐγίνοντο δ' αἱ σύνοδοι μόνοις ἀπόρρητοι περὶ πόλιν Βονωνίαν ἐφ' ἡμέρας τρεῖς, καὶ συνῄεσαν εἰς τόπον τινὰ πρόσω τῶν στρατοπέδων ποταμῷ περιῤῥεόμενον.

Ivi nella vita di Marco António. pag. 924.

Καὶ συνελθόντες οἱ τρεῖς εἰς νησίδα ποταμῷ περιῤῥεομένην, ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας συνέδρευσαν. καὶ τἆλλα μὲν ἐπιεικῶς ὡμολογεῖτο, καὶ διενείμαντο τὴν σύμπασαν ἀρχήν, ὥσπερ οὐσίαν πατρῴαν ἐν ἀλλήλοις.

Da

Da Procopio nel libro III. della Guerra Gotica. Cap. XI. pag. 490.

Βιτάλιος οὖν ξὺν τῷ στρατῷ τούτῳ ἀμφὶ πόλιν Βονωνίαν γενόμενος τινά τε τῶν ἐνταῦθα φρουρίων ὁμολογίᾳ ἑλὼν, ἐν Βονωνίᾳ πόλει ἡσύχαζε. χρόνῳ δὲ οὐ πολλῷ ὕστερον Ἰλλυριοὶ ξύμπαντες, ὅσοι ξὺν αὐτῷ ἐστρατεύοντο, ἐκ τοῦ αἰφνιδίου κακὸν οὐδὲν οὔτε παθόντες, οὔτε ἀκούσαντες, λάθρα ἐνθένδε ἀναχωρήσαντες, ἐπ' οἴκου ἀπεκομίσθησαν.

Ivi pag. suddetta.

Γνοὺς δὲ ὁ Τωτίλας τὴν τῶν Ἰλλυριῶν ἀναχώρησιν, στράτευμα ἐπὶ Βονωνίαν ἔπεμψεν, ὡς Βιτάλιον καὶ τοὺς ξὺν αὐτῷ ἀναρπάσοντας. ἀλλὰ Βιτάλιός τε καὶ Θουριμοὺθ προλοχίσαντες ἐνέδρας τισὶ τοὺς ἐπιόντας, πολλοὺς μὲν διέφθειραν, τοὺς δὲ λοιποὺς ἐς φυγὴν ἔτρεψαν. ἔνθα Ναζάρης, ἀνὴρ λόγιμος, Ἰλλυριὸς γένος, στρατιωτῶν τε τῶν ἐν Ἰλλυριοῖς ἄρχων, ἔργα θαυμαστὰ ἐς τοὺς πολεμίους πάντων μάλιστα ἐπεδείξατο.

Da Stéfano Bizánzio, nelle Città e popoli. pag. 170.

Βοβώνεια πόλις Ἰταλίας. Τὸ ἐθνικὸν, Βοβωνιάτης, ὡς Ριθυμνιάτης. ἢ Βοβώνιος, ὡς Ρίθυμνιος.

Da Strabóne nelle cose geografiche lib. V. pag. 216.

Πόλεις δ' εἰσὶν ἐντὸς τοῦ Πάδου, καὶ περὶ τὸν Πάδον ἐπιφανεῖς, Πλακεντία μὲν, καὶ Κρεμώνη πλησιαίταται κατὰ μέσην που τὴν χώραν. μεταξὺ δὲ τούτων τε καὶ Ἀριμίνου, Πάρμα, καὶ Μουτίνη, καὶ Βονωνία πλησίον ἤδη Ραουέννης, καὶ μικρὰ πολίσματα.

Ivi pag. 217.

Συνυπάτευσαν γὰρ ἀλλήλοις Μάρκος Λέπιδος, καὶ Γάϊος Φλαμίνιος. καθελόντες δὲ Λίγυας, ὁ μὲν τὴν Φλαμινίαν ἔστρωσεν ἐκ Ρώμης διὰ Τυῤῥηνῶν, καὶ τῆς Ὀμβρικῆς, μέχρι τῶν περὶ Ἀρίμινον τόπων. ὁ δὲ τὴν ἑξῆς μέχρι Βονωνίας, κἀκεῖθεν εἰς Ἀκυληΐαν παρὰ τὰς ῥίζας τῶν Ἄλπεων ἐγκυκλούμενος τὰ ἕλη.

Da Zósimo nelle Storie lib. V. pag. 807.

Ἐπειδὴ Στελίχων μὲν εἰς τὴν Ράβενναν ἦν, ὁ δὲ βασιλεὺς ἐπέστη Βονωνίᾳ τῇ πόλει, μιᾷ τῆς Αἰμιλίας οὔσῃ, διεστηκυίᾳ δὲ τοῖς καλουμένοις μιλίοις ἑβδομήκο-

μήκοντα τῆς Ῥαβέννης, μετάπεμπτος γίνεται Στελίχων οἷα στρατιωτῶν κατὰ τὴν ὁδὸν πρὸς ἀλλήλους στασιασάντων, ἐφ' ᾧ σωφρονισμὸν αὐτοῖς ἐπαχθῆναι.

Ivi pag. 807.

Ἀλλ' ὁ Βασιλεὺς μὲν, ὀρθῶς ἅπαντα εἰρῆσθαι τῷ Στελίχωνι κρίνας, τά τε γράμματα δοὺς πρὸς τὸν τῆς ἑῴας βασιλέα, καὶ πρὸς Ἀλάριχον, τῆς Βονωνίας ἐξήλαυνε. Στελίχων δὲ, κατὰ χώραν ἔμενε τέως, οὔτε ἐπὶ τὴν ἑῴαν προϊὼν, οὔτε ἕτερόν τι τῶν βεβουλευμένων ἄγων εἰς ἔργον.

Ivi pag. 809.

Ταῦτα προσαγγελθέντα Στελίχωνι κατὰ Βονωνίαν ὄντι, πόλιν οὖσαν (ὡς εἴρηται) τῆς Αἰμιλίας, οὐ μετρίως αὐτὸν ἐτάραξε, καλέσας τε ἅπαντας, ὅσοι συνῆσαν αὐτῷ βαρβάρων συμμάχων ἡγούμενοι, βουλὴν περὶ τοῦ πρακτέου προὐτίθει.

Ivi pag. 812.

Ἀλλὰ τούτων οὕτω διῳκημένων, ἐπὶ τὴν κατὰ τῆς Ῥώμης ἔφοδον Ἀλλάριχος ὡρμήθη, γελάσας τὴν Ὁνωρίου παρασκευήν . . . . οὐκ ἀναμείνας δὲ αὐτοῦ παρουσίαν, ἀλλ' εἰς τὸ πρόσω προελθὼν Ἀκυληΐαν μὲν παρατρέχει, καὶ τὰς ἑξῆς πόλεις, ἐπέκεινα τοῦ Ἠριδανοῦ ποταμοῦ κειμένας (φημὶ δὲ Κονκορδίαν, καὶ Ἄλτινον, καὶ ἐπὶ ταύτῃ Κρέμωνα) καὶ περαιωθεὶς τὸν ποταμὸν, ὥσπερ ἐν πανηγύρει, πολεμίου μηδενὸς ἀπαντήσαντος, εἴς τι τῆς Βονωνίας ὁρμητήριον ἦλθεν, ὃ καλοῦσιν Οἰκουβαρίαν.

Ivi Lib. VI. pag. 829.

Ἐπῄει δὲ ταῖς Αἰμιλίας πόλεσιν Ἀλάριχος ἁπάσαις, ὅσαι τὴν Ἀττάλου βασιλείαν ἑτοίμως δέξασθαι παρῃτήσαντο. καὶ τὰς μὲν ἄλλας σὺν οὐδενὶ παρεστήσατο πόνῳ, Βονωνίαν δὲ πολιορκήσας, ἀνασχομένην ἡμέρας πολλὰς οὐ δυνηθεὶς ἑλεῖν, ἐπὶ Λίγυας ἐχώρει, κἀκείνους Ἄτταλον δέξασθαι βασιλέα συναναγκάζων. &c.

Da Sant' Ambrogio nel libro primo de Virginibus. *Cap. x. pag.* 160.

Denique de Placentino sacrandæ virgines veniunt, de Bononiensi veniunt, de Mauritania veniunt ut hic velentur...

Ivi pag. 161.

Nam quid de Bononiensibus Virginibus loquar fœcundo pudoris agmine, quæ mundanis se deliciis abdicantes Sacrarium virginitatis incolunt? Sine contubernali sexu conturbernali pudore provecto ad vicenarium numerum, & centenarium fructum, relictoque parentum hospitio tendunt in tabernaculis Christi indefesse milites castitatis, nunc canticis spiritalibus personant, nunc victum operibus exercent, liberalitati quoque subsidium manu quærunt.

Ivi de exhortatione virginitatis *lib. I. Cap. I. pag.* 277.

Qui ad convivium magnum invitantur apophoreta secum referre consueverunt. Ego ad Bononiense invitatus convivium ubi Sancti Martyris celebrata translatio est, apophoreta vobis plena sanctitatis, & gratiæ reservavi....... Martyri nomen Agricola est, cui Vitalis servus ante fuit nunc consors, & Collega Martirii.

Ivi nelle Epistole. Classe I. Epist. XXXIX. a Faustino pag. 944.

Nempe de Bnoniensi veniens urbe a tergo Claternam, ipsam Bononiam, Mutinam, Rhegium derelinquebas: in dextera erat Brexillum, a fronte occurrente Placentia veterem nobilitatem ipso adhuc nomine sonans. Ad lævam Apennini inculta miseratus & florentissimorum quondam populorum castella considerabas, atque affectu relegebas dolenti....... Tot igitur semirutarum urbium cadavera terrarumque sub eodem conspectu exposita, nonne te admonent unius sanctæ licet & admirabilis fœmine decessionem &c.

Da Marco Tullio Cicerone nell' Ottava Filippica. pag. 765.

Non est hostis is, cujus præsidium Claterna dejecit Hirtius: non est hostis qui Consuli armatus obsitit, designatum Consulem oppugnat: nec illa hostilia verba, nec bellica, quæ paullo ante ex collegæ litteris Pansa reci-

tavit: *Dejeci præsidium, Claterna potitus sum, fugati equites, prælium commissum, occisi aliquot.*

Ivi nel Bruto Cap. XLVI. pag. 609.

Cajus Rusticellus Booniensis, is quidem & exercitatus in dicendo & natura volubilis.

Ivi nelle Pistole lib. X. Pist. XXX. di Galba a Cicerône pag. 132.

XVII. Kalend. Maji, quo die Pansa in castris Hirtii erat futurus cum quo ego eram, (nam ei obviam processeram millia passuum centum quo maturius veniret) Antonius legiones eduxit duas secundam & quintam & tricesimam, & cohortes prætorias duas unam suam, alteram Silani, evocatorum partem. Ita obviam venit nobis, qund nos quatuor legiones tironum habere solum arbitrabatur. Sed noctu, quo tutius venire in castra possemus, legionem Martiam, cui ego præesse solebam, & duas cohortes prætorias miserat Hirtius oobis. Cum equites Antonii apparuissent contineri neque legio Martia, neque cohortes prætoriæ potuerunt, quas sequi cœpimus coacti, quum eas retinere non poteramus. Antonius ad Forum Gallorum suas copias continebat, neque sciri volebat se legiones habere, tantum equitatum, & levem armaturam ostendebat. Posteaquam vidit se invito legionem in Pansa sequi se duas legiones jussit tironum. Postea quam angustias paludum & Silvarum transivimus acies est instructa a nobis duodecim cohortium. Nondum venerant legiones duæ. Repente Antonius in aciem suas copias de vico produxit, & sine mora concurrit. Primo ita pugnatum est, ut acrius non posset ex utraque parte pugnari . . . . In ipsa Æmilia ubi cohors Cæsaris prætoria erat diu pugnatum est. Cornu sinisterius quod erat infirmius, ubi Martiæ Legionis duæ cohortes erant & cohors prætoria pedem referre cœperunt, quod ab equitatu circuibantur quo vel plurimum valet Antonius. Cum omnes se recepissent nostri ordines recipere me novissimus cœpi ad castra. Antonius tamquam victor castra putavit se posse capere. Quo cum venit complures ibi amisit, nec egit quidquam. Audita re, Hirtius cum cohortibus viginti veteranis redeunti Antonio in sua Castra occurrit, copiasque ejus omnes delevit, fugavit, eodemque loco ubi erat pugnatum ad forum Gallorum.

Ivi nel libro XI. Epist. XIII. di Décimo Bruto a Cicerône pag. 173.

Sequi confestim Antonium his de causis Cicero non potui. Eram sine equi-

equitibus, sine jumentis. Hirtium periisse nesciebam: Cæsari non credebam priusquam convenissem, & collocutus essem. Hic dies modo abiit. Postero die mane a Pansa sum accersitus Bononiam. Cum in itinere essem, nuntiatum mihi est eum moruum esse.

Ivi nel libro XII. Epist. V. di Cicerône a Cajo Càssio.

Quamquam, nisi me fallebat, res se sic habebat, ut totius belli omne discrimen in D. Bruto positum videretur: qui si ut sperabamus erupisset Mutina, nihil belli reliqui fore videbatur. Parvis omnino jam copiis obsidebatur, quod magno præsidio Bononiam tenebat Antonius. Erat autem Claternæ noster Hirtius, ad Forum Cornelii Cæsar uterque cum firmo exercitu, magnasque Romæ Pansa copias ex delectu Italiæ comparat. Hiems adhuc rem geri prohibuerat. Hirtius nihil nisi considerate, ut mihi crebris litteris significat acturus videbatur. Præter Bononiam, Rhegium Lepidi, Parmam, totam Galliam tenebamus studiosissimam Reipublicæ.

Da Eusébio nel Cronic. all' anno 1926. Olimpiade 172.

Lucius Pomponius Bononiensis Atellanarum Scriptor clarus habetur.

Da Sesto Pompéo Festo. nel lib. XI. de verbor. significat. *pag. 252.*

Municipium id genus hominum dicitur, qui cum Romam venissent, neque cives Romani essent, participes tamen fuerunt omnium rerum ad munus fungendum una cum Romanis Civibus preterquam ad ferendum suffragium, sicut fuerunt Fundani, Formiani, Cumani, Acerrani, Lanuvini, Tusculani, qui post aliquos annos Cives Romani effecti sunt. Alio modo cum id genus hominum definitur, quorum Civitas universa in Civitatem Romanam venit ut Ancini, Curites, Anagnini. Tertio cum id genus hominum definitur, qui ad Civitatem Romanam ita venerunt, ut municipia essent sua cujusque Civitatis, & coloniæ, ut Tiburtes, Prænestini, Pisani, Arpinates, Volaui, Bononienses, Placentini, Nepesini, Sutrini, Lucenses.

Da Flegonte Trallidno de mirabilibus & longævis.

Nella Classe degl' Italiani che vissero fino ad anni cento.

C. PORTENSIVS. FRONTO. S. F. BONONIA.
M. ACELLIVS. M. F. BONONIA.

T. VETERANIVS. P. F. BONONIA.
T. SERVIVS. SECVNDVS. T. F. BONONIA.
T. ERVSIVS. POLLIO. C. F. BONONIA.
TVRELLA. FORENSIS. C. L. BONONIA.

Ivi nella Classe di que'che vissero fino ad anni cento, e dieci.

C. LELEDIVS. PRIMVS. BONONIENSIS. An. CI.
CLODIA. POTESTA. C. L. BONONIENSIS. An. CI.
P. QVISENTIVS. SPHYRIO. P. L. BONONIENSIS. An. CVI.
L. AELIVS DOROTHEVS L. L. BONONIENSIS. An. CVI.
POLLA. DONATA. S. F. BONONIENSIS. An. CX.

Ivi nella Classe degl'Italiani che vissero fino agli anni CXXX. e oltre.

L. TERENTIVS. BONONIA. An. CXXXV.

Da Lucio Anneo Floro nell' Epitome delle cose Romane lib. IV. Cap. VI. pag. 410.

Lapidum divitiarum cupido, quarum spes ex turbatione Reipublicæ: Antonium ultionem de his, qui se hostem judicassent: Cæsarem inultus pater, & Manibus ejus graves Cassius & Brutus agitabant. In hoc velut fœdus pax inter tres Duces componitur. Apud Confluentes inter Perusiam, & Bononiam jungunt manus, & exercitus consalutant. Nullo more Triumviratus invaditur.

Da Sesto Giulio Frontino, ne' stratagemmi lib. I. Cap. VI. num. IV. pag. 93.

Boji in Silva Litana, qua transiturus erat noster exercitus succiderant arbores, ita ut ex parte exigua sustentata starent, donec impellerentur: delituerant deinde ad extremas ipsi Boji, ingressoque silvam hoste in proximas ulteriores impulerunt. Eo modo propagata pariter supra Romanos ruina magnam manum eliserunt.

Ivi lib. II. Cap. V. num. XXXIX. pag. 265.

Antonius apud Forum Gallorum, cum Pansam Consulem adventare compertisset, insidiis per silvestria Æmiliæ viæ dispositis, agmen ejus excepit, fuditque;

ditque; & ipsum eo vulnere adfecit, quo intra paucos dies exanimaretur.

Ivi lib. IV. Cap. VII. num. VIII. pag. 479.

Cælius primipilaris, qui in Germania post Varianam cladem obsessis nostris pro Duce fuit, veritus ne barbari ligna, quæ congesta erant vallo admoverent, & castra ejus incenderent, simulata lignorum inopia, missis undique qui ea furarentur, effecit ut Germani universos truncos amolirentur.

Da Tito Livio nelle Storie di Roma lib. XXIII. num. 24. pag. 221.

Quum eæ res maxime agerentur nova clades nunciata, aliam super aliam cumulante eum in annum fortuna; L. Postumium Consulem designatum, in Gallia ipsum, atque exercitum deletos. Silva erat vasta (Litanam Galli vocabant) qua exercitum traducturus erat. Ejus Silvæ dextra lævaque circa viam Galli arbores ita inciderant ut immotæ starent, momento levi impulsæ occiderent. Legiones duas habebat Postumius sociumque ab supero mari tantum conscripserat ut vigintiquinque millia armatorum in agros hostium induxerit. Galli oras extremæ silvæ cum circumsedissent ubi intravit agmen saltum tum extremas arborum succisarum impellunt, quæ alia in aliam instabilem per se ac male hærentem incidentes ancipiti strage arma, viros, equos obruerunt ut vix decem homines effugerent. Nam cum exanimati plerique essent arborum truncis, fragmentisque ramorum, cæteram quoque multitudinem inopinato malo trepidam, Galli, saltum omnem armati circumsidentes, interfecerunt, paucis e tanto numero captis qui pontem fluminis petentes, obsesso ante ab hostibus ponte interclusi sunt. Ibi Postumius, omni vi, ne caperetur, dimicans occubuit. Spolia corporis, caputque ducis præcisum Boji ovantes, templo, quod Sanctissimum est apud eos, intulere: purgato inde capite, ut mos iis est calvam auro cælavere. idque sacrum vas iis erat, quo solemnibus libarent: poculumque idem Sacerdoti esse, ac templi antistibus.

Ivi lib. XXXIII. num. 37. pag. 158.

Sub hæc tam varia fortuna gesta L. Furius Purpureo alter Consul per tribum Sappiniam in Bojos venit. Jam castro Mutilo appropinquabat quum veritus, ne intercluderetur simul a Bojis Liguribusque; eadem via, qua adduxerat, reduxit, & magno circuitu per aperta, eaque tuta loca, ad collegam pervenit. Dein junctis exercitibus primum Bojorum agmen usque ad Felsinam oppidum populantes peragraverunt. Ea urbs cæteraque Castella, & Boji

& Boji fere omnes, præter juventutem, quæ prædandi causa in armis erat tunc in devias silvas recesserat) in ditionem venerunt.

Ivi lib. XXXIV. num. 22. pag. 196.

Eadem æstate alter Consul L. Valerius Flaccus in Gallia cum Bojorum manu propter Litanam silvam signis collatis secundo prælio conflixit. Octo millia Gallorum cæsa traduntur: ceteri omisso bello in vicos suos, atque agros dilapsi.

Ivi lib. XXXV. num. 4. pag. 244.

Quum bellum Ligustinum ad Pisas constitisset, Consul alter L. Cornelius Merula per extremos Ligurum fines exercitum in agrum Bojorum induxit, ubi longe alia belli ratio, quam cum Liguribus erat. Consul in aciem exibat, hostes pugnam detrectabant: prædatumque ubi nemo obviam exiret discurrebant Romani: Boji diripi sua impune, quam tuendo ea conserere certamen malebant. Posteaquam omnia ferro, ignique satis evastata erant, consul agro hostium excessit, & ad Mutinam agmine incauto, ut inter pacatos, ducebat. Boji ubi egressum e finibus suis hostem sensere, sequebantur silenti agmine, locum insidiis quærentes. Nocte prætergressi castra Romana saltum, qua transeundum erat Romanis insederunt . . . . Hora secunda ferme concursum est . . . . . quatuordecim millia Bojorum eo die cæsa sunt; vivi capti mille nonaginta duo: equites septingenti viginti unus, tres duces eorum, signa militaria ducenta duodecim, carpenta sexaginta tria.

Ivi lib. XXXVI. num. 38. pag. 347.

Duobus fere post mensibus P. Cornelius Consul cum Bojorum exercitu signis collatis egregie pugnavit. Duodetriginta millia hostium cæsa Valerius Antias scribit: capta tria millia & quadringentos: signa militaria centum vigintiquatuor: equos mille ducentos triginta: carpenta ducentaquadraginta septem . . . . . magnam victoriam fuisse apparet; quod & castra capta sunt, & Boji post eam pugnam extemplo dediderunt se.

Ivi num. 39. pag. 348.

P. Cornelius Consul primo obsidibus a Bojorum gente accepit, agri parte fere dimidia eos mulctavit: quo si vellet populus Romanus colonias mittere posset.

Ivi

Ivi num. 40. pag. 349.

P. Cornelius Consul triumphavit de Bojis. In eo triumpho Gallicis carpentis arma signaque & spolia omnis generis transvexit, & vasa ænea Gallica: & cum captivis nobilibus equorum quoque captorum gregem traduxit.

Ivi lib. XXXVII. num. 57. pag. 423.

Eodem anno ante diem tertium Kalendas Januarias, Bononiam Latinam Coloniam, ex Senatus consulto L. Valerius Flaccus, M. Atilius Serranus, L. Valerius Tappus triomviri deduxerunt. Tria millia hominum sunt deducta, equitibus septuagena jugera, cæteris colonis quinqoagena sunt data. Ager captus de Gallis Bojis fuerat: Galli Tuscos expulerant.

Ivi lib. XXXIX. num. 2. pag. 507.

Translatum deinde ad Apuanos Ligures bellum, qui in agrum Pisanum Bononiensemque ita incursaverant, ut coli non posset. His quoque perdomitis Consul pacem dedit finitimis. & quia a bello quieta ut esset provincia effecerat, ne in ocio militem haberet, viam a Bononia perduxit Arretium.

Da Marco Valèrio Marziale lib. III. Epigram. XVI. pag. 65.

Das gladiatores, sutorum regule cerdo,
Quodque tibi tribuit subula, sica rapit.
Ebrius es: nec enim faceres id sobrius unquam,
Ut velles corio ludere, cerdo, tuo.
Lusisti, satis est: sed te, mihi crede, memento
Nunc in pellicula, cerdo, tenere tua.

Ivi Epigram. LIX. pag. 190.

Sutor cerdo dedit tibi, culta Bononia, munus.
Fullo dedit Mutinæ: nunc ubi caupo dabit?

Ivi lib. VI. Epigram. LXXXV. pag. 366.

Editus est sextus sine te mihi, Rufe Camoni,
Nec te lectorem sperat, amice, liber.

Impia

Impia Cappadocum tellus, & numine lævo
Visa tibi, cineres reddit, & ossa patri.
Funde tuo lacrymas, orbata Bononia, Rufo;
Et resonet tota planctus in Æmilia . . . .

Da Pompónio Mela de Situ Orbis. *lib. II. Cap. IV. pag.* 182.

Urbium, quæ procul a mari habitantur, opulentissimæ sunt, ad sinistram Patavium Antenoris, Mutina & Bononia, Romanorum Coloniæ: ad dexteram Capua e Tuscis, & Roma quondam a Pastoribus condita . . . . .

Da Giúlio Obsequente nel libro de' Prodigj. Cap. LXXV. pag. 84.

Bononiæ fruges in arboribus natæ.

Ivi Cap. CXXIX. pag. 203.

In castris Cæsaris luce prima in culmine prætorii super linteum consedit aquila: inde circumvolantibus minoribus avibus excita, de conspectu abiit.

Da Paolino nella Vita di Santo Ambrógio. Cap. XIV.

In eadem etiam Civitate Basilicam constituit, in qua deposuit reliquias Martyrum Vitalis & Agricolæ, quorum corpora in Bononiensi Civitate levaverat. Posita enim erant corpora Martyrum inter corpora Judæorum. Nec erat cognitum populo Christiano, nisi se sancti martyres sacerdoti ipsius Ecclesiæ revelassent. quæ cum deponerentur sub altari, quod est in eadem Basilica constitutum, magna illic totius plebis sanctæ lætitia, & exultatio fuit.

Ivi nel Poema IV.

Vitalem, Agricolam, Proculumque Bononia condit,
Quos jurata fides, pietatis in arma vocavit,
Parque salutiferis texit victoria palmis
Corpora transfixos trabalibus inclyta clavis.

Da

Da Cajo Vellejo Patercolo nella Storia Romana lib. I. Cap. XV. pag. 102.

Cnæo autem Manlio Volsone, M. Fulvio Nobiliore Coss. Bononia deducta Colonia, ab hinc annos ferme CCXVII.

Da Cajo Plinio Secondo nella Storia Naturale lib. III. Cap. XV. pag. 170.

Intus Coloniæ, Bononia, Felsina vocitata, cum Princeps Hetruriæ esset, Brixillum, Mutina, Parma, Placentia.

Ivi Cap. XVI. pag. 172.

Celeberrima ex iis, Apennini latere jactum, Tanarum, Trebiam, Placentinum, Tarum, Niciam, Gabellum, Scultennam, Rhenum, ...

Ivi lib. VII. Cap. XLVIII. pag. 460.

In Tmoli montis cacumine, quod vocant Tempsin CL. annis vivere Mutianus auctor est. Toridem annis censum Claudii Cæsaris censura T. Fullonium Bononiensem: idque collatis censibus, quos ante detulerat, vitæque argumentis (etenim id curæ principi erat) verum apparuit.

Ivi Cap. XLIX. pag. 462.

Nec sunt omnia varia excutienda: mediæ tantum partis inter Apenninum Padumque ponemus exempla. Centumviginti annos Parmæ tres edidere, Brixelli unus centumviginti quinque, Parmæ duo centumtriginta, Placentiæ unum centumtriginta & unum, Faventiæ una mulier centumtriginta duo, Bononiæ L. Terentius Marci filius, Arimini vero M. Aponius C. & L. Tertulla centum triginta septem.

Ivi lib. XVI. Cap. XXXVI. pag. 279.

Sed in hoc quoque, ut cæteris in rebus vincit Italia: quando nullus sagittis aptior calamus, quam in Rheno Bononiensi amne, cui plurima inest medulla, pondusque volucre: contra flatus quoque pervicax libra.

Ivi lib. XXXIII. Cap. IV. pag. 463.

Aurea statua prima omnium nulla inanitate & antequam ex ære aliqua illo modo fieret, quam vocant holosphyraton, in templo Anaitidis posita dicitur, quod in situ terrarum nomine hoc significamus, numine gentibus illis sacratissimo. Direpta est Antonii Parthicis rebus. Scitumque narratur dictum unius veteranorum Bononiæ, hospitali Divi Augusti cœna cum interrogaretur, esset ne verum eum qui primus violasset hoc numen, oculis membrisque captum expirasse? Respondit enim tum maxime Augustum de crure ejus cœnare, seque illum esse, totumque sibi censum ex ea rapina esse.

Ivi lib. XXXVI. Cap. XXII. pag. 680.

Speculares vero (quoniam & hic lapis nomen obtinet) faciliore multo natura finditur in quantalibet tenues crustas . . . . Sunt & in Bononiensi Italiæ parte breves, maculosi, complexu silicis alligati, quorum tamen apparet natura similis eis, qui in Hispania puteis effodiuntur profunda altitudine.

Da Servio nel Commento all' Eneide di Virgilio al lib. X. v. 198.

. . . Ocnum alii Auletis filium, alii Fratrem, qui Perusiam condidit, referunt, & ne cum fratre contenderet in agro Gallico Felsinam, quæ nunc Bononia dicitur, condidisse: permisisse etiam exercitui suo, ut castella muniret, in quorum numero Mantua fuit.

Da Cajo Silio Italico delle cose Puniche lib. VIII. v. 600. pag. 442.

Et quondam Teucris comes in Laurentia bella
Ocni prisca Domus, parvique Bononia Rheni.

Da Cajo Svetônio Tranquillo lib. II. nella vita d' Augusto num. 17. pag. 170.

Bononiensibus quoque publice, quod in Antoniorum clientela antiquitus erant, gratiam fecit conjurandi cum tota Italia pro partibus suis.

Ivi

Ivi num. 96. pag. 304.

Contractis ad Bononiam triumvirorum copiis, aquila tentorio ejus supersedens duos corvos hinc & inde infestantes afflixit: & ad terram dedit: notante omni exercitu, futuram quandoque inter collegas discordiam talem, qualis secuta est, ac exitum præsagiente.

Ivi lib. VI. nella vita di Neróne num. 7. pag. 579.

Apud eumdem Consulem pro Bononiensibus Latine, & pro Rhodiis, atque Iliensibus Græce verba fecit.

Da Cajo Cornélio Tácito negli Annali lib. XII. Cap. 58. pag. 790.

Eodem oratore, Bononiensi Coloniæ igni haustæ subventum, centies sestertii largitione.

Ivi nelle Istorie lib. II. Cap. 52. pag. 260.

Posito ubique bello, magna pars Senatus extremum discrimen adiit, profecta cum Othone ab urbe, dein Mutinæ relicta. Illuc de adverso prælio allatum . . . . Et rediere omnes Bononiam, rursus consiliaturi. Simul medio temporis plures nuntii sperabantur. Bononiæ divisis per itinera qui recentissimum quemque percontarentur, interrogatus Othonis libertus *caussam digressus habere se supremam ejus mandata* respondit: *ipsum viventem quidem relictum, sed sola posteritatis cura, & abruptis vitæ blandimentis.*

Ivi Cap. 67. pag. 275.

Tertiadecimani struere amphiteatrum jussi: nam Cæcina Cremonæ, Valens Bononiæ spectaculum gladiatorum edere parabant: nunquam ita ad curas intento Vitellio, ut voluptatum oblivisceretur.

Ivi Cap. 71. pag. 280.

Exin Bononiæ a Fabio Valente gladiatorum spectaculum editur, advecto ex urbe cultu.

Da Trebéllio Pollióne de' trenta Tiranni nella vita di Censorino pag. 347.

Extat ejus sepulcrum in quo grandibus literis circa Bononiam incisi sunt omnes ejus honores, ultimo tamen versu adscripto.

FELIX . AD . OMNIA . INFELICISSIMVS . IMPERATOR .

IL FINE.

IN-

INDICE

DE' NOMI.

Al-

de

B

C

de

D

E

F

de

Guel-

H

I

Johan-

K

L

Lam-

M

Mal-

N

O

P

Pe-

R

de

S

T

Ten-

V

Ugo

W

Wil-

IN-

I N D I C E

DE' LUOGHI.

D

E

Fan-

F

G

H

I

K

L

M

Mon-

* *Qua-*

R

S

T

V

W

Z

Pag.	lin.	ERRORI	CORREZIONI
3.	16.	Arsecium - - - - -	Arseciura.
Ivi	20.	Gabolino - - - - -	Gebolino.
14.	30.	Lolustra - - - - -	Solustra.
Ivi	33.	Barajolum - - - - -	Brajolam
21.	8.	Vecleto - - - - -	Verleto
Ivi	10.	Treppolini - - - -	Nerpolini
54.	20.	Ubertus - - - - -	Albertus.
55.	22.	magnis - - - - -	magni
70.	26.	Eucrardi & - - - -	Eucrardi Episcopi &
82.	26.	*Tebaldo* - - - - -	*Tedaldo*
283.	6.	*Fiorentino* - - - - -	*Faentino.*
197.	14.	*di Piano* - - - - -	*di Ciano.*
205.	13.	ultrapedum - - - -	ultra Padum
Ivi	15.	contrapedum - - - -	contra Padum.
206.	14.	Portu - - - - - -	Porticu
Ivi	18.	S. Adriani - - - -	S. Maric Nove.
225.	27.	Minutii - - - - -	Rainutii
217.	16.	uania - - - - - -	Dania
250.	7.	U. - - - - - - -	Y.
Ivi	26.	U - - - - - - -	Y.
251.	8.	U - - - - - - -	Y.
264.	3.	ann. 1162. . . . Luglio	ann. 1162. 30. Giugno.
272.	34.	Saxolo - - - - - -	Faxolo.